



**In Causa Religionis : miscellaneorum libri tres in diuersos  
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,  
locisq[ue] scriptos digesti.**

<https://hdl.handle.net/1874/423525>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. qu.

89









E. qu.  
89

recede opt. ut sufficiat es.  
tunc. In exacbacōibz uo nō  
trahit on apponē. l. nō est:

**R**egūle autē ut dicitur pōt. 7 mēgrud. Nō  
vltor. 7 pōt. m. pōt. n. ab. d. c. 10. 4. q. 1. m.


gumēū appeat. incho  
morū ā abremat. Si uo  
appeat. plonizat. **S**yrme 7  
gestionez 7 indozes 7 dicitur  
7 mēgrud. 7 l. m. n. 7 m. e. u. e. s.


... dicitur ...  
... dicitur ...  
... dicitur ...

bi dicitur in de ...  
... dicitur ...  
... dicitur ...


**T**erminum dicitur ...  
... dicitur ...  
... dicitur ...


**H**ic dicitur ...  
... dicitur ...  
... dicitur ...











↑  
v

N. 14. B.

84.89

# In Cauſa Religionis

## MISCELLANEO RVM LIBRI TRES IN DI-

uerſos Tractatus antea non æditos, ac diuerſis  
temporibus, lociſq; ſcriptos digeſti.

Per Iohannem Co-  
chlæum.

## QVORVM CATALOGVS

in ſequenti habetur Pagina.

*Ex Donatione Hüb. à Büchel.*

## INGOLSTADII EXCVDE.

bat Alexander V ueiſſenborn.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſareæ Maieſtatis.

M. D. XLV.



# CATALOGVS TRACTATVVM MI- scellancorum.

## *Liber Primus Continet Tractatus. VI.*

- I. Inuectiua Io. Cochlæi in duas Epistolas Mar. Lutheri ad Leonem PP. X. Scripta Francfordiæ ad Mœnum Anno 1521. die 20. Ianua.
- II. Assertio Io. Cochlæi pro Hieronymo Emsero De 25. annis S. Petri in Ro. Ecclesia, Contra Lutherum Scripta Francfordie Anno 1521. die 6. Iunii.
- III. Exhortatio Io. Cochlæi, ad Principes Ro. Imperij Cōtra Ne-  
farios conatus Lutheri, Scripta Francfordiæ. Anno 1522.
- IIII. Consilium Io. Cochlæi super negotio Lutherano, Ad Re. et  
illustriſſ. Card. & Archiepiscopum Mogontinum, scriptum Ma-  
guntix. Anno 1526.
- V. Aduersus Lutheri sediciosum, & calumniosum contra Illust.  
Saxonix ducem Georgium editum librum, Defensio abbreviata  
per Io. Cochlæum, scripta Dresdæ Anno. 1574.
- VI. Dialogus Io. Cochlæi de tollenda in fide & religione discors  
dia per Concilium Generale, Scriptus Dresdæ Anno. 1575.

## *Liber Secundus Continet Tractatus. XII.*

- I. Epistola Papæ Adriani Sexti ad Illust. Ducem Saxonix Fri-  
dericum, Principem Imperij Electorem, scripta Romæ Anno. 1522.
- II. Responſio Io. Cochlæi super XIII. Articulis Inquisitionis cō-  
tra Io. Draconem, Pastore Miltenbergeñ. scripta Francfordiæ An-  
no. 1522.
- III. Acta antiqui dissidij inter principes & Ciuitates Germanix,  
de persecutōne Cleri. Anno Domini 1381. facta, Exscripta Mogun-  
tix Anno. 1522.
- IIII. Duæ Viæ agendi ad tollendum in religione dissidiū Luthes-  
ranum.

- ranum. Vna mitior. Altera austerior. Scriptæ Romæ Anno 1523.
- V. Necessitas resistendi Sectarum nouitaribus, Scripta Nuremberge Anno 1524. Sub Card. Campegio Legato.
- VI. Epistola Io. Cochlæi ad Vuilhelmum Episcopum Argentinensem & locum tenentem Archiepiscopi Moguntini, scripta Colonia Anno. 1525.
- VII. Admonitio Io. Cochlæi Contra seditiosum & sacrilegum libellum Argyrophylactis, Scripta Spiræ in Comitibus, Anno. 1526.
- VIII. Responso Io. Cochlæi Ad interrogationem Zuinglianâ de Corpore Christi in Eucharistia, Scripta Dresdæ Anno. 1529.
- IX. Contra Confessionem Augustanam dicta Martini Lutheri & Philippi Melancthonis Per Io. Cochlæum collecta. Augustæ. Anno. 1530.
- X. Instructio pro Visitatoribus Catholicis per Io. Cochlæum scripta Moguntia ad S. Victorem die 27. septemb. Anno. 1532.
- XI. Sermo generalis de consecratione Christmatis, Transscriptus ex Vetusso Pontificali, in arce Stolpensi Anno. 1537.
- XII. Questio, Vtrū liceat Christiano duas aut plures habere uxores simul & eodem tempore, scripta Vratislavia Anno. 1540.

### *Liber Tertius Continet Tractatus. XII.*

- I. Annotationes Io. Cochlæi in epistolam quandam e Francfordia ad Mœnum sita datam, Scriptæ Misnæ Anno. 1539.
- II. Aduersus querelam lazari ficti & sacrilegi, Defensio Canonis corū p Io. Cochlæū, scripta Budissenē in Lusaria superiore An. 1539.
- III. Præmonitio Regiæ Maiest, per Io. Cochlæū de Colloquio à protestantibus petito, Scripta Hagenois Anno. 1540.
- III. Confutatio Excusationis & Iactantię Protestantium per Io. Cochlæum, scripta Hagenois Anno. 1540.
- V. Ad sex articulos protestantium, quos pro omnino necessarijs habet, Responso Io. Cochlæi, Cui pauca sunt adiuncta, Ex oratione oratoris Regis Franciæ, scripta Hagenois Anno. 1540.
- VI. Certe ex Regno Anglię Nouitates, super determinatiōe VI. Questionum in causa religionis, scriptæ Hagenois Anno. 1540.
- VII. Catalogus Hereticorum huius temporis, Ex Edicto Cæsa. Maiest, ad Flandrenses, Exscriptus Hagenois Anno. 1540.

VIII. Confessio Buceri & aliorum facta Vuittenbergæ coram  
Luthero 27. die Maij Anno 1536. Transcripta ex autographo Me-  
lan. Anno. 1540. Cui adiuncta est quædam Lutheri & sociorum eius  
determinatio super dominio Cathedralium Ecclesiarum, Exscripta  
Hagenoïæ Anno. 1540.

IX. Nouæ opinionis Lutheranorum, q̄ dicunt, In consecratis  
particulis Eucharistiæ, quæ reseruantur pro Infirmis, non remanere  
Corpus Domini, Reprobatio per Io. Cochlæum. Scripta Misnæ,  
Anno. 1539.

X. Excusatio Catholicorum, Expectantium futuri Concilij Ge-  
neralis determinationem, per Io. Cochlæum, scripta Ratisponæ.  
Anno. 1541. Die. 18. Iunij.

XI. Epistola de colloquio priuato, super tribus præcipue articu-  
lis, Ratisponæ habito cum Illustriss. Electore Brandenburgensi per  
Io Cochlæum, scripta Ratisponæ Anno. 1541. Die. 28. Maij.

XII. Fragmentum, de sanctificatione donorum, & de ea quæ an-  
tea fit, gratiarum actione, Ex Græco super Canonem Missæ com-  
mentario, Transcriptum Ratisponæ, Anno, 1541. Die. 27. Iulij.

Illustrissimo

# ILLVSTRISSIMO

AC GENEROSISSIMO PRINCE

cipi ac Domino, Domino ALBERTO. Co-

miti Palatino Rheni, & Vtriusq; Bauariæ

Duci etc. Domino suo Clementissimo, Io-

hannes Cochläus S. P. D.



LLVSTRISSIME AC

Generosissime princeps, Domine Cle-

mentissime, celebrantur nunc Imperia

lia rursus Comitia, Vuormaciæ, In

quibus sacratissimus et Inuictissimus Im-

perator noster, perpetuo Augustus, præcipue tra-

ctare de causa fidei et Religionis clementissime promisit

in Recessu Spirensi, ut tollantur aliquando uel sera

scandala et dissidia quæ per Lutheri complicumq; eius

doctrinam in Imperio disseminata sunt. Ad quæ sane

Comitia ego quoq; licet ex infimo eruditorum ordine, Po-

stremus & abiectissimus, sereniss. Regis Romanorum

Vngariæq; & Bohemiæ & c. Domini mei omnium Cle-

mentissimi, literis prædestinatus sum, ut eò ueniam, si de-

novo uocatus fuero, Quoniam uero protestantium prin-

cipum ac Ciuitatum Concionatores odiose de me fingunt

atq; etiam publice scribunt plurima, quibus & fidem &  
doctrinam meam eleuant ac in diuersas suspitiones tra-  
hunt, operæ precium mihi uisum est, diuersos quosdam tra-  
ctulos meos, quos diuersis in locis ac tēporibus, uarijsq;  
ex causis & occasionibus scripsi, hactenus nō editos nūc  
potissimum euulgare, ut Catholicis saltem principibus ac  
statibus sacri Ro. Imperij ostendam per hanc Miscel-  
laneorum additionem, quanta mihi fuerit per annos iam  
XXIII. perpetuos cura, sollicitudo, diligentia, se-  
dulitas, labor & anxietas, tum pro honore Germaniæ  
patriæ nostræ ab omni hæreseos & schismatum infamia  
uindicande, tum pro tot Milium, immo Myriadum ani-  
marū salute ab æternæ damnationis periculis ( quæ schis-  
maticos certissime manent ) asserenda. Spero equidem ex  
alijs quoq; opusculis meis, quæ tot iam annis partim Læ-  
tine, partim Teuthonice haud ita pauca aut breuia scri-  
psi & euulgavi, Catholicis quibuslibet, qui ea legere di-  
gnati sunt, satis notam ac probatum esse meam & fidem  
& intentionē. Attamen complura in his Miscellaneis  
habentur, ad publicos tractatus pertinentia, quæ in alijs  
uel omnino sunt omissa, uel non ita clare breuiterq; cō-  
memorata, Ideo ea, quæ in diuersis chartis dispersa iace-  
bant, in unum uolumen coniuuxi. Quod sane Illustrissimæ  
Celsitudin. tuæ, Generosissime princeps, præ omnibus  
alijs

alijs Germaniæ Principibus libenter ac deuote nūcupo,  
et quidē multis iustisq; de causis, Eius namq; nomini iustis-  
sime nimirū dedicatur, sub cuius auspicijs in ea excudetur  
urbe, quæ Celsitudini tuæ hæreditaria est, Cui et He-  
roica tua præsentia multis iã annis in literarū studio mul-  
tū honoris gratiæq; et authoritatis attulit. Prædicent  
ac laudent alij opes potentiamq; & generis claritatem,  
atq; etiam pulcherrimam corporis tui & uenustatem et  
proceritatem cum ingenti membrorum firmitate ac ro-  
bore, quibus Celsitudo tua bonis inter quoslibet Heroes  
maxime conspicua est, et admirandæ ultra ætatis an-  
nos eminentiæ. Ego potius admiror & laudo animi tui  
bona, quæ te Deo amabilem, commendatū, gratumq; ac  
ppinquū faciunt, Qualia sunt, innocentia uitæ, sancta in  
seculo conuersatio, prudens supra ætatē eloquium, graui-  
tas in moribus plane senilis in annis adolescentiæ, casti-  
tas non modo corporis sed & mentis & oculorum, Iu-  
stitiæ studium, pacis amor, integritas fidei, antiquæ reli-  
gionis obseruantia, pietas & reuerentia erga paren-  
tes, clementia & benignitas erga subditos, modestia  
in Verbis, Vultu, & gestibus, temperantia in ci-  
bo & potu somnoque, obseruatio rituum & præcepto-  
rum Ecclesiæ, & quod ijs omnibus prætulerim, sedu-  
lus ac deuotus cultus honorque & timor erga deum,  
Cui

Bona Natus  
ra.

Bona Gratiæ  
& uirtutis.

1. Cor. 4.  
Mich. 6.

Malach. 1.

Rara nunc  
antiquæ pie-  
tatis exēpla.

Qui omnia bona iure ac merito refers accepta. Quid enim habes ( inquit Apostolus ) quod non accepisti? Et Micheas propheta pulcherrima breuitate indicat, quid sit bonum & quid Dominus requirat á te. Vtiq; facere ( inquit ) iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare, cum Deo tuo. Et deus ipse elegantisissime per prophetam Malachiam ait, filius honorat patrem & seruus Dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus: & si dominus ego sum, ubi est timor meus. Laudo igitur pietatem tuam super omnia alia bona tua, quod patri coelesti honorem in cultu diuino, & Domino Deo tuo timorem per uitæ innocentiam sedulo impendis, Iuxta illud uere Euangelicum uerbum Domini, primum quærite regnum dei & iustitiam eius. Tanto autem iustius tua laudatur pietas, quanto rariora nunc in Germania habet prisca Maiorum fides. et pietas exempla. Per nouam enim Lutheri Zuinglijq; doctrinam piæ Euangelici præ cæteris uideri uolunt ij homines, qui calcatis legibus & Canonibus, ausu sacrilego rapiunt è templis, quicquid ex auro, argento, gemmis, serico uel arte uel materia preciosum est, quod à pijs maioribus in honorè Dei, Deiq; genitricis et quorumlibet sanctorum destinatum ac donatum fuit. Et interim uane gloriantur de Verbo Domini, quod etiam in manibus

nicis portant & in parietibus depingunt & ostentant  
inansissima cum hypocrisi, sicut faciebant olim Pharisæi,  
qui dilatabant phylacteria sua et magnificabāt simbrias,  
comedentes interim domos uiduarum, *Verbum autē Do*  
*mini manifeste dicit. Quicquid semel consecratum fuerit,* *Leui. 27.*  
*sanctum sanctorum erit Domino, Quamuis igitur uer-*  
*bis cōsitateantur se nosse Deū, factis tamen negant, dumq;*  
*putant se præ cæteris illuminatos, in palpabilibus iacent*  
*tenebris, Oculis enim eorum nequam est, utpote ad sacri*  
*legiæ respiciens. Ideo corpus eorum totū est tenebrosū.*  
*Vnde & iuste contingit eis, quod in prouerbijs prædi-*  
*xit Salomon. Alij (inquit) rapiunt non sua et semper* *Prouer. 13.*  
*in egestate sunt, de pijs autem & timoratis principibus*  
*ait sic. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, Non*  
*desunt nobis hoc tempore clara utriusq; partis exempla,*  
*sed cum dicatur uulgo exēpla esse odiosa, melius est de præ-*  
*teritis quam de præsentibus exempla petere. Quorum sa-*  
*ne permulta referunt Valerius Maximus, Petrus*  
*Crinitus, & Baptista Fulgosus in primis duobus titu-*  
*lis, quorum unus de seruata, alter de neglecta religione*  
*inscribitur. Nam & Pagani religionē (licet falsam &*  
*erroneam) omnibus alijs rebus anteponendam esse cen-*  
*suerunt, Ego nuper de inuocatione sanctorum scribens in*  
*Bullingerum, hac de re clarissimum retuli discrimen in-*  
*B ter*

Exēpla uirtu-  
tutum Do-  
mestica à pa-  
rentibus.

ter duos imperatores, quorum alter Græcus erat Leo III, sacrilegijs maxime infamis, alter Latinus, Carolus Magnus, tam religione quam rebus gestis gloriosissimus, Veruntamen Illustrissimæ Celsitudini tuæ externa aut aliena referre aut proponere exempla minime opus esse puto, Cui domi laudatissima ac uere Christiana et Euangelica in utriusq; parentis fide, morum grauitate, uitæq; integritate, & antiquæ religionis obseruantia, constantissima deniq; erga sedem Apostolicam & sacrosanctam Romanam & Catholicam Ecclesiam obedientia consensioneq; exempla uelut lucidissima uirtutum specula, copiose per gratiam Dei abundant. Quare tuæ pietatis ac sapientiæ fuerit, si quando lactauerint te peccatores ac dixerint, Veni nobiscum, insidiamur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem, Celsitudo tua illis ita respondeat, Scriptum est, Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo, Non est igitur necessarium, alienos te audire aut quærere doctores, domi habes fidelissimos & uitæ & religionis doctores, quos tuto imiteris ac secure audias, à quorum uestigijs ne latum quidem unguem aut digitum te aberrare pium fuerit aut honestum. Bene ualeat  
eminens.

INDEX  
22 VI

eminentissima Celsitudo tua Illustrissime ac Generosissime Princeps, quam Deus Optimus Maximus omnium successuum prosperitate uirtutumque incrementis florentem conseruet indiesque auctiorem reddat, precor. Ex Ciuitate Eichstatensi Quarto Nonas Februarias Anno Dominicae Incarnationis. M. D. XLV.

B . 2      Index

# INDEX RERVM ET SENTENTiarVM IN MI-

scellaneis contentarum, sub numeris foliorum, et literarum di-  
stinctionibus, Quarum *A & B* priorem, *C & D*  
posteriorem paginam aut folij faciem designant.

*A.*

- A** Braham inuocatus ab Epulone. 159. a  
Abolitio totius religionis antiquæ per Lutherum. 40. a  
Abstinentia à carnibus. 106. d  
Absurda Luth. dogmata Germaniæ de decorosa. 74. d  
Abusus Ro. Curia corrigendi. 74. a  
Abusus sacramentorum apud Luth. 164. d  
Abusus claufum apud Luth. 165. b  
Abusus tollendos esse. 167. a  
Achab rex minus sacrilegus quam Lutherus. 146. c  
Adhortatio Papæ ad sectas. 80. d  
Adriani V I. Papæ increpacio ad Friedericum Saxoniae ducem. 98. b  
Adulatio Luth. ad Leonē X. 2. a  
Aduersarij cū Lut. disputare parati. 104  
Aequiuocatio huius uocis Corpora & liter. 124. a  
Anabaptistarum secta ex doctrina Lutheri. 83. b  
Anglorum Consultatio de fide & religione. 168. b  
Appellare ad futurum concilium. 3. b  
Appellatio miserabilis Henrici III. fo. 46. c  
Argumentum inuolidum ab auctoritate negatiue. 190. a  
Argumenta contra Ro. Ecclesiam. 88. b  
Argyrophylactis sceleratū cōsiliū 121. c  
Arriana hæresis multos habuit Episcopos. 36.  
Articuli quam plurimi Luth. à Catholicis reprobati. 114. b  
Articuli à uisitoribus examinandi. 133. a  
Augustanæ cōfessionis contrariatur pleura scripta Luth. & Phil. 126. a  
Augustana cōfessio bis dānata. 154. c  
Auctoritas Petri & Ro. Ecclesiæ. 66. d  
Auctoritas Conciliorum. 67. d
- B.**
- B** Althassar rex Baby. sacrile. 147. c  
Baptismatis & Cōfirmationis differentes effectus. 139. b  
Barbaries à Lut. introducta. 34. c  
Bellum inter Ducē Bauarię Rupertū et Ciuitates Imperij. 113. a.  
Bilinguis Lut. ad Leonē X. 5. c  
Blasphemij in Christū et B. uirg. 35. b  
Blasphemij in B. uirg. et S. Crucē. 131. b  
Bohemix damna per Hussitas. 122. a
- C.**
- Calumnię Luth. in S. Petrum 14. a  
Calumnię eiusdem in Cæsarem. 48. b  
Calumnię uisitorum. 148. c  
Caput Ecclesię uicariū, Papa. 94. c  
Caroli Magni pietas. 54. c
- B** Cassio

## Index.

- |   |   |
|---|---|
| <p>Cassiodorus p̄fectus p̄torio. 25. b</p> <p>Catalogus malorū q̄ fecit Luth. 98. a</p> <p>Catalogus hæreticorum nostri t̄poris<br/>(172. c)</p> <p>Catilina saxonicus. 1. a</p> <p>Celebritas diei Cœnæ Domini. 138. c</p> <p>Ceremoniarum rationes ex scripturis.<br/>(51. b)</p> <p>Ceremoniæ Ecclesiæ antiquæ. 135. b</p> <p>Chrisinatis consecratio. 139. a</p> <p>Chrisinatis origo &amp; usus. 1b. d</p> <p>Christus quot annis p̄dicauerit. 16. c</p> <p>Christus in Eucharistiæ Sacramento<br/>adorandus. 124. c</p> <p>Christus manet in hostijs consecratis.<br/>(174. b)</p> <p>Christi oblatio mystica in cœna nō<br/>uiss. 188. a</p> <p>Christianus non est certus in hac uita<br/>de salute sua. 164. b</p> <p>Ciboria argentea Symmachi pape. 177. c</p> <p>Ciuitatum damna ex bello. 113. b</p> <p>Cleri luxus &amp; excessus. 70. c</p> <p>Cleri persecutio &amp; expulsio. 112. c</p> <p>Cleri reformatio. 114. d</p> <p>Colloquium prolixum ad concordiam<br/>inutile. 155. d</p> <p>Comminatio de ultione diuina. 102. d</p> <p>Comminatio de utroq; gladio. 104. b</p> <p>Communicare sub utraq; specie. 109. a</p> <p>Cõputatio de 25. annis S. Petri Ro. 17.</p> <p>Compositio inter Ciues &amp; Clericos facta.<br/>112. d</p> <p>Conciliorum decreta nequaquam sper<br/>nenda. 50. d</p> <p>Concilium Constantiense à Luth. res<br/>probatum. 52. a</p> <p>Concilij iudicio acquiescendū est. 70. a</p> | <p>Concilium Christianum &amp; liberū. 77. a</p> <p>Consilium pro religione in 4. articulis.<br/>(fo. 39. d)</p> <p>Consilium male neglectum. fo. 41. c.</p> <p>Consilium impium ad sacrilegia. 120. d</p> <p>Constantini reuerentia erga Episcopos<br/>(fo. 11. d)</p> <p>Contemptor Deorum &amp; hominum<br/>Luth. 15. b</p> <p>Contemptus legum &amp; Canonū. 112. a</p> <p>Cõtentio iniquissima de sola fide. 163. d</p> <p>Contra Nicenam synodum dicta Luth<br/>theri &amp; Melanchthonis. 126. b</p> <p>Cornelij Taciti calumnia contra Chris<br/>tianos. 24. d</p> <p>Corpus duplex, Homogeneum &amp; het<br/>erogeneum. 91. b</p> <p>Corpus Christi idem in substantia sub<br/>diuersis accidentibus. 125. b</p> <p>Corpus Christi aliter in cælo quàm in<br/>sacramento: 1b.</p> <p>Corpus Christi &amp; animæ &amp; corporis<br/>cibus est. 1b. d</p> <p>Corpus Christi quomodo uenit in Eu<br/>charistiam. 124. b</p> <p>Corpus Domini panis dicitur. 1b. d</p> <p>Corpus &amp; sang. Domini in hostijs cõ<br/>secratis. 174. b</p> <p>Cura pastoralis fo. 157. a</p> <p>Curtisanorum Tricæ &amp; aucupia. 74. b</p> <p>Cuspides &amp; pugiones cõtra Luth. 25. c</p> |
|---|---|
- D
- |  |                       |
|--|-----------------------|
| <p>Damna patriæ à Luth. data. 11. c</p> <p>Damnatio dogmatum Luth. multi<br/>plex. 42. &amp; 162. d</p> <p>Defunctis impendenda pietas à uiuis.<br/>(115. b)</p> <p>Digamiæ erronea descriptio. 186. a</p> | <p>D<br/>Disputas</p> |
|--|-----------------------|
- B 3

Index:

Disputare de fide Ecclesiæ in publico non licet. 118.b  
 Diuinitas Christi. 127. a  
 Doctores Ecclesiæ de S. Petro. Romæ. (27.b  
 Draco, pastor seditiosus. 110. a  
 Duo falsa fundamenta Luth. 50. a  
 Duplicitas Ecclesiæ membra. 91. b

E

Ecclesiarum Cathedralium ius & Dominium. 172. d  
 Ecclesia uera non est apud Luther. (187. b  
 Ecclesiam in Concilio collectā spernere, graue peccatum est. 79. b  
 Ecclesia sponsa Christi, 87. b  
 Ecclesia Catholica. 88. b  
 Ecclesia duplex Militans & Triumphantis. 90. a  
 Edictum Vuormaciense contra Luther. 64. a  
 Efficacia baptismi. 126. d  
 Elatio & superbia Luth. 4. a  
 Episcoporum negligentia. 115. d  
 Errores Lutheranorum de Ecclesia. (96. b  
 Errores hæreticorum de Christo. 132. c  
 Esus carniū in Quadragesima illicitus. 105. d  
 Euangelium in summo honore habendum. 56. b  
 Euangelium Luthæ, nequitiæ Velamen. 60. d  
 Euangelium agnoscere. 145. c  
 Eucharistia quomodo dicitur nouum Testamentum. 125. c  
 Eucharistia quomodo differt ab alijs sacramentis, 175. c

Excecatio magna Lutheranorum. (98. d  
 Excusationes Luth. sophisticæ. 6. b. d  
 Executio Edicti Imp. male omissa. 36. c  
 Executio senatus consulti Anglorum. (170. b  
 Experientia per seditiones rusticorum. (118. a

F.

Falsa securitas de salute in sectis. 84. a  
 Falsa concordia. 154. b  
 Falsa concordia auget schisma. (155. c  
 Fama Germanorum apud Exteras nationes mala per Luth. 42. d  
 Fides duplex, formata & informis. (90. c  
 Fides Ro. Ecclesiæ per totum orbem. (156. d  
 Fides falsa Luth. de sanctis. 190. c  
 Figmentum de capto Luth. 48. a  
 Frater S. Ambrosij per hostiam consecratam saluatus in naufragio. 176. d  
 Fraudulentia Luth. 2. c  
 Fructus doctrinæ Luth. 55. a

G.

Gallici Oratoris ad status Imperij susper causa religionis propositio. 166. d  
 Gesta Parlamenti Anglorum in causa religionis contra Luth. 167. c  
 Gladij duo contra Luth. 24. b  
 Gloriatio Luth. de malo. 10. a  
 Graduum consanguinitatis confusio per Luth. 161. a  
 Gratia duplex, gratum faciens & gratia data. 90. a  
 Graues

Index:

Gravamina Germaniæ maligne in publicum euulgata.	44.d	Inconstantia Hieronymi Pragensis. 3.d
H.		Inconstantia Luth. circa Bohemos. (4.b. & fo. 38. a
Hamus Luth. per sacrilegia:	54.b	Inconstãtia Lut. de indulgentijs. 37. b
Hæretici contra sponfam Christi Lathiæ sunt & Centauri.	86.d	Indicere Concilium ad Papam spectat. (75. b
Hæreticos fouere, maximum malum est.	97.d	Insultationes Luth. contra Ecclesiam. (35. c.
Hæretici omnes superbiunt de scripturis.	98. c	Inuocatio sanctorum. 189. a
Henrici IIII. schisma Infortunatissimum.	46. b	Inuocationes nostras à sanctis audiri. (1b. b
Historia de diuite & Lazaro	189. b	Inuocatio sanctorum non est contra Christum. 190. d
Homouision male negatum à Luth.	(126. c	Ira Dei in schismaticos. 107. b
Horæ Canonicæ omitti non debent.	(110. c	Iudæi à Claudio Imp. Romæ expulsi. (18. c
Hostiæ consecratæ in ciborijs reseruandæ.	177. b. c	Iudeorum contra Ecclesiam obiectio. (85. d
Humilitas ficta Lutheri ad Leonem X.	1. c	Iudex controuersiarum in fide 66. b. c
Humilitas Cæsaris erga Papam.	74. d	Iustificatio quomodo fit. 164. a
I.		L.
Iactantia Luth. ad Leonem X.	9. b	Laici Prælatos temere iudicant. 71. b
Iactantia mendax de doctrina.	57. b	Laicis sacerdotes iudicare non licet. (102. a
Iactantia Luth. de spiritu, non credenda.	99. d	Lamechitæ, qui duas uxores simul & eodem tempore habent. 142. b
Iactantia falsa de Confessione Augustana.	158. a. & 161. d	Liber Centum gravaminum. 135. c.
Ieiunia Pauli contra Carniuoros.	(106. b	Libri Luth. obstant ueræ concordiæ: 162. a
Iohannes Draco seductor Miltenbergensium,	104. d	Libri à Cæs. Maiestate prohibiti in Flandria. 172. c
Impedimenta Matrimonij.	185. d	Libertas sectarum sicut Onagrorum. (77. d
Impudentia Luth. ad Leonem X.	(1. b	Libertas & obligatio quomodo repugnant. 80. b
Impudentia eiusdem contra 25. annos S. Petri quibus Romæ præsedet.	(fo. 27. c	Liga Ciuitatum tempore Vuenceslai regis. 111. d
		Lutherus

## Index.

Lutherus ad maledicendum uehemēs.		Malum à Luth. promiorum.	11.2
	(5.b)	Maledicta sectarum in Ro. Pont.	71.c
Luth. nulli iudicio se submittit.	14.d	Mali bonis permixti semper fuere.	72.d
Luth. contra totam religionem nostram.	31.b	Mali quomodo sunt membra Ecclesię.	(192.b)
Luth. immanior Turcis & Paganis.	(eo.d)	Mali quomodo habent spiritum Dei.	(Ibidem.)
Luth. contra leges & Ro. Imperiũ.	32.a	Maledicentia Luth.	100.b
Luth. combustor Iuris Canonici.	33.b	Matrimonij fœditates apud Lut.	185.a
Luth. epistola missa Vuormaciam ad Principes.	34.	Mendax Luth. ad Leonem X.	4.d
Luth. periculosior religioni quàm Iudæi aut pagani.	38.d	Mendax omnis homo, sed non Ecclesiã.	79.a
Luth. seipsum præfert Ambrosio & Aug.	60.d	Missã & horæ Canonice in Ecclesia semper fuerunt.	107.b
Luth. sanguinis sitiens.	61.c	Missã mali sacerdotis.	ibidem.d
Luth. sediciosior Muncero.	63.c	Missæ perplexitas apud Luth.	157.b
Luth. contra nouas sectas.	68.c	Missæ priuatæ nõ sunt abolendę.	169.d
Luthero male creditur contra Concilia.	78.a	Missæ diuersimode uariata.	184.b
Lutheri fides multorum malorum causa est.	82.c	Missæ Canon Oratio perfectiua dicitur.	191.d
Luth. condemnatus proprio iudicio.	(89.a)	Monachis nunq̃ licuit nubere.	166.a
Lutheranorum peccata.	95.d	Mordax in criminando Luth.	8.b
Lutherus perniciēs Christianæ religionis.	97.b	Multa credimus quæ non sunt in scripturis sacris expressa.	15.c
Luth. ex fructibus cognosci debuit.	(99.a)	N.	
Lutheri dicta contra Confessionẽ Augustinam.	127.c	Nauicula Petri Ecclesia Catholica.	(187.d)
Lutheri error de inferno & de sinu Abrahamæ.	129.b	Necessitas resistendi sectarum nouitatibus.	116.d
Luth. error de libero arbitrio.	Ib.c	Negare corpus domini in hostijs consecratis nouus & impius error est Lutheri.	(175.a)
Luth. nouus error de Eucharistia.	179.a	Nemo est in Ecclesia Catholica nisi qui Ro. Ecclesiæ consentit.	93.d
Luth. inconstantia à Laicis quoque res probata.	183.a	Non omnia sunt scripta.	fo. 29.b
		Nõ licet sectis quod licuit Christo.	71.d
		Non iustificat sola fides.	54.d
		Non recedendum ab Ecclesia propter malos.	

## Index.

malos.	89. c.		
Non sunt de Ecclesia certi sectarij.	93. a	Prælati boni adhuc hodie multi sunt.	(135. d)
Nouus error Luth. de hostijs consecra-			(72. a
tis.	175. a	Principes adhuc Catholici.	81. c
Nullius hæretici turpior causa quam		Principum grauiora peccata.	121. b
Luth.	53. c	Processus iuris contra nouos Concijs	
		natores.	116. a
O.		Processiones & Letanie Ecclesię.	108. d
Oblatio Eucharistię.	176. a	Proditoria practica Luth.	62. d
Obligant præcepta Ecclesię.	108. a	Prouocatio ad æquale periculũ.	119. a
Occasiones cogitandi de pace.	194. a		
Oculus nequam ad sacrilegia.	53. d	Q.	
Odiũ in Papam graue peccatũ.	44. b	Quadragesimalis abstinentia.	106. c
Oleum triplex quod cõsecratur.	138. d	Quales in causa religionis adhibendi	
Operum bonorum neglectus per Luz-		sunt Consultores.	43. b
theri dogmata.	83. c	Qualis sermo stylusq; Luth.	100. a
Osiæ regis plaga, laicis timenda.	76. c	Qualis spiritus & doctrina Pauli. Ibi. b	
		Quanta bona per religionem adepti os-	
P.		lim est Germania.	65. b
Panis consecratus corpus domini est.	(176. b	Quærela Hedionis de turbatu per nos	
Papam dici Antichristum, grauesces-		uas sectas religione.	69. a
lus.	fo. 44. c	Quærela iniqua de loco Concilij.	79. c
Papa in omnibus de fide dubijs consus-		Quærela Lazari.	149. b
lendus.	94. d		
Paradoxa Luth. de fide.	82. b	R	
Peccatorum confessio secreta.	110. d	Rationes Catholicorum, cur absq; Cõ-	
Feridia Luth. in Leonem X.	9. d	cilio non possunt cum Luth. concors	
Peregrinationes ad loca sanctorum.	(108. b	dare.	182. d
		Rebellio contra Papam infœliciter ces-	
Perizomata Diaboli.	88. c	dit.	76. a
Petitiones protestantium.	144. c	Regis Franciæ sententia contra sectas.	
Petrus & Paulus uno die passi.	19. d		166. d
Petri & Pauli templa Romæ.	21. d	Regula falsa Luth. de Ecclesia.	85. b
Petri primatus in Ecclesia.	87. d	Religionis dolosus prætextus.	145. b
Picturæ impie & scandalosæ.	159. a	Reuocatio Luth. improba.	1. d
Pietas Caroli V. erga Germanos.	82. a	Rhetores Iesabelici.	147. b
Potestas ordinata.	148. d	Ritus Græcorum post finitam missam.	
Potestas Ecclesiæ in statuendo.	166. b		(193. a
Prædicationes Catholicorum, quales.		Ro. Pont. autoritas.	22. c
		Roma. Imperium ad Germanos trans-	
		latum	
		C	

Index.

- latum. 65. c  
 Ro. Ecclesia omnium certissima. 91. d  
 Ro. Ecclesia ab Apostolis fundata sem  
 per durat. 96. b  
 S.  
 Sacerdotibus dei nō maledicēdū. 100. d  
 Sacerdotibus dei maior debetur honor  
 in nouo quam in uet. testa: 101. b  
 Sacerdotum illicita coniugia. 109. b  
 Sacerdotum falsa ordinatio apud Luth.  
 the. 165. h  
 Sacrilegia per Luth. introducta. 145. d  
 Sanctiones patrum seruandæ. 109. d  
 Sancti in cœlo quomodo audiunt preces  
 nostras. 169. c  
 Saxonum conuersio ad fidem. 97. c  
 Scandali peccatum. 107. a  
 Sceleratum uerbum Luth. 7. c  
 Schismatici sine omni spe salutis. 44. a  
 Schisma quodcunque Deo displicet.  
 (45. d  
 Scholasticos pauperes alere ac iuuare.  
 149. d  
 Seditio rusticorum ex doctrina Luth.  
 (47. b  
 Seditiosa uerba Luth. 47. c. 48. b  
 Seditiosissimus liber contra Principes.  
 (49. b  
 Seditiosa doctrina contra sæculares.  
 (59. a  
 Seditiosa uerba pro rusticis. 62. b  
 Seditiosi Concionatores & scriptores.  
 (120. b  
 Seducator conscientiarum Luth. 58. b  
 Senatusconsultum Anglorum. 169. b  
 Sex quæstiones in causa religiōis. 168. a  
 Sex Anglorum conclusiones Catholice.  
 Ibi. d  
 Subiectio iniqua Cleri gladio laicorū.  
 (73. a  
 Superbia sectarum contra Papam. 75. a  
 T.  
 Templum S. Petri Romæ à Gothis  
 quocq; in summa ueneratione habitum.  
 fo. 22.  
 Testes antiqui de Sancto Petro Romæ.  
 (26. a  
 Timendum à Lutheri machinationibus.  
 30. d  
 Timendum ab ultione diuina propter  
 Luth. 43. c  
 Tractatus de religione Vuitenbergæ.  
 (169. d  
 Tribunal uisitatorum Saxoniorum.  
 (152. b  
 Turpissima Ecclesia Luth. 96. b  
 V.  
 Variatio protestantium circa Confessionis  
 & Apologiæ suæ exemplaria.  
 (184. a  
 Venatio Luthi in Emserum. 7. b  
 Verbo Dei nihil addendum, nihil auferendum  
 aut mutandum. 28. d  
 Verba Luth. pro Turcis contra Principes.  
 48. d  
 Verborum consecrationis uirtus non  
 transit. 179. a  
 Victima, non panis, sed corpus domini est.  
 192. b  
 Vindicta iniqua Lutheri & Narseris.  
 (9. c  
 Vindictæ diuinæ exempla in Germania.  
 122. b  
 Virtute spiritus sancti conficitur sacramentum.  
 192. c  
 Visitato

## Index.

Vifitatorum officium circa Parochias	(137. b)	Votum continentiae non est laqueus.	(Ib. d)
Vifitatorum Euangelicorum malicia.	(148. c)	Vtilitas Sacramenti Confirmationis.	(140. c)
Vita Clericorum euacuat Vim Sacramentorum.	70. d	Vxores duas fimul habere non licet.	141. b
Vita Parochorum qualis eſſe debet.	(136. b)	<b>Z</b>	
Vltor ſacerdotum Deus.	103. b	Zelus Luth. iniquus.	9. c
Vltio diuina in ſacrilegos.	121. a	Zelus pro Eccleſia contra Luth.	33. a
Vltio diuina & humana.	122. d	Zuinglij error de Euchariftia.	125. a
Votum impedit coniugium.	165. c	Zuinglij mendacium de ſ. patribus.	(Ib. b)

FINIS.

## CORRECTORIVM ERRATORVM.

a. i. facie i. linea 26. ad ſtaupicium. a. 2. fa. 1. li. 3. I. nunc. a. 3. fa. i. li. 26. ad a. 4. fa. 2. li. 4. tum potius. Et li. 6. inuitum. c. 2. fa. i. li. 23. ita ſectaris. Eo. fa. 2. li. 29. ſuplex petit. c. 3. fa. 2. li. 19. Et ideo. c. 4. fa. 2. li. 24. aut cuspitem. D. i. fa. i. li. 20. Quoniam. D. 2. fa. 2. li. 20. ideo uarijs. E. 3. fa. 1. li. 10. Luthere. E. 4. fa. i. li. 13. preponatur. Et li. 30. ſi et a. f. 3. fa. 2. li. 29. q̄. g. 2. fa. 2. li. 11. Cataphrygem g. 3. fa. 1. li. 15. ſuſtinebis. l. 3. fa. 2. li. 1. ſtatui. l. 4. fa. 2. li. 8. communicant. Et li. 15. comederit. m. 1. fa. 2. li. 1. detractio nis. n. 1. fa. 2. li. 29. aſſimilant. Et 30. Equites. n. 3. fa. 2. li. 24. tamen. n. 4. fa. 1. li. 15. et 16. quod. Et li. 27. fuiſſe o. 2. fa. 1. li. 22. prohibita. p. i. fa. 2. li. 29. ſquamis. q. i. fa. 2. li. 15. dilecto. q. 2. fa. 2. li. 13. oportebit. Et li. 15. excitabit. s. i. fa. i. li. 4. medicantis. s. 3. fa. 1. li. 27. Eſto. s. 4. fa. i. li. 19. uiros. t. i. fa. 2. li. 26. urgeri. t. 3. fa. 2. li. 29. Conſtantium. 11. i. fa. i. li. 2. indicare. 11. 3. fa. i. li. ult. innitens. x. 4. fa. i. li. 9. ſuam. 3. fa. 2. li. 19. Ad Arenij. 2. 4. fa. 2. li. i. ſpirituum. Aa. 2. fa. i. li. 6. de Aquino. Et li. 9. ætertis. Eo. fa. 2. li. 26. erant. Bb. 2. fa. i. li. 21. in Eccleſiam. Bb. 4. fa. i. li. ult. maledici. Cc. 2. fa. i. li. 7. dicente. Cc. 3. fa. i. li. i. Princeps. Dd. fa. i. li. 18. ſuggeſtione. Et fa. 2. li. 5. ſeditiones. Ee. 2. fa. i. li. 15. Cum patientia. Ee. 4. fa. i. li. 11. quod. Ff 2. fa. i. li. 4. Aegyptij. Gg. 4. fa. 2. li. i. odio. li. 4. fa. i. 16. & 17. ordinatur. Et li. ult. negauerunt. Kk

3. fa. 2. li. i. darem. Et li. 5. facile. Lli. fa. i. li. 6. salutatione. Et fa. 2. li. 15. An baptis-  
num. Et li. 25. nouas. Mm. i. fa. i. li. 19. de tractoros. Et li. 28. decet. Mm. 3. fa. i. li.  
14. Oleo Et li. ult. regeneratur. Mm. 4. fa. i. li. 20. omittunt. Et fa. 2. li. 5. parentum  
Et li. 29. donum. Nn. 2. fa. 2. li. 18. dominatur. Nn. 4. fa. i. li. 28. cordis. Et fa. 2. li. 15.  
ipfos. Od i. fa. i. li. 2. nobis. Et li. 10. nos. Oo. 2. fa. 2. li. 9. Iesraelitæ. Pp. 2. fa. 2. li. 21.  
dominantur. Pp. 4. fa. i. li. 15. subant. Rr. i. fa. i. li. 5. nostrarum. Rr. 3. fa. 2. li. ult. Es-  
lectiores. Ss. i. fa. i. li. 6. exercentur. Ss. 2. fa. 2. li. non possit non. Tt. i. fa. 2. li. 27. pos-  
tuerunt. Vu. 3. fa. i. li. 20. habebunt. Xx. 2. fa. 1. li. i. eos. Yy. 3. fa. 2. li. 23. substantia.  
Yy. 4. fa. i. li. 6. Ioannis. Et fa. 2. li. 19. dependet. Zz. i. fa. 2. li. 14. Non tamen. Zz. 2.  
fa. i. li. 22. Ne cum. Zz. 4. fa. i. li. 2. Quomodo autem. Aaa. i. fa. i. li. 5. Hierony-  
mus. Et fa. 2. li. 9. Secundæ. Aaa. 2. fa. i. li. 16. sumptuum. Aaa. 3. fa. i. li. 9. nouas.  
Aaa. 4. fa. 2. li. 18. perfertur. Bbb. 3. fa. i. li. 24. Dietam. Ccc. i. fa. 2. li. 3. Primæ. Ccc.  
2. fa. i. li. 6. omnem Cælestis &. Ddd. i. fa. 2. li. 24. Hos Tres. Ddd. 2. fa. i. li. i. in  
his Tribus.

MISCELLA

CO RRECTORIUM BRATORVM

# MISCELLANEE

ORVM IOHANNIS CO-

chlæi, Tractatus primus Libri Primi.

## INVECTIVA IOANNIS COCHLÆI

in duas Epistolas Lutheri ad Leonem

Papam X.



Vousq; tandem abutere Catilina Saxonice  
patientia nostra: & quam diu nos etiã furor  
ille tuus eludet: Quem ad finem scilicet effre-  
nata iactabit audacia: Quonam procedet  
inaudita hec tua maledicendi licentia: Quis  
erit deniq; mendaciorum, cõuiciorum, in-  
iuriarum, calumniarum, omnisc; generis pestilentissimarũ  
tuarum machinationum modus: Nolo tibi hic tuas impro-  
perare hæreses, execrabiles alioqui, atq; horrendas, & eas qui-  
dem plurimas, quarũ bonam partẽ iam olim uniuersa dam-  
nauit Ecclesia, Nec maledicta tua nunc recensebo, De una  
tecum expostulo impudentia, qua tam impudenter uniuersa  
so illudis Orbis, Ecce ad summum Pontificem alteram iam  
ædidisti epistolam, quam forte citius inuulgasti ad populũ  
quam signata peruenerit (si tamen peruenerit aut à te unquã  
transmissa est) ad illum. Id quod in priore quoq; ad eundem  
epistola factum esse arbitror, Sic enim in præliminari episto-  
la scripsisti cum Staupicio. Rogo itaq; has meas ineptias su-  
scipias, & qua fieri potest industria, ad Optimum Pontifi-  
cem, Leonem X. trãsmittas, ut sint tibi mihi aduersus studia  
malignantium uice alicuius Paraleti. Vere ineptias, quæ  
cum grauissime læsura erant & animum & Maiestatem Pon-  
tificis, tibi tamen uice Paraleti esse tibi uolebas.

Impudicitia  
Lutheri.

Inuectiua Ioh. Cochlaei,

Aeditio iniu-  
sta.

Honesti re-  
uocatio.

Turpis reuo-  
catio.

Dic impudentissime, scriptas ne an impressas ad eum trans-  
misisti? Si uere uolebas eas ab illo approbari aut reprobari,  
Cur antea emisisti in publicū, quā misisti priuatim ad illū?  
Tunc indoctus (ut ibi scripsisti) stupidus ingenio, uacuis  
eruditione, inuitus ueniebas in publicum? Quis iubebat  
aut cogebat? Cur non expectabas (cui statūrū te dolosa hy-  
pocrisi simulabas) Pontificis iudicium? Cur emisisti prius  
quam obtulisti; si ob nudas propositiones disputatorias au-  
ditum de te audieras pessimum, quo nomen tuum coram  
Pontifici grauissime ferebat, Cur nō priuatim prius earum  
declarationē ad illum dedisti, ut animum eius placares, quā  
euulgaris in tantum Ecclesiae Romanae populūq; Christiani  
scandalum? Quae te coegit necessitas, ut anseri streperes in-  
ter olores? Si propositiones ille, nō doctrinae, non dogmata,  
sed disputationes erant, ut simulabas in epistola, Cur non  
potuisti eas reuocare, ubi miram tibi uidebas inuidiam ex ea  
inuulgatione conflare? O transfuga leuissime, quanto tum  
honestius salubriusq; eas aut omnino reuocasses, aut saltem  
scandalum earum ad populum fuisses deprecatus, his aut  
similibus uerbis. Non asserui sed disputauī: Aut disputatio-  
nes fuere, non doctrinae, Quam posteaquam eas in reso-  
lutionibus tuis sic quidem pertinaciter asserueras, ut in des-  
claratione positionis LVIII, paratum te diceris & ignem  
& mortem pro illis suscipere, sic nunc scribas circa initium  
de captiuitate Babylonica. Utinam à Bibliopolis (inquis)  
impetrare queam, & omnibus qui legerunt persuadere, ut  
uniuersos libellos meos de indulgentijs exurant. Rogo te,  
combustor petulantissime, quam potuisset in te uel Papa  
uel Concilium sententiam dare grauiorem, quam dederis  
iam ipse furore proprio, leuitate plus quam histrionica, im-  
pudentiaq; plus quā meretricia? Quo id facis exemplo? qua  
ratione

ratione: Certe rationem nullam assignas, neq̄ ulla tibi suppetit exemplum historia. Si hac turpitudine frons tua nō rubeſcit, qua tandem alia rubeat: nunc tu Monache, quauis muliere leuior, & in certamen prouoca uiros, & dic audacissime, Surgite hic uniuersi Adulatores Papæ in unum. Eluite hæc uiri. Hæc ne uiris digna sunt, quæ meretricibus si audirent, risui forent: Cur nō blandulos Eunuchos mulierculasue dicaces potius in certamen prouocas quam uiros, cum tu sis omni adulate blandior in Epistola priore, omni muliere fallacior in posteriore: fallaciam postea reuelabo, nunc adulationem tuam plusquam Gnatonicam, tuis uerbis ostendam. Sic enim priorem concludis epistolam.

Prouocatio  
insolens.

Adulatio  
Luth. ad Papam  
Leonē  
X.

Quare Beatissime Papa prostratum me pedibus tuæ Beatitudini offero, cum omnibus quæ sum & habeo, Viuifica, Occide: Voca, Reuoca, Approba, reproba, ut placuerit, uocem tuam uocem Christi in te præſidentis & loquentis agnoscam.

Sunt hæc obsecro uerba hominis liberæ sunt uiri: Quid seruilis: quid effœminatus: Profer, si potes, ullum ex toto Iuris Canonici corpore Titulum, Canonē, uersiculum, ue minimum, qui tam seruiliter aduletur Pontifici. Siccine afferis in libertatem Germanos: heccine nobis erit per te libertatis Christianæ formula: Hisne armis expugnabis Pontificem: Hui quam egregius Dux Boemorum Nobilitatisq̄ Germanicæ, qui sic bellum inferat Pontifici. Dignus nimirum, quæ ad tantum bellum sequant uiri Germani atq̄ Boemi: de cuius leuitate frontem contraherent Mimi, Parſiti, Thaides, Lenones, ac scorta uulgatissima quæq̄. Ferēdū

Inuectiua Ioh. Cochlaei

Fraudulencia Luth.

forte quis dixerit, quod metu tam seruiliter te obtuleris. Verum tu ipse generose in priori ad Staupicium epistola omnem procul a te metum excludis, Ipsiq; Pontifici mortem quoq; tuam, uelut egregium adulationis tuæ Colophonem, offers, pulchre (ut putas) subiungens. Si mortem merui, mori non recusabo. Veniam forte precari possis, a uiris quos in rem tantam seducere conaris, si metu solum aut adulandi studio tam seruiliter illi, in quem nunc arma concitas, tete obtulisses, Cæterum quod non solum abiecte, sed etiam fraudulenter sic te obtuleris publice, Exemplum profecto hic dedisti omnibus bonis uiris, ut tibi iure nullam penitus habeant fidem, Quanquam enim dicis Pontifici, uoca, reuoca; Reuocandi tamen animum nunquam habuisti, Nam paulo ante dicebas, Reuocare non possum. Dicis item, Approba, reproba, cum iam certissime apud te ipsum decreuisses, non solum reprobationem, sed & declarationem Pontificis (quod satis iam re ipsa constat) nolle admittere.

Quin etiam in eodem libro multa asseris constanter (ut tu ais) de plerisque nihil te dubitare protestaris, Pro quibusdam uero uel ignem ac mortem suscipere paratum te scribis.

Hæc si uera erant, illis certe uerbis: Approba, reproba, consona non erant. Neq; Christum (ut mendaciter assentabaris) in Papa loquentem agnoscere uolebas. Tu ne igitur uirorum fortium (quos & Germania et Boemia plurimos habet) per tantam animi mobilitatem, impudentiam, seruiliter, fraudulentiamq; Duxeris contra Pontificem Ecclesiamq; Romanam: fateor equidem te argutiarum densitate, allegationumque fumo, ac uerborum technis egregie ualere. At his rebus non expugnabitur sancta Catholica & Apostolica ecclesia, quæ firmiter ædificata est et bene fundata supra firmam

firmam petram, Contra quam, si portæ inferi non præua-  
lebunt, quomodo preualebit inanis dicatitas tua?

Dimissa autem priori epistola, quam & turpi adulatione  
foedasti, et multo turpius intra bienniū simul cū uniuerſis  
eiusmodi libris tuis reuocasti. Ad posteriorem quā possum  
breuissime respondebo, non sane ad singula uerba, quod ni-  
mīum sit uerboſa, sed potius ad capita sensuum, & ne ad ea  
quidem singula, ne in futilibus futili labore tempus teram  
longius. Primum ostendas mihi uelim, ubi impij (ut uocas)  
adulatores turpius & seruilis fuerint huic nostro Pontifici  
adulati, quam ipse tu feceris in priori epistola. Ab ijs tamen  
calumniose & beneuolentiam captas, & facinora tua per to-  
tam excusas epistolam. Sed uide, quam prudenter ex noua  
tua Rhetorica beneuolentiam à grauiſſe læſo quæras.

Meminiſti ſemper Pontificis, At uelit ille, te nun-  
quam ſui meminiſſe, Coegerunt te impij adulatores. At il-  
los longe magis obædientes meliusq; de fide & ueritate  
ſentientes quā te agnoſcit. Vaniffimas ais Pij et Iulij Cō-  
ſtitutiones quæ ſtulta tyrannide prohibuerunt, ne quis à ſe-  
de Apoſtolica ad futurum Concilium appellet. At uaniſ-  
ſimam ſcit ille præſumptionem tuam, ſtultiſſimumque co-  
natum, quo ſedem Apoſtolicam quæris euertere, quā om-  
nes Reges, Imperatores, Principesque Chriſtiani per tot ſæ-  
cula tantopere ſunt uenerati, ſtrenueque tutati. Certe equi-  
ores multo ſunt ille Conſtitutiones quam nugæ tuæ petu-  
lantiffimæ. Nam ſi cuique priuatorum at futurum Con-  
cilium appellare licebit, omnibus impune licebit & Pontifi-  
cem & omnem uexare Clerum eccleſiamq; totam, donec fiat  
Concilium. Quasi uero non alia ſint regibus Principibusq;  
& Prælatiſ negotia, quam ut omni anno menſeue Conciliū  
inducant per orbē terrarum, propter unius hominis priuari,

Contra alteram  
epistolam  
Luth.

Appellare  
ad futurum  
Concilium.

Inuectiua Joh. Cochlæi

& eius quidem leuissimi, contumacis & superbi, uesaniam  
nugacissimasq; nugas. In quibus minime cõstet ipse sibi, &  
quas ipse iam partim neget, iã uniuersas exuri petat, ut non  
solum damno afficiat euentes & uendentes atq; Impresso-  
res, Verum etiam incredibili rubore confundat suos fauto-  
res, quibus plus æquo placuerant eiusmodi blateramenta re-  
bellionis. Quid igitur opus est Concilio, si reuocas ipse, que  
stulte ac male scripsisti?

Quale petis  
Concilium  
Luth.

Quale uero indicetur Concilium, quod tibi satis uideat̃  
tutum & liberum, Cum Constantiense, quod omnium fuit  
liberrimum, reprobet maxime? Quale igitur petis Concis-  
lium: an aliud nebulonum nebulo, quam ubi præsent Cens-  
tauri, Raptores, Oberati, Hussitæ & id genus perditissime  
fidei homines, quibus omne iudicium in manu sit & uiri-  
bus? Interim tibi grassari liceat, non solum in omnem cons-  
titutionem Papæ, Conciliorumq; decreta, uerum etiam in  
omnia Christianæ religionis sacra & sacramenta sacrificiaq;  
ad gladijque potestatem atq; furorem omnia disponas.

Incõstantia  
Hieronymi  
Pragenlis.

Nec turpe ducashodie asserere, quod cras neges. Tu nisi  
mirum Hussitæ Hieronymi Pragenlis exemplo, Qui tur-  
piter nimisq; muliebriter ex carcere condemnauit ac repro-  
bavit dicta factaq; Iohannis Hufs, quæ antea tam magnifi-  
ce apud populum Boemicum uerbis scriptisq; laudauerat,  
Ac multo turpius postea eundem Ioannem Hufs, cuius do-  
ctrinam paulo antea non solum reprobauerat uerum etiam  
abiurauerat, publice iterũ laudauit & approbavit, Quam-  
uis paulo ante quædam illius dicta sic insana sibi fuerant ui-  
sa, ut minime crediturus fuerat, ea illius fuisse, nisi pprio cõ-  
uictus fuisset illius Chirographo, uir inconstantissimus  
nullam penitus uirilitatem tanta animi mutabilitate præse-  
ferens. Id quod ex actis illius Cõcilij in 19 & 21. sessionibus

aperø

In Duas Epistolas Luth. ad Leonem X. 4

apertissime intelligitur. Huius mores, doctrinam, sectamq; per omnia diligentissime sequitur hic noster Lutherus.

Tam insigne scilicet nomē, non nisi insignioribus (ut per totam uidemus epistolam) scribi debet literis, Tanta est em̄ Elatio Lu  
theri hominis superbia, ut reliquos Theologiae doctores dicat indignos congregicum **LUTHERO**, Quid insolentius? Quid alienius à Christiano pectore? Quid inuidiosius in Monacho? Hec tamen animi elatio turpissq; in cuculla mendicante arrogātia perplacet nouarum rerum studiosis. Nec mobili uulgo displicet forte tanta animi huius mobilitas, qua toties iam per triennium idem nunc asserit nunc negat. Bonis certe Christianis ac maturi grauisq; animi uiris adeo muliebris dictorū uarietas placere non potest. Non em̄ unā solum aut alteram propositionum suarum retractat, sed uniuersos petit exuri libros, quos tamē etiam post eiusmodi petitionem allegat, lectoremq; ad eos aliquando remittit.

Quid dicā de Boemis, quos Lypsiæ publice reprobauerat Inconfitātia  
Luth. circa  
Boemos. in disputatione, & in resolutionibus alijsq; nonnullis libris hereticos uocauerat, nunc eosdē ueros uocat Christianos, & nos impios Schismaticos. Certe si uiri sunt Boemi ut sunt, tantam & Hieronymi & Lutheri in uerbis factisq; incōstantiam laudare nō possunt. Cōdēno eisdem cū sancta ecclesia Catholica et Apostolica, heretica dogmata Iohannis Husi, At multo plus laudo (hoc est minus reprobo) mores illius, q̄ lubricissimorū eius discipulorum Hieronymi et Lutheri, q̄ multē in Boemia mulieres atq; etiā pueri adhuc uiriliter constantiusq; de Iohāne Husi sentiūt, q̄ leuissimi istorū patronorū animi, qui toties dicta eius iam apparuerunt, iam reprobauerunt, rursusq; cōprobauerunt, paulo ac tenui momento leuissime in hanc et in illā partē deflexi. Quanta per Deū immortalem, immani furore percitus, Lutherus reprobabat nūc in nouissimis Teuthonicis Latinisq; suis, furis dicam an libellis?

Inuectiua Io. Coc.

Quæ prius ingeniose atque cum albo plurimorum haud  
uulgaris eruditionis hominum calculo probauerat: Nunquam  
tamen constitit sibi ipsi, etiam in uno eodemque alio  
quando libello. Quod ostendere tamen potius conuenienter,  
quando ad eos libros parabitur apta responsio. Hic longius  
uel inuite ab epistolari responsione protrahit me dīcax & pe-  
tulans hominis inconstantia. Petit Concilium, cui tamen  
non sit acquieturus. Et priusquam Concilium cogi queat,  
ipse nugarum suarum magnam partem per sese reuocat.  
Ait deinde Pontifici.

Mendax  
Luth. ad PP.  
Leonem.

Non tamen unquam interim animum meum à tua  
Beatitudine sic alienaui, ut non totis uiribus optima  
quæque tibi, sedique tuæ optarim, eademque sedulis  
atque, quātū in me fuit, gemebundis precibus apud  
Deum quesierim.

Ecce quam secure illudit hic Germanus Pontifici,  
Teuthonici sermonis ignaro. Nemo sane Germanorū, qui  
modo Lutheri ad Germaniæ Nobilitatē Theuonicum uis-  
derit libellum, ignorat, quā immaniter debachatus sit in hūc  
presentis temporis Pontificem hic impius in cuculla Mezē-  
tius, Qui tamen audet hic impudentissime sese iactare, Beas-  
titudini eius se optima quæque optasse iugiter. Nō est hic mos  
Germanorum, qui libertatis antiquæ memores, libere absq̃  
fictione loqui ac facere solent. Dic quæso Luthere, quo tē-  
pore hanc ædideris tuam Epistolam. Certe & Narratio tua,  
& Datum (ut uocant) Epistolę indicant, in proximo ædē  
tam Septembri, diē sexta. Anno M. D. XX. At nos eodē  
tempore hic Francfordiæ tuum uidimus Venalem per ne-  
scio quot milia libellum illum iniuriosissimum ad nobilitatē  
Germanicam, aliumque longe impijssimum de missa Eu-  
charistiæq̃ Sacramento. Nega si, libet, publicū tot mortaliū  
in

in mundanis testimoniū. Nam infames illi libelli, neque lo-  
cum neque tempus emissionis suę indicant, quod in alijs, qui  
aperte & sine fraude docēt, pro more fieri solet. Scit tamen  
omnis multitudo, eosdem hic tum Venales fuisse.

Qua igitur fronte post tā grauius lęsam per eos libellos,  
pręsentis nostri Pontificis & famam & Maiestatem in cō-  
muni lingua nostra, aude hic lingua latina fateri, quod se-  
dulo illi, sedique eius optima quęq; optaris? Cum eodem  
propetempore aut paulo ante in propria lingua sic ei fueris  
imprecatus, Velut pius, credo, sacrificulus.

Audis hoc Papa, Non sanctissime, sed sceleratissi-  
me. Vtinam Deus sedem tuam cęlitus quamprimum  
destruat, & in Abyssum inferni demergat,

Qualia pre-  
catus est  
Pont. Leonis.  
Lutherus.

Sunt hęc illa optima, quę optare soles, impie scurra Dia-  
boli? Dic quęso, si potes, ubi sic Vuicleph, aut Hufs, aut  
ille disertus Hieronymus, tam immaniter talia sit imprecas-  
tus sedi Apostolicę? Væ misero tibi nimiumq; superbo ac  
famę cupido: qui tam Barbare nomen quęris in sæculo. Ni-  
hil pene in omnibus his nouitatibus tibi proprium uideo in-  
uentum, pręter unum, quo omnia sæcula superas; maledic-  
cendi usum. Dogmata enim illa, subtilia quidem sed repro-  
ba & erronea, longe ante tuas nugas (Id quod in Actis Cō-  
cilij Cōstantiensis uidere licet) protulerunt Vuicleph, Hufs  
& Hieronymus Pragensis, Vicia uero Romana iam pridē  
tacta fuerunt a Laurentio Valla, a Nicolao Clemange. In  
Dialogo Iulij secundi, & quidem longe festiuus. Quia au-  
tem hęc omnia tibi superbe arrogas, more tuo facis. Et uul-  
gus hęc tibi cuncta tribuit acceptaq; refert, non ob aliā sane  
causam magis, quā ob tuā ubiq; maledicendi uehementiam,  
qua sic in Papam Clerumque uniuersum insurgis atque

Vehementia  
malidicendi  
Luthero pro-  
pria est.

Inuectiua Iohannis Coclaei.

ardescis, ut laicis, qui per se uicijis nostris (quis autē est sine uicijis ?) Ecclesiasticæq; libertati satis infesti sunt, nouus quidam uidearis Propheta, atq; ex allegationum fumo uir plane habearis à simplici popello Euangelicus, Cum factis tamē sis à doctrina Euangelica longe alienissimus.

Bilinguis  
Luth.

Erubescant igitur & confundantur omnes, qui hæc tua studia laudant. Non uirile, minime uero Germanicum sed meretricium, punicumque est hoc bilingue commentum, quod latine optima quæq; Teuthonice uero pessima, quæq; Pontifici (quem toties Beatissimum prædicas) & sacrosanctæ sedi Apostolicæ imprecaris & optas. Post impudens uero de optimarum rerum precatione mendaciū, subiungit bilinguis iste Poenus uerius quā Germanus.

Quia non  
pepercit Lutherus  
the. personæ  
PP. Leonis.

Accusari me ( inquit ) & magno uerti mihi uisio intelligo meam temeritatem, qua nec tuæ personæ pepercisse iudicor. Id si à me factum esset, ipse met nullis modis probare possem, nihilque libentius quā palinodiam huius temeritatis & impietatis meæ canerem. Non sum tam stultus, ut eum incelsam, quem nullus non laudat.

Hæc & plura in hunc modum adulator iste leuissimus simul atq; mendacissimus hic præludit. Dicite quæso Germani, quotquot infamem Lutheri libellum ad nobilitatem Germanicam legistis, Vidistis ne unquam scripta in quemlibet alium Pontificem grauiora, magisue criminosa, quā in hunc nostrum Pontificem Leonem X. Teuthonice scripsit Lutherus ? At quando sic scripsit ? nempe eodem in mense, quo hanc scripsit Epistolam, aut paulo ante. Ecce scribit latine Pontifici, se de persona eius  
semper

semper non nisi magnifica & optima dixisse. Ostendite mihi quæso in Teuthonico illo libello, quæ nam sint illa optima, cum totus pene libellus de Pontifice eiusq; regimine pertractet. Scilicet optimum est A. III. Quod Papæ Hy pocritam aut Idolum facit oleatum, nunquã uero Christianum aut hominem religiosum. Aut illud B. I. quicquid è Baptismo crepserit, iactare potest sese iam sacerdotem Episcopum ac Papam esse ordinatum. Ergo Vermiculus aut rana è Baptismo repens nobis erit Papa? Aut illud B. III. Cur sequimur Papam, qui neq; fidem neq; spiritum habet? An illud C. II. Iô potestati Papali nequaquã obtemperandum est, sed resistendum ei corpore, substantia, uiribusq; quibus possumus omnibus? An uero illud C. III. Euigilemus igitur ô chari Teuthones, ne rei pariter fiamus omnium miserarum animarum, quæ pereunt per hoc sceleratum ac Diabolicum regimen Romanorum, Et indies magis ac magis Diabolus crescit, si modo fieri queat, ut regimen tam infernale possit fieri peius, quod ego tamen neq; comprehendere neque credere possum. Dicite uos Laici, Cuius hic regimen intelligitis? Nunquid aliud quã huius nostri Pontificis Leonis X. ? At optima semper de Leone X. prædicare se ait adulator iste mendacissimus. Quam bona uero sunt, quæ illic continuo subiungit ad longum per multos etiam Quaterniones?

Sed excusabit se forte ( ut ad omnia muliebriter dicax est ) hic noster Sophista, quod in genere loquutus sit, subticendo nomen Leonis X. Egregie profecto. Quasi uero nesciamus unicum esse Papã; nisi forte Lutherus habeatur pro altero. Et recte quidem secundum ipsius iudiciũ. Ait. n. hunc papam potius Antichristũ quã Papam agere. O. Palpo

Sophistica  
excusatio.

curpissime, De quo unquam Papa quispiam dixit peiora, quam tu de hoc nostro Papa Teuthonice scripsisti ad populum sediciofissime? Nec tamē erubescis, aut eodē aut proximo post tempore ad Papam latine scribere, quod non nisi optima de eo dixeris. Quis te uir bonus amplius amare queat? Quis credat te tā exercitatum Sophistam nescire, quod multa, quę uoce genus sonant, re ipsa certam ex suppositione ne personam denotant, quando constat unicum esse tale, ut si dicamus Imperator iuuenis est ætate. Papa irascitur Luthero, frater Imperatoris est Antuerpię. Quis uero nescit Imperatorem esse Carolum V. Papam Leonem X. fratrem Imperatoris Ferdinandum? Quid igitur refert an in Papā dicas, an in Leonem X. cum omnes utrobique eandem intelligent personam?

Alia excusatio uana.

At dixeris forsitan ( ut callide solent mulieres atq; Sophistæ ) te hic sub persona Pontificis, non Leonem X. sed Iohannem de Medicis intelligere, Ingeniose, me Hercle. Quid unquam scripsisti de Iohanne de Medicis? Quis est ille, cuius opinio & uitæ inculpata fama ( ut blandiris in epistola ) celebratior & Augustior est, in omni terrarum orbe, tot tantorū uirorū literis cantata? Quære ex Erasmo, ex Reuchlino, ex omnibus nostri seculi uiris eruditis, Qui de Leone X. plurima & uere magnifica scripserunt, de Iohāne autem de medicis uel minus splendide dixerunt uel omnino siluerunt. Tu uero neque de hoc neq; de illo Magnifice scripsisti quicq; nisi aut turpi adulatione in epistolis priuatis, aut falsa in Syluestrum aliosq; tuos Aduersarios calumnia, quando per tuam Sophisticā importunitatem promptissimamq; dicacitatē sinistra interpretatione subito in eos retorques ea, quę ipsi nunquam cogitauerunt. Quod & mihi proculdubio facies. Sed dic aut scribe quod uolueris, Ego Deum

In duas Epistolas Luth. ad Leonem X. >

Deū testor, quod uere & ex animo scribo, quæ mea sit de te opinio. Obruereme poteris dicacitate, ueritate nūq̄ euinces. Aliud Luth. rimendatiū,

Ais deinceps Cōmunit̄ in impias doctrinas inuectus sum acriter, Et aduersarios, non ob malos mores, sed ob impietatem, non segniter momordi. Cuius me a deo non poenitet, ut animum induxerim, contempto hominum iudicio, in ea uehementia zeli perseuerare, Christi exemplo

Heu impudentiam incredibilem atq; impiam. Mentitur nebulo turpissime, Laudat sua uicia, contemnit hominum iudicia, & maledictis suis, quæ tamen in omnibus omnino uiris bonis displicent, etiam amicis & fautoribus ipsius, sanctissima prætexit exempla Christi, Pauli, atq; Prophetarū. Quis uero nesciat, eum impudenter mentiri hic, qui legerit eius in Syluestrum, Emserū, Ecciumq; ac Minoritā scriptas? Quid illi crebrius est in ore atque calamo, quā adulatio, auaritia, iactantia, inscicia, sterco, Cloaca, & id genus criminationes, Irrisionesq; plurimæ: quibus non impias aduersariorū doctrinas (ut hic scribit) sed mores hominum redarguit?

Quæ obsecro uideri potest impia doctrina in breui illa candidaq; Emseri epistola, quā ille primum contra scandala Boemorum, populiq; uicini post Lipsicam disputationem ædidit: In eam tamen talem ædidit Lutherus uenationem, tot conuicijs, criminationibus, illusionibusq; refertam, ut exercitatissimus histrio impudentius turpiusque dicere non possit, cum adhuc nullo penitus iniuriolo ibi uerbo esset ab illo laceffit. Et tamen audet hic illi suæ maledicentissimæ leuitati, Christi, Apostolorumq; ac Prophetarum exemplum prætere, Sed inuenit ibi uirum uere germanū

Epistola Emseri.  
Venatio Lutheri.

b 3 fortēq;

Inuectiua Iohannis Coclaei.

fortemq; ac nobilem. Vnus enim ille Emser ita uiriliter à se repulit Sophisticam huius loquatitatem, ut nunq̄ redierit postea Criminator ille aperta saltem acie aduersus eum in harenā, quamuis à longe sapius (uelut mordax canis semel egregie uictus) obliquis interim cauillis oblatrauerit.

Scæleratum  
uerbū Luth.

Si uir eras Luthere, immo si adhuc ullum habes aut uirilitalis, aut honestatis in te Venulam, Responde ad ea, quæ ille tibi obiecit tot à te iniurijs antelacessitus: si non ad omnia, saltem ad unum illud uerbum, quo apud Nobiles quosdam Lipsiæ dixisti.

Hanc rem non esse propter deum inceptam, neque propter Deum esse finiendam,

Certe ut obiectum hoc uere planissimeq; diluas, omnis tua causa, si bonam aut iustam uideri uelis, maxime efflagitat, Cur hic tam diu taces Venator inuictissime? Cur innocentiam tuam non ostendis? Quam illi potes impietatem uere per casses tuæ dicacitatis obtendere? Ego semper expectaui, quidnam esses contra uirum illum oppositurus. At nihil interim audiui, nisi quod dixeris, lixas quoq; nosse criminari. Norunt quidem, faciunt autem minus impudenter quā tu. Erubuerunt ob id plurimū fratres tui, è quibus prudentiores aliquando dixerunt, hunc uirum recte tibi lauuisse Cucurbitam. Quamuis tu eum paulo ante in petulantissima superbissimaq; tua uenatione ita contempseris, ut nunquā eum contra te quicq̄ ausurum credideris. Cur igitur ad uirilem eius responsonem non rebuccinas, ne mussitas quidem? Inuenisti semel uirum Eunuche? Cur muliebriter parasti nuper ultionem in exemplar inanimum. Cum uir ille animosus adhuc supersit? Si uenabulum habes uirile, ecce tibi Capricornum nobilem. Redi, si uir es, in illius uenationem.

Vtinam

Vtinā nosset populus signatas illas bonorum uirorum ad te literas, & eas quidem plurimas, quibus te fideliter mō-  
 nuerunt, ut à mordacitate illa tua (quam tu hic imple in  
 Christi refers exemplum) desisteres, ageresq; modestius. At  
 tu non amicorum solum, sed cunctorum contemnis (ut hic  
 ais) hominum iudicia, Quid ni? Cum sapias per te solus,  
 Doctiorq; sis multo, non solum Thoma & Scoto cunctisq;  
 retro Pontificibus, Verum etiam ipso Aristotele, cuius ins-  
 fcitiam tam egregie nosti unus, Vbi talia iactauit Christus?  
 Vbi tam impudenter mentitus est ullus uir bonus? Vbi sic  
 momordit falsis criminationibus? Profecto similem tui Ca-  
 lumniatorem nunq; habuit Germania, beneq; spero, simi-  
 lem post te habituram eam esse nullum. Subiungis hic,  
 post blandam subdolamq; assentationē tuam, de solito stu-  
 dio mordacissimā criminationē in sedē curiamq; Romanā.  
 Quod sit quauis Babylone et Zodoma corruptior,  
 quod sit deploratæ, desperatæ, atq; conclamatæ im-  
 pietatis, quod ē Roma in Orbem inundetiam à mul-  
 tis annis non aliud quā uastitas rerum, corporum, ani-  
 marum, & omnium pessimarum rerum pessima ex-  
 empla, quod ē Romana Ecclesia, quondam omniū  
 sanctissima, facta sit spelunca latronum licentiosis-  
 sima, lupanar omnium impudentissimum, regnum  
 peccati, mortis, & inferni.

O stulte & insensato corde, Credisne eiusmodi uerbis pla-  
 cari posse, grauiter antelæsum à te Pontificem? Tam stu-  
 pidum putas esse illum, q̄ tu es impudens? Si hæc uera sunt,  
 cui iustius, q̄ personæ Pontificis (sub cuius manu atq; regis  
 mine sedes, Curia, ecclesiæq; Romana uertit atq; cōsistit) im-  
 putabūt? Nō priuatus ibi degit, ut in Babylone olim Daniel  
 sed

Immodestia  
 Luth. etiam  
 ab amicis rea  
 prehensa.

Mordax.  
 Criminationis

Stulticia  
 Luth.

Inuectiua Io. Coc.

sed publicus est idemq; supremus totius Curiae Ecclesiaeque  
 Ro. Rector & moderator. Nihil igitur dicis in Ecclesiam  
 Ro. quod in personam Pontificis pessima tua criminatione  
 non redundet. O transfuga leuissime, nunc adularis personae  
 Pontificis (quamuis nimis fatue, omnique meretricio mo-  
 re fallacius) & pessimis criminationibus sanctam impetis  
 Ecclesiam Ro. Cum haud ita diu alibi contrarium senseris,  
 ita dicendo, Ego audio Papam ut Papam. Id est, ut in Ca-  
 nonibus loquitur. Non autem, quando secundum suum ca-  
 put loquitur. Quando obsecro semel erubescas effrons & bi-  
 linguis Nebulo; En uerbis hic turpiter adularis Pontifici.  
 Turpius insectaris sedem Apostolicam, turpissime calum-  
 niaris sacrosanctam Ecclesiam Ro. Factis uero sedicionem  
 concitas in Pontificem, Apostolicę sedis & antiqua et noua  
 iura concremas, Boemiam iustificas, impiam Schismaticas  
 que uocas Ecclesiam Ro. Hęc tamen omnia fert Princeps  
 terre, in qua habitas. De quo ipse ante Biennium scripsisti,  
 si talis esses, qualis profecto nunc omnibus appares, quod fieri  
 non posset, ut istalem pestem in sua permitteret uniuersitas  
 te, Cum sit Catholicę & Apostolicę ueritatis unus facile  
 amantissimus, Sed uidemus Proh Dolor nunc omnes,  
 Qualia quantaque tibi audacissimo Heretico impijssimoque  
 sacrilego permittat. De hoc aliorum esto iudiciu, Ego hic  
 tuam incuso impudentiam, quod talem epistolam bonis uir-  
 tis ostendere fueris ausus, atque etiã in publicum euulgare,  
 Quam ego Pontifici non ausim ostendere, uel magno in id  
 conductus precio. Audes. n. illi adulari primu, deinde atrocis-  
 sime criminari sedem atque ecclesiam Ro. Legatum illius Palatiique  
 magistrum falsis calumnijs accusare, nihilominus tamen impudens-  
 sime per hęc tibi pacem impetrari posse speras atque pre-  
 sumis. Quanta uero criminationibus tuis miscueris menda-  
 cia, in alijs responsionibus aptius dicetur. Epistolaris modus  
 ad

ad omnia hic responderi non sinit. Nam ubi longam causæ Malicia Lu-  
 tuæ fabulam narrare incipis, insignem ipse prodis & propo theri.  
 siti tui maliciam & animi elationem. Si enim bona & utilia to scriptu  
 existimas quæ scribis, Cur ea reticere uolueras? Si mala sunt sub dno  
 cur tot scandala publice præbes ex priuato in Eccium, Caie Matth. 18.  
 tanumq; odio: Vtinam illius uerbi fuisses, in furore priuati  
 uel odij uel iniuriæ memor. Qui scandalizauerit unum de  
 pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, ut suspendat mola  
 asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.  
 Quid tamen in te commisit Legatus, nisi quod petijt ut re  
 uocares de indulgentijs perperam scriptas? At iam ipse reuo  
 casti tuo solius oestro percitus. Cur igitur illi potius quam  
 tuo nunc oestro (quod omni est mania furiosius) irasceris?  
 Cur in Caietanum reñcis calumniose culpā, quasi passus nō  
 sit ut sileres? Vbi iussit te aut loqui aut scribere talia? Vnum Card. Caiet-  
 iussit reuocari libellum, At multos interea pprio furore tur tanus.  
 priori palinodia reuocasti. Vide obsecro quantam dehinc su  
 perbiam proferas ex cuculla.

Vario (inquis) negotio cursat & recurſitat Miltiti Iactantia  
 us, homo nobilis profapia, ad reparandum causæ Luth.  
 statum, quem Caietanus temere & superbe turbaue  
 rat, ac uix tandem, etiam auxilio illustrissimi Princis  
 pis Friderici Electoris, effecit: ut semel & iterum fa  
 miliariter mecū loqueretur, ubi denuo Pontificis no  
 mini cessi, paratus silere.

O rase rase, quantam hic prodis impudentiam: Ecce non  
 erubescis fateri, tantam fuisse tum insolentiā tuam, ut Nun  
 cius Apostolicus, ex terra ista uestra oriundus, nobilis & ho  
 noratæ familiæ, uix tandem, tui Principis intercessione, a te  
 familiare impetrauerit colloquium, Idq; semel tantum & ite

Inuectiua Ioh. Cochlaei

Iniquus ultimi  
zeli,

rum & promagno imputas munere Pontifici, quod rursus fueris filere paratus. Non igitur aut Christi aut reformationis zelo agis, quicquid uel scribis uel dicis: cū scribaste, ad unum bonum aut Pontificis, aut nunciij eius uerbum, paratum filere. Quicquid uero uel criminationū uel scandalorū furiose interim euomisti in publicū, id omne referri debet ad priuatum irę tuę furorem, quem cœpisti priuatim in Eccium. Quemadmodū fecit olim Narses Eunuchus Iustiniani, post debellatos in Italia Gothos, uocās temere ad longe maiora Italię dāna Longobardos, quā XX. annorū bello prius perpeffa fuerat, propter unū Imperatricis Cōstantinopolitane uerbū iniuriosum, quo dixerat illū redire debere ad pensa mulierū in Gynecio distribuēda. Is itaq; impotēti ira succensus, scribit Longobardis, ut inuadant Italiā, Semiuir ingratiſſimus, conuertens furorē & uindictam, nō in mulierem iniuriantē, sed in terram innocentē atq; optime de se meritam. Et paulo post, cœpti pœnitens scribit Barbaris, ne ueniant, reuocatq; inaniter scripta priora, At nihilominus misera Italia per iram illam iniuste data est in ultionem, Barbarorum immanitati supra CC. annos obnoxia. Sic noster hic cucullatus Eunuchus, propter unius Eccij uel audaciam uel pertinaciam disputandi, quod is non statim submiserit se uictoriosę ac triumphanti cucullę insurgit statim impotenti furore tumidus cucullifer, collaudat schismaticos Boemos, incitat feroces Teuthones, suscitāt in simplici plebe tu multum; Non sane contra Eccium qui disputauerat, Sed contra summum Pontificem, à quo neq; uerbo neq; facto ullam acceperat iniuriā, quā etiam illius autoritate Apostolica se Theologię Magistrum fuerat publice professus: Contra sedem Apostolicam, cui iuramento fidelitatis erat astrictus, Contra sanctā Ecclesiā Catholicā & Apostolicā, eius Decreta Conciliaq; refutans, in cuius gremio Christia-

Perfidia Lutheri.

nissimum per Baptisma suscepit, Contra ritus, ordinationes, sacramenta, Cerimonias, Cōsuetudinesq; totius populi Christiani, quem tam diu iam miserabiliter, perniciosis Sophisticæ suæ præstigijs fascinat ac seducit. De isto furore gloriae hic apud Pontificem.

Et fateor, inquit, hac occasione, non parum uenisse ad lucem Romanarum corruptelarum, sed in qua, si quid peccatum est, Eccij culpa est, qui onus supra uires suscipiens, dum gloriam suam furiose captat, ignominiam Romanam in totū orbem reuelat.

Iniqua gloria de malo

O superbissima cuculla, quid cōmiserat Eccius, nisi quod inter disputandū ad genua tua non p̄cidit, neq; uictū se dedit? Quid in breui epistola peccauerat Emser, nisi q; Eccius in disputatione illa fortissimū dixit, contra uestrū duos stantem, Theologū: Tu illi nihil crebrius obijcis q̄ gloriae aucupium, Neq; ego eū à uicio illo p̄sus imūnē assero, sed ex aio dicere ausim, te in eo uicio lōge superiorē esse illo. Tantoq; peiorem, qd nosti uiciū illud noxia quadā hypocrisi obtegere p̄ simulatā in externa conuersatione sanctimoniam. Intus autē longe magis Leoninū, immo pauonicū, sub ouina cuculla geris aīm Thraso gloriosissime, q uanā huius mūdi gloriam tu sectaris, atq; adeo auide aurā captas popularē, ut equo animo nō feras, aliū tibi, nō dico æquiparari, sed ne cōferri quidem. Dicis, n. Quasi digni fuerint cū Luthero congregari.

Et quamuis à tuis immodice Lauderis, id tamē minime Laudator tibi satis est nisi & tu crebrius laudares teipsum, qd doctior suis Thomae, Subtilior Scoto, eruditior Aristotele, melior in scribēda Hierarchia Dionysio. Vbi talia p̄dicat de se Eccius Neq; tamen solum peccas iactantia plusq; Thrasonica, uerū etiam canina palles inuidia, qua ferre non potes alium uel

Laudator suis ipsius Lutherus.

Inuectiua Ioh. Cochlæi

sine criminatione tui laudari. Quid enim in te criminatus fuerat Emser, quādo candide & simpliciter laudauit Eccius? Neq̄ erubescis hic Ecciū aperta onerare calumniā. Vbi em̄ reuelauit ille Romanā (q̄d tu facis) ignominiā? Egregius quidem es Sophista, sed rogo te, qua infers consequentia, Eccius gloriam furiose captat, ergo Romanam ignominiā in totum orbem reuelat? Esto, quod inique peccauerit in te Eccius; Cur non in ipsum, sed in pontificem, Cardinales, Curiam Ro. Sedem Apostolicam, in Cōcilia, Decreta Patrum. Inq̄ Decretales Pontificum, atq̄ adeo in Sacramēta, & in totam Ecclesiā, ultionis impetum publice uertis? Cur seditionem potius quam rixam scelerate machinaris? Adeo ne stupidum putas Pontificem, ut tanta tua ædita interim crimina atq̄ scelera, ex leuissima tua in Eccium siue causa siue occasione, purgari atq̄ aboleri sinat? Neq̄ rursus erubescis hic de his tuis criminationibus, datisq̄ per tot scandala damnis, impudentissime gloriari apud eum, quem in ijs omnium grauissimæ læstis. Quinetiam audes, absq̄ omni fronte, in maius, quam reuera sint, data per te damna extollere. Sic enim superbe subiungis.

Gloriatur  
Luth. de sua  
malicia.

Quid sua adulatione promouit, nisi malum, quod nullus regum promouere potuisset? foetet enim hodie, inquis, nomen Rom. Curiaē in Orbe, & languet Papalis Authoritas, famosa inscitia male audit. Quorum nullū audiremus, si Eccius Caroli & meū de pace consilium non turbasset.

Proh scelus atq̄ pudor, quod uni Cucullæ tantū liceat, quam impudenter insultat Pontifici, à quo pacem suppedit, quam gloriose iactat se de malo, quod nullus regum promouere potuisset, quam presumptuose arrogat sibi omnem  
Curiaē

Curia Papæq; infamiam: Quasi ante ipsius criminationes non fuerint æditi in malos mores atq; abusus Curia Romana libelli plurimi, eius cæcationibus longe festiuiores. Quasi si nihil dixerit Valla, nihil Iohannes Huls, nihil Huttenus, nihil alijs disertis atq; ingeniosi homines plurimi.

Luth. in ma  
la potentior  
Regibus.

Audet impudens cuculla fateri, se promouisse malum, quod nullus regum potuisset, Potentior nimirum rege Francia, atq; etiam (si dñs placet) nostro Cæsare tot regnorum Principe. Sed longe falleris Luthere superbissime, possent illi multo plura atq; maiora, sed nolunt. Meliore habent quam tu religionem, malunt exemplo Constantini magni Pontifices in Dei honorẽ ut patres uenerari, quam ut hostes persequi, Norunt ex historijs, & foelices colentium, & in foelices insectantium, euentus. Laudabilius ducunt cum Constantino Chlamide, sacerdotũ scandala obtegere, quam te cum inaniter absq; fructu in populum euulgare. Quid enim boni hactenus hoc nefario conatu promouisti?

Quid damna  
fecit Luth.  
Roma, Pontifici.

Quæ damna sensit per te uel Papa uel Curia? Idem ad huc regimen est, ijdem prouentus, eadem causarum tractatio, eadem obedientia, eadem quoq; Authoritas atq; potestas Pontificis per orbem terrarum, excepto uno Vuitenbergæ tuæ angulo, unde nihil unquam obuenit Pontifici, quod penitentione dignum foret. Nisi forte dixeris Indulgentiarum quæstum per tuos libellos (quos tamen iam reuocasti) ademptum. Quasi uero ex eo quæstu Pontifex uiuat aut Curia, Tolle illos nummulos, quorum semper minima pars Romam peruenit, & nil damni sentiet, Caput Orbis terrarum, cunctis gentibus adhuc, præter Boemos, tuamq; miseriam plebeculam, uenerabile Roma: Cuius nonnulli ciues hodie quoq; & meliores & ampliores habent redditus annuos uel singuli, quam Principes aut Comites illi sub quo-

rum umbra tu tam ferociter totum prouocas Orbem.

Damna pas  
trix per Lu  
therum.

Tonum nos cantilenæ tuæ in fine (ut dicitur) uidebimus, tolle indulgentias, tolle missas, tolle sacramenta, omnemq; cultum diuinum à seducta per te rudi illa plebe, tantū proficies in Misniæ angulo illo, quantū profecit Huss in Boemīa, immo longe miseriozem magisq; incultam reddes illā patriam, quā adhuc sit Boemīa, Dic foelicem Boemiam, foelicem Græciam, quod Ro. Pontificem non agnoscunt, cum satis constet terras illas ante annos centum sub unitate Ecclesiæ longe fuisse foeliciores, magisq; cultas. Nihil per hæc grauis damni procurabis aut Romæ, aut Pontifici, dempta una tot per tua scandala animarum salute, Nos Patrum nostrorum instituta pie sequemur, Pontificem, ut ante, debita reuerentia colemus, Abusus Curix Principibus Prælatiscq; nostris, ut emendentur, commendabimus.

Pium exem  
plum Cons  
tantini.

Et multo honestius quam tu, cum Constantino magno (ut habet in X. libro Ecclesiastica historia) dicemus ad Episcopos. Deus uos constituit sacerdotes, & potestatem uobis dedit, de nobis quoq; iudicandi. Et iam nos à uobis recte iudicamur, Vos autem non potestis ab hominibus iudicari, propter quod Dei solius inter uos expectate iudicium. Vos etenim nobis à Deo dati estis Dij, & non est conueniens, ut

Psalma. 81

homo iudicet Deos, sed ille solus, De quo scriptum est  
Deus stetit in synagoga Deorum, in medio  
autem Deos discernit.

Francfordix ad Mœnum. Die XX. Ianuarij  
Anno Domini M. D. XXL

MISCELLANÉ<sup>12</sup>  
ORVM LIBRI PRIMI

*Tractatus Secundus.*

DE PAPISTARVM NEGLIGENTIA

Lutherus in responsione sua Teuthonica contra  
Emserum.



Vne ista sufficiat, ut uero latius uideamus  
Emseri, & omnium Papistarum & menda  
cia & negligentias, etiam in scriptis patrū  
& consuetudinibus, quibus nituntur. Dis  
cunt Emser & omnes Papistæ S. Petrum  
XXV. annis Romæ sedisse, Episcopūq;  
fuisse. Et hoc iners ac ingens mendacium ultra Mille annos  
stetit, unde merito longa cuspis facta esset, Si sufficeret cons  
uetudo, secundum Emseri somnia, ad fundandam uerita  
tem. Nam et S. Hieronymus in hunc abductus est errorem.  
Adeo tēpestiue mētiri cōepere Papistę. Atq; ita ulterius ab II.  
uno in alium successit mendacij hæreditas & augmentū, do  
nec ex Papa mera mendacia facta sunt. Nunc igitur menda  
cium istud, de 25. annis S. Petri Romæ, ita clarum facturi  
sumus, ut Emserus quoq; palpare queat. S. Lucas cap. 3. III.  
scribit, Iohannē Baptistā cōepisse p̄dicare Anno 15. Tiberij  
Cæsaris, Et quanq̄ nemo scit certo, quam diu durauerit eius  
p̄dicatio, acquiescimo tñ cōmuni sermōni, Christū p̄di  
casse annis tribus et semis, scilicet in annū usq; 19 aut 20. Ti  
berij, et in eo aīo crucifixū, surrexisse, et spiritū sc̄m dedisse  
Apostolis. Postea impauit Tiberius in annū usq; 24. Post  
eum Caius annis 4. Post hūc Claudius 14. Post quē & Ne  
ro 14. annis. Sic igitur fiunt, à uicesimo anno Tiberij usq; ad  
ultimū annum Neronis anni 36. cōplete. In quo S. Petrus

Lutherus in Emserum

(ut ipsi aiunt) à Nerone sit occisus.

- III. Quod si S. Petrus 25. annis Romæ sedit, incipiens anno Quarto Claudij (ut ipsi dicunt) tunc solum undecim annis post Ascensionem Christi fuisset Hierosolymis & Antiochiæ. Item affirmant eum Antiochiæ sedisse annis septem,
- V. atq; ita solū sex annis Hierosolymis. Hic S. Paulus com mode inter eiusmodi uenit mendacia, et circum se ferit, Scribens Gallat. I. Quod uiderit Petrum in Hierusalem post annos tres conuersionis suæ. Quod ad minus quarto anno post Christi Ascensionem contigit. Et postea rursus post XIII. annos Petrum Iacobum & Iohannem inuenit Hierosolymis. Hi autem anni in unam summam collecti faciūt annos 18. quos S. Paulus Petro solum in Hierusalem tribuit, Quis uero scit, quam diu posthac ibi manserit?
- VI. Ad annos 18. aut forte 20. adde septem annos Antiochiæ, & 25. annos Romæ, Tunc certe Petrus in XLVI. aut XLVII. anno post ascensionem Christi, erit Crucifixus Romæ à Nerone Cæsare, qui ante decem annos, nempe in anno 36. mortuus iam fuerat. Hoc uocatur, puto, in columbas iactare, Ita succedit ihs, qui hominum doctrinis et consuetudinibus nituntur, qui non respiciunt scripturam, qui scripta patrum corradunt, qualiacunq; inueniunt.
- VII. Quomodo nunc Emseret? Qui nunchaberet bonum pugnionem ut cuspidem, ut hanc tenebrosam nebulam scripturæ illuminaret, atq; ex 18. annis, quos S. Paulus Petro tribuit in Hierusalem, sex annos facere posset, ut 7. anni Antiochiæ & 25. anni Romæ subsistere queant. Certe scriptura hic tenebrosa est nebula.
- VIII. Præterea dicunt S. Petrum, quidam in quarto, nonnulli in Secundo anno Claudij, Romam uenisse, Atq; ita tribuunt ei annos, Romæ 27. & tres Hierosolymis.

Item

Item consonat S. Lucas Act. 18. S. Paulo Gal. 1. dicens, IX  
 Claudium expulisse Iudæos cunctos e Roma. Inter quos  
 Aquilam nominat & Priscillā, Quomodo igitur potuisset X.  
 S. Petrus sub Claudio Romam uenire.

Breuiter. Instabiliorem atq; incertiorē historiam, quam XI.  
 de gestis S. Petri Romę nunquam legi, Itaq; multi sunt, qui

palam ac libere affirmant S. Petrum nunquam uenisse Ro- XII.  
 mam. Hoc facitis uos Papistę uestris mendacijs, & instabi-  
 libus scriptis. Vnus dicit, eum cum S. Paulo, uno eodęq; die  
 & anno, alter in biennio fuisse martyrio affectum, & uacil-  
 lat omne quicquid de ijs scriptum est.

Quamquam uero ego teneo S. Petrum fuisse Romę, & XIII.  
 adhuc, nollem tñ super hoc mori, uelut super aliquo articulo  
 fidei. Nec noui sustinere nec pbare, imo nemo potest, meo  
 iudicio, illud probare. Neq; est articulus fidei, Nemo est ob  
 id Hereticus, Si non credat S. Petrum unquam Romę se-  
 disse, Quamuis temerariū sit econuerso, illud negare, prius  
 quam funditus reprobetur. Quocirca tutissimum est, relin-  
 quere illud sub dubio & opinione.

Quomodo nō tenemur plus credere, nisi quę Deus no XIV.  
 bis in scriptura credere precepit. Cui nemo addere aut sub-  
 trahere quicquam debet, uti Moses docet. Et Paulus Gal. 4  
 scribit. Nullius hominis testamentum mutat. augetue quis-  
 piam, Quanto magis Dei testamentum nemo mutare aut  
 augere debet? Arbitror autem, singulari Dei consilio factū  
 esse, ut S. Pauli, non S. Petri, profectio uersus Romam, ue-  
 nerit in scripturam. Quoniam bene præuidit, quomodo Pa-  
 pistę Papatum suum super istud erant ædificaturi.

Idcirco posuit eos in stercore & harena, priusquam inci- XV.  
 perent ædificare, nec ullum eis certum reliquit fundamen-  
 tum. Nam si non potest firmiter per scripturas ostendi, S.

## Lutherus in Emserum

Petrum Romæ sedisse, sicut possibile non est, profecto iam in luto iacet Papatus, & omnino nihil est. Quoniam sicut non est necessarium credere S. Petrum Romæ fuisse, ex quo scriptura id nō tradit, Ita neq; est necesse credere, quod Papa sedem eius hæreditario iure accipiat, & sit Papa. Vide igitur, super quo Papa sedeat, Et quid faciant suis impetitionibus, ut magis ac magis inueniamus falsum & inhabile ipsorum fundamentum, utq; uideamus, eos præcipitare seipsum ex equo impetuoso suo furore. Propterea concludo hic: Non esse necessarium, tenere papam pro papa, aut sedem S. Petri esse hæreditariam, donec ex scriptura certificent S. Petrum Romæ sedisse. Agite nunc papiste, sitis prudentes & animosi, quærite cuspides, pugiones & gladios, & dispellite hanc scripturæ nebulam.

¶ VI.

Cogito autem an ne error cōtigerit in 25. annis S. Petri Romæ, quod aliquis forsitan dixerit aut scripserit S. Petrum Romam uenisse post 25. annos. Idq; aliquos ita intellexisse, quod fuerit Romæ 25. annis. Nam si 18. annis fuit in Hierusalem, Quemadmodum Paulus Gal. 1. ait, Et septem Antiochiæ, ut ipsi dicunt, tunc 25. anni hic iam sunt completi, fuissetq; postea Romæ XI. annis, crucifixus à Nerone, anno eius ultimo, Hoc est anno 36. post ascensionem domini. Similiter potuit esse error, uenisse illum Romam tertio aut quarto anno Claudij, Cum id factum fuerit, tertio aut quarto anno Neronis, atq; ita XI. annis uixerat cum Nerone, usq; ad ultimum Neronis annum, id est, decimum quartum. Non enim aliter contingere potuit, si modo Romam uenisset unquam. Quod ego relinquo manere, ut manet.

FINIS.

# ASSERTIO IO

ANNIS COCHLAEI PRO HIERO

nymo Emsero, Contra Lutherum De XXV.

annis S. Petri in Ecclesia

Romana.



V ne unquam Luthere cœlum, cuius Iani  
torē tot inauditis impie incessis contumes-  
lijs, non dico intrare, sed uel adire uel ianuā  
eius pulsare præsumas: parum ne fuerit,  
sedem Apostolicam à te, in barbarico & se-  
ditioso ad Nobilitatem libello, sic maledi-  
ci, ut horrendis imprecationibus eam in imam Tartarorum  
abyssum uelis cœlitus præcipitari: An uero leue id putes  
piaculum, quod in alio ad Germanicā plebem (quā tanto  
pere concitas in seditionem) libro asseris, gloriosa quadam  
impietatis iactantia, si hodie S. Petrus ipse Romæ sederet,  
negare te nihil ominus uelle eum fore papam, ex diuina ordi-  
natione supra omnes alios Episcopos: Alibi item, quod Pe-  
trus non fuerit super alios Apostolos, immo sub alijs ipsum  
uis fuisse: Quod nullius urbis fuerit Episcopus: Non ca-  
put Ecclesiæ: Nec iura teneat Imperij neq; cœlestis neq; ter-  
reni: Omitto infinitas ex tuis, præsertim Teuthonicis libelo  
lis, iniurias, quas in B. Petri successores, totamq; Ecclesiam  
Romanam, in credibili rabie furens, euomis & faucibus sa-  
ne plusquam Cerbereis, unde uenenosa latissime spargis a-  
conita, Non in unum sane ponti angulum, Quemadmo-  
dum de Cerbero fabulantur poetæ, sed in omnes totius Ger-  
maniæ ciuitates, uicos, & uillas, quibus populum Dei infi-  
cis perniciosissime, Qñ ex ore tuo impurissimo quidem illo

Maledicta es  
calumniæ  
Lutheri in  
Papam et Pa-  
patum.

Io. Coch. De XXV. annis S. Petri.

nihil spumat crebrius, quam Papatum esse meram Tyrannidem, esse regnum Babylonis, uenationem Nymbroti, pestem animarum, perniciem populi Christiani, Barathrum uisciorum omnium. Papam uero esse Tyrannum omni Turca crudeliorem, esse latronem maximum, esse scaturiginem & fontem omnis hæreseos, esse sanguinarium immanissimum, esse uerum Antichristum, filium perditionis, hominem peccati, abominationem in loco sancto, absque uirtute, absque scientia, absque fide.

Prouocatio  
Luth.

His & alijs id genus plurimis conuiciorum atque calumniarum telis, coram barbara & indocta plebe ferocissime pugnas inuentum, & omnes Papistas in unum prouocas impudentissime, cum nuper uni mihi Vuormaciæ in Comitibus Principum sub iudicibus congregari non fueris ausus. Tu ne igitur post hac ausis quempiam prouocare ultro ad pugnam? Audes certe, sed eminus tantum, muliebriter, per calumnias & conuicia, in tergum, ex latibulo. Nunquam uero comminus nunquam uiriliter nunquam in faciem ad congressum in aperta arena. Nunc te tuosque meæ prouocationis pudet maxime, iam uarijs & calumnijs & maledictis apud plebem traducitis me, ut uestrum possitis obtegere pudorem. Sed frustra, quoniam eodem adhuc animo, eisdemque uerbis, & pactis te nunc quoque, quibus antea Vuormaciæ, ad disputationis Duellum prouoco, hunc sanguinem, & hanc corpusculi mei compagem, pro fide & Ecclesia absque omni cunctatione ad singulare tecum uiuæ uocis certamen deuouens liberaliter ultro, uel magno cum gaudio. Tu uero bone uir haud aliter iudicium eruditorum fugis, quam spiritus malignus crucem, Proteruis apud simplices conuicijs & allegationum fucis, ac nondum quæris gloriabundus in seyrpo, Cæterum ad rationes ueræque scripturæ ex Doctoribus, intelligentiam ita cecutis, ut ad rem

rem aut raro aut nunq̄ respōdeas, id quod liquidissime uide  
relicet, in Theuthonica tua contra Emseri responsionē fero  
cia, ubi nodum uerū nusq̄ dissoluis, ne attingis quidē, feroci  
ter tamen extra propositum euagans, scyrpeum illi nodum  
obijcis, proteruissime contemnendo omnē nosi ram arma  
turam, Sed expecta paulisper, occurret tibi proculdubio no  
bilis ille Capricornus, absq̄ ulla tergiversatione, armis nimi  
rum insuperabilibus ( uti uirū Catholicū decet ) instructus,

Interim ego excursionem tuam, leuiter excipiam, qua nō  
solum Papę, Papatuq̄; iniuriam calumniosissime infers, sed  
etiā ad uindicandam Sedem Apostolicam prouocas om  
nes Papistas, ut uocas, & omnes omnino totius Ecclesię  
Catholicę mortales, Atq̄; ut atrocior sit iniura, Cęlites quoq̄;  
supra omnium Gygantū impudentiam, trahis in hęc pale  
stram, & præcipuum ex ijs, uelut alter Pentheus, deducis ac  
protrudis intolerabili contemptu in harenā, exprobens no  
bis Gygantice uniuersa, quibus ualemus, arma, ut sustis  
neamus, Principem Apostolorum S. Petrum unq̄; Romę  
fuisse. Proh perfidiam desperatam, atq̄; hactenus inauditā,  
Quā non Celsus, non Porphyrius, non Iulianus Augustus,  
nec ullus Apostatarum, Hereticorum, Schismaticorumue,  
quantumlibet uæsanus aut improbus, unq̄; proferre sacrile  
ga temeritate præsumpsit, Unus es tu, qui iuxta & Deos &  
homines contemnis, ut iam ne illud quidem tibi queat obij  
ci, quod apud Virgiliū in Aphricano littore naufragus  
dixit Aeneas ijs barbaris, qui ipsum harenę hospitio prohib  
ebant.

Si genus humanum & mortalia temnitis arma.

At sperate deos memores fandi atq̄; nefandi.

Nisi forte B. Petrum inter diuos esse non credis, Ais n. in  
Teuthonica damnatorū articulorū assertionē, Quod credo

D 3 Petrum

Contemptor  
Deorum &  
hominum  
Lutherus.

Petrum & Iacobum esse sanctos, Euangeliū cogit me, At qualis est fides coacta, Et ubi dicit eos Euangeliū sanctos? Deus perdat hanc tuam Ironicam fidē, Mox. n. addis ibi libris dibriosissime, Quod autem S. Petrus Romæ, et. S. Iacobus Compostellæ sepultus sit, atq; ibidem iaceat, non est necesse credere, quoniam scriptura id non dicit.

Multa credimus quæ nō sunt expressa in scripturis.

Nihil ergo necesse est credere, nisi quod dicit scriptura? Cur credis unius essentię Trinitatem? Cur Patrē ingeniū & in-nascibilem? Cur filiū æqualē & consubstantialē Patri? Cur Spiritū sanctū ab utroq; procedentē? Cur Beatam Mariam Genitricē dei, perpetuo uirginē in terris, & post obitū in cælos assumptam? Quibus hæc proferuntur scripturis? Dic magne Theologiæ nouæ Apollo, quæ scriptura dicit, q̄ unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate uenerāda sit? Rursus, quæ docet, q̄ Spiritus sanctus est à patre & filio, non factus nec creatus nec genitus, sed p̄cedens, q̄ alia est persona patris, alia filij, alia Spiritus sancti? Quod in hac Trinitate nihil est prius aut posterius, nihil maius aut minus? Cur non omnia ista similiter reuocas in dubiū atq; in hominū opiniones? Vbi. n. sunt in sacris literis expressa? affer unū, si potes, locum p̄ ijs omnibus. Sed hæc est uetus Vualdensiū, Pighardorū, Vuiclephistarum, Hussitarūq; & id genus barbaricæ fecis hæretica & olim damnata sententiā, quā tu nūc nouus Barbarorū Dux noua p̄teruia renouare contendis, ut omnia sub dubio & opinione sint, quæ apertis scripturis nō fuerit expressa. Vides ne igitur, iam te prostratū esse, prius usq; coepta sit pugna? Cur. n. dubium esset, an B. Petrus unq; Romæ fuerit? Quia Canonica, inquis, scriptura id non dicit. Ergo eadem ratione dubium foret, in diuinis esse aut Trinitatem Personarum, aut essentię unitatem, Quia nulla scriptura sic loquitur. Absit.

Vt autem apertius tuā agnoscas insolentiam, singula nos  
 tua sacula per ordinem, fidei nostræ clypeo fortiter excepta,  
 telis & armis nostris in te, Deo bene inuāte: retorquebimus.  
 Ais primum, iners ac ingens esse mendacium, q̄ S. Petrus  
 XXV. annis fuerit Romæ, Et tamq̄ parua sit hæc in totam  
 Ecclesiam iniuria, Addis Diuum quoq̄ Hieronymum in eo  
 dem fuisse errore. At hæc non statim probas, Ideo nos quoq̄  
 breuiter interim ad ista sic respondemus, Væcors & uæ sana  
 est hæc tua stulticia, cunctis tamen Morionibus ut pluri  
 mum cōmunis, q̄ recte numerare nescis. Vide rationes tem  
 porum & Chronicas percurre historias, ut cognoscas, non  
 B. Hieronymum, & cæteros Ecclesiæ Doctores hic esse men  
 titos, sed te barbarū ac furiosum Hulsitam, in damnabilem  
 rapi ac uolui à Cacodæmone tuo, hæresim atq̄ errorem.

Negat Lut.  
 S. Petrum  
 fuisse Romæ  
 25. annis.

Affers deinde probationē, ita clarā (quemadmodū glo  
 riaris) ut Emserus quoq̄ palpare queat, Ego eerte lucem aut  
 claritatem nusq̄ legi quempiam palpasse, Inter plagas uero  
 Aegyptiorum tenebrę memorantur, ita quidem densæ, ut  
 palpari queant. Sic sane tua itē probatio adeo tenebrosa est,  
 ut palpari queat eius obscuritas simul & infirmitas.

II.  
 Infirma Lu  
 theri proba  
 tio.

Incipis namq̄ à prædicatione Iohannis Baptiste, Quo  
 modo uero inde sequit̄, Petrum non fuisse XXV. annis Ro  
 mæ: Coepit (ings) Iohannes prædicare XV. anno Tiberij.  
 Quis negat: Quid tū postea: At quamdiu prædicauerit (in  
 quis) nemo scit, Quomodo tu igitur hinc scis et intelligis,  
 S. Petrum non fuisse 25. annis Romæ: Acquiescimus (in  
 quis) cōmuni sermōni, Christum prædicasse annis tribus  
 et semis. Cur autē hic nō similiter acquiescis cōmuni sermo  
 ni de XXV. annis Petri: At longe cōmuniior est sermo de  
 XXV. annis Petri Romæ, quam de tribus & semis an  
 nis Christi prædicātis, De annis, n. Petri Romæ concorditer  
 scribunt

Acquiescere  
 comuni ser  
 moni.

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri.

Quot annis  
prædicauit  
Christus.

scribunt Historici, Chronici, Legendarij, atq; sacri Ecclesiæ Doctores, Damasus, Eusebius, Hieronymus & alij id genus magnæ Authoritatis uiri. De tribus uero & semis annis Christi neq; Euangelium habemus neq; Paulum, nec ullam omnino scripturam Canonicam, Probatores item Chronographi atq; historiographi de tribus annis scribunt, non de tribus et semis, Quinimo Eusebius in Chronicis affirmat. In Euangelio Iohannis scribi, post XV. annum Tiberij Cæsaris tribus annis dominum prædicasse. Quod si numeros eius bene inspexeris, inuenies ibi Christum dominum esse crucifixum ætatis anno XXXIII. Addit tamen Platyna tres menses, tot. n. interiacent ab VIII. Calendas Ianuarij ad VIII. Cal. Aprilis. Quo die fertur Christus Saluator noster & in utero primum conceptus uirgineo, & in ligno crucis, post peractū ætatis cursum, suspensus. Siue tamē Tres tantum, siue tres & semis fuerint anni prædicationis Christi, nihil ad propositum, Quia ex ijs nihil sequitur, nec pro, nec contra XXV. annos Petri Romæ.

Varius erit  
ror Lutheri  
in numeris.  
Ennea. 7.  
Mb. 1.

Præterea, non bene obseruas Chronica, Dicens, Christum prædicasse & crucifixum esse anno 19. aut 20. Tiberij, qui imperauit an. 24. Eusebius. n. Eutropiusq; & Egnatius scribunt, Christum esse crucifixum anno Tiberij XVIII. Tiberium uero imperasse annis XXIII. Quibus & Sabellicus ac Platyna astipulantur, asserentes Tiberium obiisse anno Quinto, ab eo, quo Christus passus est. Rursus 36. annos das Petro post Passionem Christi, Cæteris dant 37. Addis item Parenthesim satis odiosam. Vt ipsi aiunt, Quasi Petrus non sit reuera à Nerone occisus, sed opinione solummodo & mendacio Papistarum, Atqui mentiris ipse, tam impie contra gloriosum Petri Martyrium, q̄ impudenter contra communissimum sermonem omnium, contra constan-

constantissimam famam atq; historiam, & contra receptissimam per tot sæcula totius Ecclesiæ autoritatem, Cum tamen pro tuo interim mendacio ne unam afferas literã, neq; ullum, unde ostendi queat, locum assignes.

Infers postea, Si 25. Romę Sedit Petrus, Antiochię et Hierosolymis solũ XI. annis fuerit, oportet, Sed falleris. Primũ

Quia iam supra ostendimus, 37. annos dari Petro post passionem Christi, ideo falsa est tua computatio. Deinde. Non

ita sedit ociose Petrus Romę, ut extra urbem nusquam mouerit pedem, sed abiit & rediit, quocunq; uocabat Principem uirum necessitas, fideiq; prima plantatio. Erras dein

rursus & quidem admodũ crasse ac supine in perbreui XI. annorum calculo. Item affirmant (inquis) cum Antiochię

sedisse annos septem atq; ita solum sex años Hierosolymis. Rustici melius computant Luthere. Sciunt enim septem et

sex non XI. sed XIII. constituere.

Opponis nobis deinde B. Paulũ, qui primo post tres annos à conuersione sua iuit Hierosolymam uidere Petrum.

Deinde post XIII. annos eo rursus ad illũ rediit. Ex quibus colligis Petrum 18. annis fuisse Hierosolymis. At male

colligis, Nam eadem ratione colligi posset, Paulum quoque decem & octo annis Hierosolymis fuisse, qui post tres

annos ab eius conuersione, uiderit eum Hierosolymis Iacobus frater Domini, & rursus idem post XIII. annos

eundem uiderit ibidem cum Barnaba & Tito. Non enim oportuit Petrum & Paulum fixos atq; immobiles per tot

annos in uno eodemq; residere loco, sed abierunt & redierunt diuersis temporibus, secundum diuersa nascentis Ecclesię negocia. Falsum est igitur, quod mendaciter adiungis,

S. Paulum tribuere S. Petro 18. annos solum in Hierusalem. Vbi enim Paulus ait, Petrum fuisse solũ in Hierusalem 18.

E an

III.

Malus computator Luther.

V.

Inualidum argumentũ ab annis 18.

Io. Coch. De XXV. annis S. Petri.

annis: Non prima est hæc falsa tua adiectio huius signi exclusiui solum, De qua & antea tesæpe deprehendi & coargui, in Apologia Eucharistiæ.

Non reman  
sit Petrus  
perpetuo in  
Hierusalem.

Quæris item nimis inuidiose, Quis sciat, quam diu post hæc ibi manserit. Quasi dicas S. Petrum, non Romæ fuisse, sed Hierosolymis mansisse, Sed improba est hæc tua quæstio, Nos enim scimus omnes S. Petrum Romæ fuisse, non Hierosolymis perpetuo mansisse, testimonio tot probatissimorum Historicorum, Chronographorum & sanctorum Ecclesiæ Doctorum. Cum tu ne unum quidem habeas testem, quod Petrus perpetuo manserit aut Hierosolymis aut Antiochiæ.

VI.  
Erronea cõs  
putatio Lu  
theri.

Maligna insuper irrisione colligis, Petrum post Ascensionem Christi anno 46. aut 47. crucifixum esse Romæ à Nerone, mortuo iam ante annos 10. Quis enim dixit tibi S. Petrum, post 18. annos in Hierusalẽ pactos, Antiochię vii. & Romę 25. annos sedisse: Inspice paulisper Chronicon Eusebii, Et inuenies S. Petrum, Quinto post Ascensionem dñi año Antiochenã fundasse Ecclesiam, ultimo inq̃ anno Tiberij. Si igitur uere colligere cupis, ita collige 5. annos in Iudæa, 7. Antiochiæ 25. Romæ tribuimus Petro. Ergo 37. anno post ascensionem Christi crucifixus est Romæ Petrus à Nerone, Nõ 46. aut 47. anno, uti tu tam impbe q̃ stulte colligis. Ita enim indocte supputas hic, ut à pueris quibus merito ridearis, Quis enim puerorum non uideat, ex 18. & 7. atq; 25. summam cõsurgere 50. Non 46. aut 47. Iusta est hæc irrisionis tuę merces & retributio, ut turpiter incidas ipse in laqueum, quẽ flagitiose paraueras nobis. Non ergo nos, sed tu uir impie, inter columbas iactitas, Ecclesiam Dei (quæ in Canticis columba dicitur) sceleratis calumnijs ac damnatis hæreticæ prauitatis dogmatibus, sediciosissime perturbans. Nos recte colligimus, tu perperam, nos ueritatem sequimur antiquam, tu noua

noua indocte simul & impie astruis mendacia.

Quod aut nostris insulas pugionibus & lanceis, in illu-  
minemus nebulam scripturæ, faciendo annos sex ex annis  
18. Primū scito, nō lanceis aut pugionibus corporeis, sed lu-  
ce ueritatis, scripturā illuminari. Deinde, Cur toties hic apel-  
las nebulā scripturæ, q̄ alibi, p̄fertim in assertionib⁹ tuis non  
admittis obscuriorē esse scripturā dicitis Patrū. Preterea nō  
desunt nobis neq; cuspides neq; pugiones ad cōfodiendā hāc  
tuam improbitatē, Etenim cuspides habemus, Eusebij, Da-  
masi, et id genus probatissimorū Authorū, Qui annos Pe-  
tri & aliorū pontificū digesserūt, nobisq; per tot iam sæcula  
longissimo absq; omni cōtradictione usu tradiderūt. Habet  
mus itē pugiones Hieronymi, Eutropij, Bedæ, Platyni, Sa-  
belli, Egnatij, qui pro nobis fortissime pugnāt inuicti neq;  
à te unq; uincendi. Et nos iam sup̄ ostendimus, mētiri te, q̄  
Paulus tribuat Petro annos 18. in Hierusalē, sed refert se illū  
intra tot annos Hierosolymis bis uidisse, At nō dicit, Petrū  
18. annos Hierosolymis (quod tu falso blateras) semper sedisse  
se aut mansisse. Postremo scimus nos egregie, ex tuis 18.

Cuspides &  
pugiones.

annis facere annos, non sex (ut tu rides) sed quinq; uti et su-  
pra fecimus Authoritate Eusebij, qui asserit quinto post pas-  
sionem dñi anno fundatā esse à S. Petro Ecclesiā Antioche-  
nā. Tu stulte rides, et iuste rideris, cronea rursus calculatio-  
ne, Tribuis em̄ Petro 36. annos post mortem Christi, quos  
stulte colligis ex sex, septem, & 25. Cum puerisciant, Ex his  
numeris nō 36. sed 38. consurgere. Nos autem 37. annos as-  
signamus Petro, qui recte conficiuntur ex quinq; septem et  
25. Inunc & doce nos computum annorum, qui toties hic  
in breuissimis numeris nimis rustice ac pueriliter aberrasti.

Pueriles lapsus  
Luth. in  
computatio-  
nibus.

Rides iterum nos, secundo et quarto anno Claudij & 27.  
annis Petri, Rides quidem improbe, nihil tamen ostendis,

VIII.  
Vera de an-  
nis Petri cōs-  
putatio.

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri

Nos autem certos habemus authores de 2. anno Claudij & de 25. annis Petri, Nam inter secundum annum Claudij quo uenit Romam & ultimum Neronis annum, quo crucifixus est Petrus 25. anni sunt intermediij, cum exclusione tñ extremorū. Sic enim de uiris illustribus narrat B. Hieronymus. Symon Petrus, Princeps Apostolorum, secūdo Claudij anno, ad expugnandum Simonem magum Romam pergit. Ibiq; 25. annis Cathedram sacerdotalem tenuit, usq; ad ultimum annum Neronis.

IX.  
Mentio de  
Claudio Im  
peratore in  
Actib. Apo  
stolorum.

Addis alium cauillū, quod Lucas in actibus consonet Paulo Gal. 1. dicens, Claudium omnes Iudæos Roma expulisse. Dic quæso, improbe Cauillator, ubi hoc asserit Paulus? percurre totam eius ad Galatas Epistolam, neq; tamen unum inuenies uerbum de Claudio. De quo Lucas scribit, quod inter cæteros Aquilam quoq; expulit & Priscillā eius uxorem, Dic tu nunc, si potes, quo Claudij anno id factum fuerit, Dic item, an inter eos Petrus quoq; fuerit.

X.

Quod autem stulte simul atq; impie quæris, Qomodo Petrus potuisset sub Claudio uenire Romam, Respondeo, quod id facis, quia abiisti in consilio impiorum & stetitisti in uia peccatorum, atq; in cathedra pestilentiæ, seu (ut Hieronymus interpretatur) derisorum sedisti. Nisi enim impius esses sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ derisor, nequaquā ita quæreres. Quia nemo dicit Claudium per omne tempus imperij sui Iudæos expulisse.

Quoto an  
no Claudius  
è Roma Iu  
dæos expulit

Quod si Lucā bñ cōsideres recte poteris cōiungere, Claudiu expulisse Iudæos post illos 18. años, q̄s tu ex paulo assignas, Año sui Imperij 10. forsitan aut 12. Interea uero potuit Petrus non solū uenire Romam, sed etiā sepius abire & redire. Venit itaq; Romā XII. anno post mortem Christi. Quod autem Paulus scribit se illum Hierosolymis post 14. annos uidisse

uidisse, minime nos angit. Potuit em̄ Petrus nō solū semel, Exo. 34. c.  
 sed quotannis, ex Roma Hierosolymam uenire, Quemadmodū 2. Para. 3. c.  
 modū faciebant tum iudei singulis annis ter secundū legē.  
 Quod si Iudeis ē Roma soluentibus singulis annis licuit Pa  
 scha celebrare Hierosolymis, Cur non licuisset Petro Ro.  
 Pontifici, in arduis nascētis Ecclesie negotijs, causis, et que  
 stionibus ter aut quater aut etiam sapius per 25. annos ex  
 Roma ad Apostolos & seniores redire Hierosolymam, si  
 cut & Paulus ex alijs locis fecisse legitur? Impia igitur &  
 absurda, non solum ridicula est tua Lutheri quæstio, qua rī Suetonius  
 dicule quæris. Quomodo Petrus sub Claudio potuisset ue in uita Clau  
 nire Romā. Lucas. n. non scribit, quoto imperij sui anno, dñ.  
 Claudius expulerit Iudæos. Nec Suetonius certum desig Alias \*  
 nat annū, sed breuiter ita dicit, Iudæos, impulsore \* Chri Christo.  
 sto assidue tumultuantes, Roma expulit. Nō plus dicit iste,  
 Nec quicquē apud alios potui amplius inuenire scriptores.  
 Quid igitur, si forte Iudæos expulit Tumultuantes, & non  
 Christianos? Quid, si omnes expulit anno uno, & altero for  
 te mox reuocauit, Quanto, n. tempore sub Cæsaris sine  
 Iudæis Roma fuit? Quid si Claudius eos expulit in nouis  
 simis annis suis, quos reuocauerit mox eius successor? fuisse  
 .n. sub Nerone Iudæos Romæ, nemo negare poterit, qui  
 modo Pauli in urbem ex Luca legerit aduentum.

Quod autem instabilem atq; incertam uocas Petri histo  
 riam, tuo iam consueto & antiquo, Id est, Hæretico & bar  
 barico, more facis, Etenim Quas tu legeris de Petro histo  
 rias nescio, Ego pro simplicitate columbina ijs optime sum  
 contentus, quas conformiter scribunt aut breuiter attingunt  
 Eusebius Pamphili, Tū in Chronicis tum in Ecclesiastica,  
 Historia S. Hieronymus de uiris illustribus, Eutropius in li  
 bris rerū Romanarum, Beda de sex Actatibus, Platyna de

Act. ult.

XI.

Historici p  
bati de 25. an  
nis s. Petri.

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri.

uitis Pontificum, & reliqui eiusdem generis Classici Authores, quos tu citra impudentiā suggillare nō potes, multo minus refellere aut expugnare. Hi autē, omnes, & cōplures alij, asserunt, B. Petrum 25. annis Romę Cathedram episcopale tenuisse, Nisi unū excipias Eutropiū, qui omiſſis annis, breuiter ita dicit. Deniq; oībus suis flagitijs etiam hoc addidit Nero, qđ sanctos Dei Apostolos Petrū, Paulūq; trucidauit. Mentiris postmodum longe impudentius, dicens, multos esse, qui palam ac libere asserunt, S. Petrum nunq; uenisse Romam. Hoc illud est Luthere quod impia hæc tua parturit disputatio. Sed dic obsecro, qui sunt illi multi, qui sic asserunt? Ego certe præter te nemini hoc ascribere noui. Nisi forte infames Hæreticos infimæ barbariei, aut semiturcos quosdam Græculos, allegaueris, quorum suspecta testimonia impiasue assertiones Catholica non admittit ecclesia.

Tunc nōdū  
prodierat li  
bellus Velez  
ni.

XII.  
Petrus &  
Paulus Ro-  
mæ uno eos-  
demq; die  
passi sunt.

Dist. 21.  
C. Quamuis

Improperas deinde nostris ( ut mendaciter calumniaris ipse ) mendacijs, Quod unus nostrum ambos Apostolos uno eodemq; die & anno simul triumphasse martyrio dicat, alter uero Paulum post Petrum biennio fuisse capite cęsum asserat. Vis audire uerum? Omnes profecto Catholici asserunt eodem tempore Petrum & Paulum, licet non eodem supplicij genere, fuisse à Nerone occisos, Quod autem olim nōnulli Hæretici, et hodie pauci: nescio qua infecilitate, plus quam oportet Græcæ fidei, eloquentiæq; magis quam ueritatis studiosi, diuersos annos utriusq; Martyrio assignant, Quid ad nos? Horum tu quidem partim socius & æmulus, partim etiam dux & auriga existis, At nos Ecclesiæ traditionem fidemq; sequimur. Audi igitur si libet, Quid Pelagius Papa omnibus dicat Orthodoxis, Petro ( inquit ) data est etiam societas Beatissimi Pauli, uasis electionis, Qui nō diuerso ( sicut Hæretici garrunt ) sed uno tempore, una eademq;

dēq; die, gloriosa morte, cū Petro, in urbe Romana, sub Cēsare Nerone, agonizans coronatus est, & Ecclesiā Rō. pariter Christo domino consecrarunt, cāq; oibus urbibus in uniuerso mundo sua p̄sentia atq; uenerādo triumpho p̄tulerūt. Itidem refert Anacletus quoq; Et ne hos p̄ tua in sedē Rō. imp̄bitate & odio Apostatico, figmētī (ut soles) accuses, Ecce tibi B. Ambrosiū, alterius ecclesię Archiepiscopū, grauissimę authoritatis testem, Quę Gratianus quidē citat in Decretis, sed absq; certo loco, Reperies autem eū locū in tertia eius operū parte, De natali Apostolorū Petri et Pauli. Beati (inquit) Petrus & Paulus eminent inter uniuersos Apostolos, et peculiari quadā p̄rogatiua p̄cellunt. Verū inter ipsos, quis cui p̄ponatur, incertū est. Puto, n. illos equales esse meritis, quia æquales sunt passione, Et simili eos fidei deuotiōe uixisse quos simul uidemus ad Martyriū gloriā puenisse. Nō n. sine causa factū putemus, q̄ una die, uno i loco, unius Tyranni tolerauere sententiā. Vna die passi sunt, ut ad Christū pariter puenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset, Sub uno persecutore, ut equalis crudelitas utrunq; cōstringeret. Dies ergo p̄ merito, locus pro gloria, p̄secutor decretus est pro uirtute. Et in quo tandē loco Martyrium pertulerunt; in urbe Roma, quę principatū et caput obtinet nationū, Scilicet, ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis. Et ubi gentiliū Principes habitabant, illic ecclesiarum Principes morarentur.

Hęc integerrimę fidei testis ille B. Ambrosius, Qui pauca his uerbis, non hanc modo sceleratam tuam disputationē dissoluit, uerum etiam plusq; dimidiū totius tuę de Patu Tragœdię diluit, confutat, dissipatq; & exterminat. Ais deinde facta & ironica quadā modestia, q̄ teneas tu S. Petrū fuisse Romę, nolis tñ sup hoc mori, nec noueris sustinere nec

Distin. 22. c. sacrosancta. 29. 7. c. Beati

Ambro. in sermo. 67.

XIII. Firmissime probari potest, Petrum Romę fuisse

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri

nec probare, immo nemo, te iudice, probare queat. Sed uideamus, si tu sustinere non potes, cur tenes? Si probare non potes, cur tantus uis haberi Theologus, atq; adeo Prophetas, per quē Deus & tot noua doceat, & tot antiqua refellat? Quę uero modestia est, ut si tu probare non noueris, mox iudices, neminē probare posse? Ego pfecto nihil doctrine arrogo mihi, facile tamen, et quidem firmissime, probabo, S. Petrum Romę fuisse, Arripiens interim, Emseri uice, gladios Pugiones & Lanceas, arma sane satis superq; ad omne iuris & æquitatis certamen, in causa Christiana, ualida. Cum uero Petri, qui & animo & gladio promptus fuit, causa agatur, non erit nobis indecorum, pro eius defensione uel duos **1. Pet. ult.** arripere gladios unum spiritus sancti & scripture, Alterum Cæsaris & Imperij.

Ait itaq; Petrus ipse Ponticis, Galatis Cappadocibus & reliquis aduenis Dispersionis. Salutatur uos Ecclesia, q̄ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Quę autem est ista Babylō? Certe utraq; Glossa, Ordinaria inq; et Lyrana, Romā hic figuraliter intelligunt, propter Idololatrię confusionem, Tūc. n. sub Imperatoribus paganis maxima erat Romę Idolorum multitudo & confusio, Astipulatur item B. Hieronymus, de uiris illustribus, ex autoritate Clementis & Papię, Addens Marcum, Romę rogatum a fratribus, breue scripsisse Euangelium, Quod cum Petrus audisset, probauit, & Ecclesię legendum sua Autoritate edidit. De quo plura habet Historia Ecclesiastica. Et in plerisq; Epistolis B. Hieronymus Romam Babylona uocauit, Id quod Augustinus quoq; & Orosius obseruauerunt. Quod si unus tu Lutherus negas hic Romā per Babylonem intelligi, **Verba Christi ad Petrū.** contra omnium ( quę tua est proteruitia ) sententiam, æquū est, ut alteram nobis ostendas, in qua Petrus hanc scripserit epistola

Verba S. Petri.

1. Pet. ult.

Li. 2. Cap. 15

Verba Christi ad Petrū.

epistolâ. Idque per pbatos Authores Autenticasque scripturas.  
 At uero si B. Petri quoque aliorum Ro. Pontificum, scripta  
 non solum apocrypha, sed etiam falsa & Hæretica (Proh impie  
 tatem cæteris in exemplum citius plectendâ) dixeris, eiusque  
 testimoniū idcirco reieceris, Euangelicū saltem (si Aposto-  
 licum contempnis) admitte testimoniū Iesu Christi, Qui dixit  
 Petro. Amen amen dico tibi, Cum esses iunior, cingebas  
 te, & ambulabas ubi uolebas. Cum autem senueris, ex-  
 tendes manus tuas, & alius te cinget, et ducet quo tu nō uis.  
 Hoc autem dixit (inquit Euangelista) significans, qua mor-  
 te clarificaturus esset Deum. Si glossas hic cōtemperis pro-  
 terue, Augustinum saltem (à quo te Augustinianum nomi-  
 nas) audi. Extēdes, inquit, manus tuas, Hoc est, Crucifige-  
 ris. Ad hoc autē ut uenias, alius te cinget, & ducet, non quo  
 uis, sed quo non uis. Prius dixit quod fieret, & deinde, quo  
 modo fieret. Non em̄ crucifixus, sed utique crucifigendus quo  
 nollet, est ductus. Nam crucifixus, non quo nolebat abiit,  
 sed potius quo uolebat. Solutus quippe à corpore uolebat  
 esse cum Christo. Ad mortis itaque molestiam nolens ductus  
 est, sed ab ea uolens eductus est. Nolēs ad eam uenit, sed uo-  
 lens eam uicit, Et reliquit hunc infirmitatis affectū, quo ne-  
 mo uult mori, usque adeo naturalem, ut eum B. Petro nec se-  
 necsus auferre potuerit. Cui dictū est, Cum senueris, duce-  
 ris quo non uis. Hęc B. Aug. Aequum est igitur, quisquis  
 impie negauerit S. Petrum unquam Romę fuisse, ut alium  
 nobis locum assignet, in quo Petrus, testimonio Christi, ex-  
 tendit manus, affixus cruci, gloriosamque obeundo mortem.  
 Aliud item Christi testimonium ponit idem Euāgelista  
 circa ultimam cœnam, quando Iesus Petro dixit, Quo ego  
 uado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. At  
 quo uadebat tum Christus? nonne ad crucem? Aut igitur

Ioh. ult.

Aug. super,  
Ioh. tra. 123

Eph. 6.

C. de sum  
ma tri. L. 1.

aliū nobis per scripturas ostende locum in quo crucifixus sit Petrus, aut Romam nobiscum fateri uerum locum & se dis & Martyrij Apostolorū Principis B. Petri, Quod si gladium spiritus (quod est uerbum Dei) contempseris impie, reuerere, saltē gladiū Imperij cui Papā quoq; & omnes Episcopos ex æquo cum Latēis barbarice uis subesse. Eccerdis giosi Imperatores, Gratianus, Valentinianus secundus & Theodosius maior tres Augusti simul, in publico ad populum Cōstantinopolitanū edicto, sub gladij potestate ita p̄cipiunt. Conctos (inquit) populos, quos clementie nostrę regit Imperiū, in tali uolumus religione uersari, quā Diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usq; adhuc ab eo insinuata, declarat, Quamq; Pontificē Damasum sequi claret. Nunquid hos quoq; tres Augustos, Luthe re, simul cum Papistis dicas mentiri? Caue, ne gladium in te stringat eorum successor Carolus V. à quo iam es publice, non solum Hereseos notatus, declaratus & cōdemnatus, uerum etiā Banno seu proseriptioni Imperiali, alijsq; Hereticorum pœnis et persecutionibus expositus, Tu uideris, ubi amplius impietas tua latibulum inueniat, cui cunctus orbis Christianus est seuerissime, non solum ab Augusto p̄cipiente, sed etiā omnium Germaniæ atq; Imperij Principū ac populorum unanimi consensu: interdictus. Videtne igitur, quod non solum Papistæ, sed etiam Imperatores magni publice affirmant S. Petrū Romanis religionem tradidisse.

Magnifica  
Petri & Pauli  
templa Ro  
mæ.

Quid q; Maximus Constantinus nobilissimas Petro & Paulo Romę Basilicas extruxit magnificentissime? Ipse tuis oculis augustissima illa tēpla uidisti, Dic obsecro, qua mentis cęcitate aut negas aut dubitas, illos Romæ fuisse, quorū tot certissima monumēta ibi luminibus proprijs inspexisti? Quales columnarū ordinēs? Quales contignationes? Quales

les sub sacratissimis altaribus reconditas uenerandorum corporum reliquias: Qualia foris atria porticusq; & portas: Qualia intus Apostolorum sepulchra Candelabra, sacra uasa: Profecto nisi trunco stupidior, saxoq; durior per hæreticam pertinaciam esses, in hanc negandi dubitandue amenitiam nunquam uenisses. Si igitur Romæ non fuit B. Petrus Dic ubi fuit, quando manus suas in cruce (iuxta uerbum *Ioan. ult.* domini) extendit:

Vnde ei templum illud toto Orbe & ab antiquo uenerabile, & noua nunc mole stupendū: Quod barbaris q; Gothis, licet Arrianis, in tāta tñ ueneratione fuit, ut Visigothorum rex Alaricus, capta post longā obsidionē urbe, publico cauerit Edicto, ne quis uiolaretur, qui in templum illud confugisset. Ostrogothorū uero rex Totyla, capta post grauiorem obsidionē eadē post multos annos urbe, quanq; iustissima flagrabat, ppter pfidiā & accepta damna, ira, ante omnē tñ ultionē templū illud orandi gratia uenerabundus accessit armata stipatus acie, Pelagioq; Pontifici suppliciter obuianti, protinus ueniā dedit, atq; edicto præcepit suis, ne quē ultra Romanorū obtruncarent. Histestes habeo procopium, Paulum Diaconū, Blondū, Platynā, Sabellicū, Egnatium & id genus nobiles Historiographos, quibus longe iustius habet fides, quam impię ac sceleratę tuę dubitationi.

Omitto donaria referre, que undique ex Christianorum orbe in templum illud à regibus magnifice missa fuerunt, unum iuuat ex Platyna recitare breuiter exemplum, sub Hormisda Papa. Dona, inquit, multa ac præciosa eodem tempore Romam ad ornādas Basilicas sanctorū sunt missa. Gemmas enim magnæ æstimationis Clodoueus Rex Franciæ misit. Delata & dona, cum aurea tum argentea, Delata Euangelia cum tabulis aureis, gemmis distinctis,

Toti Mūdo  
uenerabile  
templum S.  
Petri.

Quanta dona  
illi tēplo  
missa fuerūt

à Iustino Imperatore, uoti gratia, Misit & patenam auream  
 librarum XX. cum hyacinthis, Scyphum aureum gemmis  
 circumdatum, Ornauit & templum B. Petri Theodericus  
 Rex trabe argentea mille & XL. librarū, Cerostratis duo-  
 bus librarum LXX. Ecce quot ueritati nostrę attestantiū  
 regum & Principum gladijs confoditur hęc improba tua  
 dubitatio.

C. de sum-  
 mati. L.  
 Nos redder-  
 tes.

Vis ne plura gladiatorū testimonia? En tibi Iustinianū Au-  
 gustū, in Codice legū, ita ad Iohannem Papam, missis lega-  
 tis, ultro scribentem, Semper nobis, inquit, fuit magnū stu-  
 dium, unitatē uestre Apostolicę sedis, & statū sanctarū dei  
 Ecclesiarū custodire, qui hactenus obtinet, & incōmote per-  
 manet, nulla intercedente cōtrarietate, Ideoq; omnes sacer-  
 dotes uniuersi Orientalis tractus & subijcere & unire sedi  
 uestre sanctitatis properauimus, Dic Luthere, quam uocat  
 Imperator hic Apostolicā sedē? Nonne Romanā? Certe id  
 Titulus ipse indicat, Et Pontifex rescribendo ita declarat, di-  
 cens, quod amore fidei, qđ studio charitatis, edocti ecclesia-  
 sticis disciplinis, Romanę sedis reuerentiā cōseruatis, & ei  
 cuncta subijcitis, & ad eius deducitis unitatē, Ad cuius Au-  
 thorē (hoc est, Apostolorū primū) dño loquente p̄ceptū est  
 Pisce oues meas. Quā esse omniū uere ecclesiarū caput, &  
 patrū regulę & Principū statuta declarant, & pietatis uest-  
 re reuerendissimi testantē affatus. Præterea in Autenticis

Et ti. L. In-  
 ter claras.

In autē. col.  
 2. ut ecclesia  
 Ro. in prin.

quoq; idē Imperator tale nobis, gladij sui potestate testimo-  
 niū præbet. Ut legū (inquit) originem anterior Roma sorti-  
 ta est, Ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse, ne-  
 mo est qui dubitet, Vnde & nos necessariū duximus, patriā  
 legum, fontemq; sacerdotij, speciali lege illustrare, hęc Imp:

Quis autem nescit apicem & Primatū Roma. sedis, esse  
 per dispositionē diuinam à Principibus Apostolorū Petro  
 & Pau

& Paulo: Certe, si aliqui ex simplicitate nesciant, tu nescire non potes, qui Galatas tuos tam gloriose aliquando iactitas Ipse. n. Paulus ad Galatas ita scribit, Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis. Qui. n. operatus est Petro in Apostolarum Circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Merito igitur uertex summi Apostolatus Romanæ tribuitur Ecclesiæ, quam summi duo Apostoli, unus Circumcisionis, alter Præputij, sanguine suo præsentiaq; salutarî gloriose consecrauerunt.

Vis adhuc plures gladios: Ecce tibi nobilissimi simul atq; que iustissimi Præfecti Prætorij Gladium, Senatoris & Patricij Ro. Cassiodori, qui ut ad culmen Præfecturæ Prætorianæ gloriose meritis ascenderat, mox ad eundem Iohannem Papam (ad quem supra diximus è Byzantio scripsisse Iustinianum Imp.) inter cætera sic scripsit. Applicandum uobis est, Beatissimi Patres, ut læticiam, quam per uos, Deo largiente, percepimus, custodiri nobis uestris orationibus sentiamus. Vos speculatores Christiano populo præfidentis, ues patris nomine uniuersa diligitis. Securitas ergo plebis, ad uestram respicit famam, cui diuinitus commissa est custodia. Quapropter nos decet cogitare aliqua, sed uos omnia. Sedes ista mirabilis, proprios regat affectione cultores. Quæ licet generalis mundo sit præstita, nobis tamen cognoscitur & localiter attributa. Tenemus aliquid sanctorum Apostolorum proprium, si peccatis diuidentibus non reddatur alienum. Quantum confessiones illas, quas uidere uniuersitas appetit, Roma foelicior in suis finibus habere promeruit, Nihil ergo timemus talibus Patronis, si oratio non desistat Antistitis. Hæc religiosissimus ille Cassiodorus Monachus, dum esset in sæculo Prætorij Præfectus.

Gal. 2.

Cassi. lib. xi.  
epistolarum,  
epist. 5.

Cass. li. no.  
no Episto-  
larum epist.  
15.

Cass. lib. 9.  
Epistola 16.

Cuius Princeps, Rex Gothorum Athalaricus, similiter ad eundem Papam de electione Ro. Pontificis, post multa, ita subiunxit. Cum de Apostolici consecratione Pontificis intentio fortasse prouenerit, & ad Palatium nostrum perducta fuerit altercatio populorum, suggerentes nobis, intra tria Milia Solidorum, cum collectione Chartarum, censemus accipere. A quibus tamen omnes Idoneos, rei ipsius consyderatione remonemus, Quia de Ecclesiastico munere, pauperibus est potius consulendum. Alios uero Patriarchas, quando in Comitatu nostro de eorum ordinatione tractatur, In supradictis conditionibus atq; personis, intra duo Milia solidorum iubemus expendere. In ciuitatibus autem suis, tenuissime plebi non amplius, quam Quingentos Solidos se distributuros esse cognoscant, Scripsit Idem Rex Saluentio Praefecto urbis, statim sequenti Epistola, inter alia, in haec item uerba. Dudum, inquit, Senatus amplissimus, à splendore suo cupiens maculam foedissimae suspicionis abradere, prouida deliberatione constituit, ut in Beatissimi Papae consecratione, nullus se abominabili cupiditate pollueret, poena etiam constituta, qui talia praesumere tentauisset, Non iniuria, Quia tunc Electi uere meritum queritur, cum pecunia non amatur. Quod nos laudantes, & augentes inuentum, ad Beatissimum Papam direximus constituta, que his antelata praefulgent, Ut ab honestate sanctae Ro. Ecclesiae, prophanus ambitus auferatur. Verum ut Principale beneficium, & praesentibus haereat saeculis & futuris, tam definita nostra, quae Senatus Consulta, tabulis Marmoris praecipimus decenter incidi, & ante atrium Beati Petri Apostoli in testimonium publicum collocari.

Hac

Hæc Athalaricus Rex Gothorum, totius Italiae, Sic Collatio Re  
 elliae, Dalmatiae & adiacentium Insularum olim Prin-  
 ceptis Gothorū  
 ceps, Aetate adhuc puer IX. aut X. annorum, Reli- cum Luthero  
 gione Arrianus, I nunc Luthere, cum sis conditione hos  
 ro.  
 mo priuatus, ætate uir, habitu religiosus, professione li-  
 terarum Theologus, frater mendicus, nomine Catholi-  
 cus, Quin etiam & tua iactantia, & multorum opinio-  
 ne propheta, Et disputa S. Petrum nunquam fuisse Ro-  
 mæ, Nega eum si hodie uiueret, fore Papam, Dic Pa-  
 patum esse, nunc robustam uenationem, nunc merum  
 figmentum, Imprecare sacrilego gutture sedi Apostoli-  
 cæ, ut cælitus in infima Tartara deturbetur, Nos tamen  
 nihilo secius tot Principum sanctorumque exemplis edo-  
 cti, eam fidem & religionem seruabimus, atque ad mor-  
 tem usque propugnabimus, quam B. Petrus tradidisse  
 scribitur sacrosanctæ Ecclesiæ Ro-

En binos tibi gladios obiecimus, unum scripturæ, al- Duo gladij  
 terum Imperij, Qui proculdubio, cuiuslibet Pio Christiani  
 sufficiunt.  
 no, ad tuitionem satis esse possunt, Quandoquidem Luc. 22.  
 Christus ipse dixit, Satis est, dicentibus discipulis. Do-  
 mine, Ecce gladij duo hic. Si sapiis igitur, caue tibi à gla-  
 dio B. Petri, & à gladio nostri Principis & Imp. Ca-  
 roli V. semper Augusti. Nam & hi duo abunde possunt  
 contra impietates tuas aliquando sufficere. Et tantum  
 de gladijs.

Quas autem longiores in te Cuspides iaculemur, pro as- Longa Cus-  
 ferenda S. Petri Sede Romana, quam M. CCCC. & eo spis 1400. an-  
 amplius, annorum, cõmunissimum simul atq; certissimum norum.  
 uniuersa

uniuersi per Orbem terrarum populi Christiani sermonē?  
 Si tribus & semis annis acquiescis de prædicatione Christi,  
 propter communem sermonem, Cur hic tot sæculorum cele-  
 bratissimo sermoni minus acquiescis, atq; adeo etiam contra-  
 dicis? Quis, n. præter unum te in dubium uocauit impia  
 disputatione hunc sermonem? Certe non Martion, non  
 Montanus, non Manichæus, non aliorum, quotquot huc  
 usq; fuerunt, Hæreticorum quispiam, de hoc disputare præ-  
 sumpsit, Nec sceleratiffidei nostræ impugnatores & Apo-  
 statae id attentauerunt, Non Celsus, Non Apuleius, Non  
 Porphyrius, Nec ullus item Historicorum siue Gentilium  
 siue Iudæorum, quos ego uiderim.

Co. Tacitus  
 hist. lib. 15.

Quamuis Cornelius Tacitus alias malignissime de Chri-  
 stiana religione senserit, De incendio Urbis, quod iussu Ne-  
 ronis factum credebatur, ita scribens, Ergo abolendo rumo-  
 ri Nero subdidit reos, & exquisitissimis poenis affectit, quos  
 per flagicia inuisos, uulgus Christianos appellabat. Author  
 nominis eius Christus, qui Tiberio imperitante, per Procu-  
 ratorem Pontium Pilatum, supplicio affectus erat. Repres-  
 saq; in præsens excrucians superstitio, rursus erumpebat, nō  
 modo per Iudæam, originem eius mali, sed per urbē etiam,  
 quo cuncta undiq; atrocità aut pudēda confluūt, celebrantq;.

Plinius in ep  
 istolis ad  
 Traianum.

At impia ista huius Ethnici calumnia, facile refellitur per  
 unam modo Pliniij Secundi Amici & Coætanei eius, ad  
 Traianum epistolam, in qua de ijs, qui Christum metu per-  
 secutionis & supplicij negauerant, ita scribit, Adfirmabant  
 autem hanc fuisse summam uel culpæ suæ uel erroris, q̄ eis  
 sent soliti, stato die ante lucem conuenire, Carmenq; Chri-  
 sto quasi deo dicere secum inuicem, seq; sacramento, non in  
 scelus aliquod, obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne as-  
 sulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum ap-  
 pellati

appellati abnegarent. Quibus peractis, morem sibi disceden-  
di fuisse, rursusq; ad capiendū cibum, promiscuum tamē &  
innoxium. Quo magis necessarium credidi, ex duabus an-  
cillis, (quæ ministræ dicebantur) quid esset veri, & per tor-  
menta quærere, Nihil aliud inueni, quam superstitionem  
prauam immodicam, Ideo dilata cognitione ad consulendū  
te decurri.

Diaconissas  
intelligo.

Quæ sunt igitur ô Corneli Tacite flagitia, de quibus im-  
pie nostros es calumniatus? Sed miserandus es magis q̄ re-  
darguendus, quoniã nō tam malicia q̄ gentiliū deorū amore,  
Domitiani Traianiq; exemplo ac nativo errore in odiū veri  
dei ueræq; religionis cæcus ac miser ita exarstisti, grauissimus  
alioq; Historicę ueritatis assertor, custos testisq; fidelis, præ-  
uus hic Ethnicę religionis (immo superstitionis) affectus te  
à tramite uerę narrationis, in deuiū falsæ criminationis de-  
flexit & abduxit, trahēte sic Geniū tuū principe huius mun-  
di. Nos igitur nihil ominus accipimus ex hac Cornelij histo-  
ria, fuisse utiq; sub Nerone Christianos Romę, Quis autem  
credat eos ibi fuisse sine Episcopo? Aut ergo Petrū ibidem  
fuisse Luthere crede, aut aliā illis assigna per scripturas Epī-  
scopum. Negat Cornelius bonos fuisse Christianos, at non  
negat (sicut neq; affirmat) Petrū ibi fuisse. Cur tu igitur unus,  
cōculcato cōmunissimo cunctorū sermone, impia uexandi  
& sugillandi libidine, tam receptā tot seculorum fidem re-  
uocas in dubium.

Excedis profe cto hac immani tua scandalizandi uolun-  
tate cunctos, q̄libet prauos ac perversos, Catholicę fidei ho-  
stes, Nemo. n. psequutorz, nemo Poetarū aut Philosopho-  
rum, nemo Apostatarū aut Hereticorū ita contra cōmunē  
sensum, ut tu facis delirauit. Multos sane ac graues errores  
disseminauerūt Magistri tui, Vualdenses, pauperes de Lug-

Peior Ethni-  
cis Luche.

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri

duno, Pighardi, barbarus Vuicleph, & uicinus ( forsitan & cōsanguineus) tuus Huls. Cæterum hanc uesanam dubitationem nemo illorum propofuit.

Diuersę pro  
bationes, q̄  
S. Petrus  
Romę fuit.

Post gladios igitur, ut ad pugiones tandem deueniamus has tibi oppono lanceas Cuspidesue longas, primo quidem cōmunissimū (cui standū supra putasti) omnium sermonē. Deinde Antiquissima Petri & Pauli Romę templa, reliq̄as & monumenta. Item certissima Martyrij utriusq̄ loca & uestigia. Præterea paruum sacellū in uia Appia, ubi Petro persecutionem declinanti Christus apprensus, dixit, Vado Romam iterum crucifigi. Vnde reuersus est B. Petrus in urbē, cū iam ad primū ab urbe lapidē exiisset, Id quod Platynares fert, ex graui simul et antiquo authore, Egesippo, tēporibus Apostolorū uicino. Insuper uetustissimas atq̄ celebratissimas urbis stationes, tot sęculorū annuo usu obseruatas, ac maxima populi Ro. frequentia statis diebus repetitas. Item probatū per oēs Christianorū Bibliothecas seriē successionēq̄ Ro. Pontificū, ubi semper B. Petro dat̄ primus locus. Idq̄ nō solū uerbis & libris, uerū etiā picturis & imaginibꝰ, Quales profecto inter multa alia decora, Senense templū admirandis aduenis pulcherrime ostendit. Deniq̄ religionem ipsam, cultūq̄ diuinū ab illo hucusq̄ cōtinuatū Romę per oīa sęcula nostrę salutis, Quinetiā iugem illā B. Petri uenerationē, hæctenus indefinenter ibi obseruatā. Postremo Celeberrimas & ab antiq̄ probatissimas Christianorū peregrinationes ad limina B. Apostolorū Petri et Pauli, Quas pleriq̄ etiā sanctorū susceperūt ex remotissimis q̄q̄ regionibꝰ, siue ex uoto, siue ex iniūcta pœnitētia, aut q̄cūq̄ alia ex causa.

Nunc tandē si forte lōgiora hæc tela coneris uel deludere uel excutere, ad breues pugiones, quibus omnis tibi armatura dissoluat̄, accedo. Sic, n. tua me coegit improba irrisio his  
tribus

tribus armorū generibus pugnare, Cum intelligi uelit Em-  
fer, per gladios scripturā, per Cuspides longū usum, Per pu-  
giones uero dicta patrū. Opposui tibi quidē supra, ex tem-  
porū rerumq; ac Cæsarū atq; Pontificū scriptoribus multos  
ualidos ac nobiles pugiones, quos citra summā improbitatē  
atq; impudentiā, reijcere nō potes. Ut tñ apertior fiat huius  
disputationis tuæ amentia, ex antiquioribus thecis graues  
& fortes quosdā pugiones, pro B. Petri defensione contra te  
proferam. Omitto tñ B. Clementis itinerariū, ne uelut Apo-  
cryphum (Quis admirabiles sint ij libri) ac rubiginosum irri-  
deas, Omitto & B. Dionysū, qui Petri & Pauli Martyriū  
descripsisse fertur in urbe. Vnde postea fuit à Clemente in  
Gallias, Parisiorū Apostolo destinatus. Quē tu antea in Ba-  
bylone tua improbe sugillasti, Egesippū iam audisti, Quid  
dicis ad uerba Ignatiū Martyris Antiocheni Episcopi, tertij  
à Petro, Auditoris Iohannis Apostolice Is in sua ad Romanos  
epistola sic ait. Non sicut Petrus & Paulus p̄cipio uos  
bis. Illi em̄ Apostoli sunt Iesu Christi, ego autē minimus. At  
si non fuisset B. Petrus Romę, nihil eis p̄cepisset. Ex quo  
nulla extant eius ad Romanos scripta.

Quid uero de Papia, qui similiter auditor Iohannis fuit et  
Episcopus Hieropolitanus, tibi uideat? Is certe ait (ut Euse-  
bius recitat) quod Marcus Euangelista interpres fuerit Pe-  
tri, & quęcunq; meminerit ab eo dicta cōscripserit. Non tñ  
per ordinē ea, quę à domino dicta sunt uel facta, digesserit.  
Quia nō ipse auditor domini fuerit uel sectator, sed nouissi-  
me Petro adhæserit, ad usum ac ministerium prædicandi, 1. Pet. ult.  
non ad conscribendos domini sermones. Hęc ex Papia,  
Quæro igitur Luthere, ubi nouissime Marcus adhæserit  
Petro? si non Romę, dic tu alium nobis ex scripturis lo-  
cum. Certe scriptura Petri (ut supra allegauimus) dicit

In hist. Eccl.  
lib. 3. c. 31.

Io. Coch. De XXV. annis S. Petri

Salutat uos Ecclesia, quæ est in Babylone (Hoc est Roma) collecta, & Marcus filius meus.

In histo. Eccl. lib. 5. c. 6. Qua deinde impudentia contemnes Hireneum audiatorem Polycarpi Apostolorum discipuli, Episcopum Lugdunensem in Galliar' Hic successores Apostolorum in Ro. Ecclesia (ut recitat Eusebius) commemorat usq; ad Sotherem sub quo scripsit, Dicit autem Sotherem XII. Pontificem ab Apostolis, Quia Cletum & Anacletum pro uno posuit.

Caius Historicus. En tibi rursus aliū pugionē, senem quidem & illū, sed ualidum, Caiū inq; ueterē Historicū, Qui contra proculū Cathrygum (ut Eusebius, Hieronymus et Platyna referūt) disputans ait. Ego trophæa Apostolorum habeo, quæ ostendam, Siue enim uia regali pergas, quæ ad uaticanum ducit, siue Ostiensi, Trophæa eorum inuenies, qui hanc stabilire Ecclesiam, Scripsit autē hæc Romæ sub Zepherino XVI.

In histo. Eccl. li. 6. c. 21. ab Apostolis, Sub quo & Origenes (uti ex quodā ipsius loco refert Eusebius) Romā uenit, dicēs, uoti sibi fuisse, ut antiquissimā Romanorum uideret ecclesiam. Cur autem dixit antiquissimam, si eam Princeps Apostolorum Petrus non fundauit.

Cypria, li. 1. epist. 3.

Quod si hos probatissimos & ipsa antiquitate uenerandos Pugiones, pter uie repellis & reñcis, Ecce tibi Cyprianū, quē tu unum contra oēs Romanistas alibi satis ualidum dixisti. Is pfecto ad B. Cornelium Ro. Pont. xxij. à B. Petro, inter cetera sic scribit. Post ista, nauigare audent, et ad Petri cathedrā atq; ecclesiam principalem. Vnde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorū fides, Apostolo prædicantē laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. Excute hunc quoq; fortissimum, teipso teste Luthere, pugionem, ut ne uestigium quidem ullius in te frontis remaneat. Nam

Nam & Eusebium, quo ipse in nos abusus es aliquando negare hac uæsanía cogéris, Cuius hæc sunt uerba. Contino namq; in ipsis Claudij temporibus, Clementia diuinæ prouidentia, probatissimum omnium Apostolorum, et maximum, fidei magnificentia, & uirtutis merito, Primorum Principem, Petrum, ad urbem Romam deducit, ducem quendam & magistrum militiae suæ, scientem diuina prælia gerere, & uirtutum castra ducere. Iste adueniens ex Orientis partibus, ut caelestis quidam negociator, mercimonia diuini luminis, si quis uelit comparare, paratus aduexit, Et salutaris prædicationis uerbo, primus in urbe Roma, Euangelij sui clauibus, Ianuam regni caelestis aperuit. Hi sunt nostri Pugiones, absq; rubigine uetusti, quorum profecto uibratam aciem, erroris tui caligo minime poterit sustinere.

Eusebius  
In Hist. eccle  
lib. 2. c. 14.

Quomodo autem sustinebitis, uim eorum, quos peculiariter dicimus Quatuor Ecclesiae Doctores? Hi certe in plerisque locis locupletissimo testimonio Romanam B. Petri sedem & asserunt & propugnant, Sed breuitatis gratia paucissima nunc proponemus. Ambrosius itaq; de pedum post Baptismum lotionem, qua utebatur in Ecclesia sua, ita dicit. Vtiq; ipse author est nobis huius assertionis Petrus Apostolus, qui sacerdos fuit Ecclesiae Romanae. Hieronymus euidentissimo supra citatus est testimonio. Cuius & alia sunt, plurima sane & illustria, sed maxime accommodatum illud, quod ad Damasum Papam dicit, Hæc est fides Papa beatissime quam in ecclesia Catholica didicimus, quamq; semper tenuimus, in qua si minus perite aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus à te, Qui Petri & fidem & sedem tenes, Gregorium omitto, ne eum improbe, uelut in propria causa testem, reñcias, Augustinum tibi oppono, cum alibi, tum ualidissime in Epistolis, 91. 92. 93. & in eo, quem

Quatuor  
Doctores  
ecclesiae.

Ambros. de  
sacra. lib. 3.  
c. 1.

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri

quem de Hæresibus inscripsit, libello. Quod si omnes, quos habere possumus, pugiones proferre uelim, multis nobis libris constaret hæc in uæsanam disputationem tuã responsio.

Ex his autem, utcunq; prolatis, quisquis mentis & rationis compos est, facile uidebit, quã cæco rapiaris in hanc dementiam furore, ut neges impie aut dubites improbe, S. Petrum unq; Romæ fuisse, Contra scripturam sacram, contra Canones Patrum, Contra leges Imperatorũ, Contra cõmunem sermonẽ omnium, Contra sensum tot hodie adhuc Romæ extantium B. Petri monumentorum, Contra tot uetustissimos Ecclesiæ Doctores, Contra Probatissimos item Historicos, Cæsariumq; ac Pontificum scriptores. Breuiter contra omnem rationem & equitatem. Cum tu interim nihil omnino habeas pro impia tua disputatione, nisi unicum ex Paulo locum, cui stulte secundum Heteroclitum caput tuum sinistro intellectu, contra tot assertores ueritatis, inniteris, Quod scilicet Paulus 18. anno post Ascensionẽ Christi uiderit Hierosolymis Petrum, hinc uane contendis, Petrum antea Romæ non fuisse, Quomodo uero id sequitur? En ego nuper te Vuormaciæ uidi anno XXI. Nunquid ob id Vuittenbergæ anno XX. nõ fuisti? Et me Romæ anno 18. uiderunt multi, non tamen idcirco cuiq; admiserim, nunganti, me antea Colonie aut Norinbergæ non fuisse. Nunquid recte dicas, Anno 18. Petrus Paulum Hierosolymis uidit, Ergo Paulus antea nõ fuit Antiochię, non in Cypro, non in Pamphilia atq; Cilicia? Non sederunt Apostoli desides & ociosi in uno loco, sed perambulauerunt diuersas regiones, fidem Christi dilatantes, Conuenerunt autem sæpe nonnulli eorum, præsertim ptimores, in Hierusalem, uel prisco Iudæorũ ritu tempore Paschali, uel in arduis Ecclesiæ teneræ adhuc & nouellæ negocijs.

Non

Non igitur continue fuit B. Petrus Hierosolymis 18. annis, Sed adhuc & abiit pro usu & commoditate nascentis Ecclesie, Perambulauit interim regiones plurimas, non solum propinquas, Iudaeam, Gallileam, & Samariam, Verum etiam Remotiores, Antiochiam, Cappadociam, Pontum, Galatiam, Bithyniam, & Asiam. Quid mirum igitur, si & Romam interea uenit? Nunquid uero causam ueniendi Romam non habuit? Habuit certe uel maximam, Nempe Symonem Magum, qui antea confusus ab eo in Samaria (uti Lucas refert in Actibus) Romam uenerat, ubi tantum consequutus fuit nomen, ut pro deo haberetur. Ad hunc igitur expugnandum Petrus quoque Romam se contulit, uti post Clementem retulerunt Caius, Eusebius, Hieronymus & alij complures illustres & graues Authores.

Act. 8.

Non omnia retulit Lucas.

Quid ergo? Nunquid ideo tecum negabimus, Petrum Romam fuisse, Quia id Lucas non refert? Absit, Non. n. oia retulit Lucas. Vbi. n. refert, Petrum fuisse in Ponto aut. Bythinia? fuit tamen, Vti testatur ipse in priori sua Epistola, mox a principio in ipso titulo, Quod et Eusebius atque Hieronymus alijque referunt Historici. Sic non oportet, protinus negare, quicquid Lucas aut scriptura non dicit. Non. n. oia scripta sunt. Quamquam nos supra ex scripturis quoque ostendimus B. Petrum Romam fuisse. Nam et tu ipse in libello de potestate Papae sic dicis.

Ita uidemus et Ro. Pontifices semper fuisse honoratos ut successores Petri, & primo loco habitos. Et in hoc recte et laudabiliter actum est et agitur, agendumque est sine querela.

Si igitur recte et laudabiliter honorantur Ro. Pontifices, ut Luth. contra B. Petri successores, Cur tutissimum esse dicis, sub dubio & tra seipsum. opinione relinquere, an S. Petrus Romam uenerit unquam? Dubium ne pijs esse debet Christianis, quod Ecclesia Catholica

Io. Coc. De XXV. annis S. Petri

Catholica, tot munita scripturis, legibus, Canonibus, Monumentis, Doctoribus atq; Historicis, per tot sæcula, absque omni contradictione tenuit, & hodie firmissime adhuc tenet:

Falsum fundamentum  
Luth.

At non tenemur, inquis, plus credere, nisi quæ Deus nobis in scriptura credere præcepit. Ergo non tenemur credere Ecclesiam Catholicam: nec patrem ingenitum: nec filium consubstantialem: nec spiritum sanctum ab utroq; procedentem: nec matrem Christi (Proh seelus) Dei genitricem: Absit, Absit, Hæc omnia & adhuc multo plura tenemur firmissime credere, quamuis ea Deus nobis in scriptura credere non præcepit expresse, Hereticus igitur est, quisquis non credit S. Petrum Romæ fuisse, Quis ita: Quia non credit scripturæ, neq; audit Ecclesiam. Ideo iuxta Domini doctrinam, erit nobis sicut Ethnicus & publicanus.

Math. 18.

XIII.

Ad uerbum Dei nihil addere, nihil auferre.

Neq; n. Moses neq; Paulus hunc reprobum, quem ex eis fraudulententer colligis, sensum intenderunt, Nihil uolunt mutari, hic in nouo, ille in ueteri, testamento, Quis autem nostrum in his quicq; mutat aut mutauit unq;: Nihil item uolunt addi nihil subtrahi, Rectissime profecto, Quis nostrum, ad sacras literas uel minimum addidit Iota. Nihil addimus, nihil auferimus, nihil mutamus in sacrosanctis utriusque testamenti textibus scripturarū, Multa tamen credimus, quæ in ijs expresse non habentur, Si. n. omnia essent in scripturis expresse posita, frustra fuissent ædita Symbola fidei, Nicenum, & Athanasij, frustra suscepti & exantlati tot contra Arrium labores, frustra item factæ Conciliorum circa fidem determinationes. Ad sacros igitur textus nihil addit Papa, nihil Ecclesia, Addit autem ac determinat multa, quæ in illis expresse non habentur, siue de moribus siue de fide

fide quæstio incidit, Recte addit Ecclesia Conciliorum decreta, recte Pontifex Decretales, recte glossas & expositiones sacri Doctores, recte ad civilem uitam instituendam leges Imperator, & quælibet ciuitas propria statuta, per hæc tamen sacrae literæ non mutantur. Nam & Iudæi præter textum antiquum multa alia susceperunt scripta tum in Talmud, tum in diuersis expositionibus scripturarum.

XV.

Nō iacet in luto Papatus.

Quod autem Papatū in luto & arena, atq; (ut fœdissime in culum etiam, non modo in cœlum os ponas) in stercore constructum asseris, pro solita loqueris impietate tua, Nos autem sufficienter (ut spero) et hic & alibi ostendimus Papatum firmissime ædificatum esse in gemina Petra, quarum prior Christus, posterior Petrus recte dicitur, apud Classicos & irrefragabiles Ecclesiæ doctores.

Nec tamen statim iaceret in luto Papatus, etiamsi non posset per scripturas ostendi. Multa enim uel sublimissima per scripturas non sunt expressa, neq; tamen ob id mox iacent in luto, Quis namq; ausit Trinitatem unius deitatis, aut Essentiam unam trium personarum projicere sacrilego uel ore uel cogitatu in lutum, propterea, quia per scripturas expresse non queat ostendi? Quis tam impius esse possit, ut duas in uno supposito naturas Christi, Diuinitatem inquam & humanitatem, ineffabiliter unitas, ponat in lutum, quia nulla scriptura expresse sic loquitur: Tunc B. Mariæ perpetuam uirginitatē cum Heluidio constitues barbarico furore in luto, quia nō possit per apertas scripturas ostendi.

IXX

Si omnia essent scripta, quid opus fuisset reuelationibus, Concilijs, Decretis, Traditionibus, legibus, & innumeris alijs institutionibus, quibus humanum genus recte gubernatur? Non enim approbamus sceleratam (quam sediciose astruis & uindicas) libertatem, qua præter scripturam cun-

Non omnia sunt scripta.

Io. Coch. De XXV. annis S. Petri.

Et hominum præcepta, leges Cerimonias, iura cõsuetudis  
nesq; ac ordines abijcis damnas & explodis, Nunquid mox  
in luto iacet Saxonix Ducatus, quia per scripturas ostendi  
non potest: Quasi uero hominum iura nihil ualeat, aut qua  
si totius Ecclesix Authoritas & unanimitis omnium Chris  
tianorum consensus pro nihilo habeatur.

Firma de Pa  
patu fides.

Certe non iaceret in luto Papatus, & si ne unum quidẽ  
lota in literis sacris de illo haberetur, Abunde enim à luto  
uindicaret dignitatem eius sublimissimam unus omnium  
Christianorum consensus in illum, sacrosancta totius Eccle  
siae Catholica Authoritas, atq; intemerata tot sæculorum  
Consuetudo, Nunc pro eo non ista modo stant & militant,  
Verum etiam illibata scripturæ Euangelicæ Apostolicæq;  
S. Petri epistolæ (ut supra ostendimus) confessio, fides &  
assertio, Præterea gloriosum Petri Romæ peractum Mar  
tyrium, atq; innumera sedis Apostolicæ tam scripta quam  
non scripta summæ certitudinis monumeta, quæ à luto tuæ  
barbaricæ fecis atq; extreme, penitusq; comploratae impie  
tatis Papatum inuictissime defendunt.

XVI. Falsa sunt igitur ac impia, quæ ad finem usque ex falso  
fundamento deinceps deblatteras omnia, uti nos supra res  
probauimus, Ad quæ longiori responsione nunc opus non  
est. Multis enim modis à nobis destructum est fundamen  
tum, super quod omnia ista stultissime in Hæreticorum ha  
rena construxisti. Proinde friuolam, quam subiungis de an  
norum numeris emendationem, non magis approbamus,  
quam fatuam tuam à principio supputationem, quam sane  
tot rusticis erroribus, foedisq; ac plusquã puerilibus lapsibus  
scatentem, risimus magis, quam ut dignam exacta repro  
batione iudicaremus, Et tantum de hoc disputationis tuæ  
tam stultæ quam impiæ excursu.

Quam

Quam iuste autem tu nostris armis, illudendo ac prouocando insultaueris, aut noua defensione comprobato, aut si tanta tibi uisa fuerit nostræ uis ueritatis, hæc impia tua corrigito & scandalis flagitiose datis, salubri reuocatione quam primum occurrito.

FINIS.

Francfordiæ, Die VI. Iunij Anno

1521.

# MISCELLANEO RVM LIBRI PRIMI TR A.

*clatus Tertius.*

EXHORTATIO IOAN. COCHLAEI  
ad Principes sacri Ro. Imperij Contra nefarios  
conatus Lutheri.



Ogit me & rerum indignitas & religionis  
Patriæq; periculum, Reuer. Patres atq; Illu-  
strissimi Principes, uel inuitū ac alijs stu-  
dijs mancipatū, ad Imperialē hunc cœtū  
uestrū, uerba tandem facere, non sane, ut  
uos mea uerba, sed ut rem ipsam cōsydere-  
tis, Quapropter simplicissime ac breuissime, absq; omni uer-  
borū pompa, pponā id quod res est, ne occupationibus ue-  
stris, multo maximis atq; grauissimis, obstrepam intēpesti-  
uius. Summa igit̃ huius inconditi ad gloriosum hunc Ro-  
Imperij Senatū, sermonis mei est Lutherus, uir ingeniosus  
quidē & eruditus, sed ijs bonis suis non utens nisi ad malū,  
Est em̃ usq; adeo temeritate audax, impetuq; animi p̃ceps,  
ut nisi furor eius cohibeatur autoritate publica, in p̃cipi-  
tium daturus sit propediemsecum uniuersam (quod Deus  
auertat) Germaniam. Quid em̃ aliud ab homine penitus de-  
sperato expectetis: Quoties nobis imprecat̃ extremū diem  
ultimūq; Christi iudiciū; Quid aut̃ unq; fuit aut grauius aut  
horribilius mūdo q̃ dies illa est futura; Erit em̃ tunc (inquit  
ipse Saluator noster) tribulatio magna, qualis non fuit ab  
initio mundi usq; modo, neq; fiet. Quid igitur boni aut p̃æ-  
sumi aut sperari potest de illo, qui tempus tantæ tribulatio-  
nis

Quantū ma-  
li timendum  
nobis à Lu-  
thero.

Mach. 24.

nis tam sedulo nobis exoptat: Videt miser, se ad extrema per furiosa & impia scripta sua redactum, At ne pereat solus, uellet omnia rapi secum, uellet adesse Turcas, uellet illucescere magnum diem domini, Gaudium, n. est miseris, multos habere socios in pœnis. Quapropter, abiectio iam omni pudore, plenè uelis uehitur præceptis & amens ad omnem impietatem, atq; adeo ad interitum totius generis humani, Scit, n. homo callidus, et in sacris literis maligno studio exercitatus, nihil esse mortalibus magis noxium & exitiale, q̄ neglectum religionis, Vt igitur maxime nobis Deū reddat iratum, totis uiribus nunc publice suadet, ut omnem penitus Maiorum nostrorum religionem aboleamus.

Sic, n. loquitur in nouissimo nuper edito contra Missam libro, Apparet (inquit) super quod fundamentum, Episcopatus, Collegia, Monasteria, Tempa, Sacella, Altaria, & uniuersum regnum hoc sacerdotale Papisticæ Ecclesiæ sit ædificatū. Nonne omnia super Missarum sacrificia sunt ædificata: Hoc est, super Idolatriam pessimam omnium, super mendacia impurissima, super abusum Eucharistiæ peruersissimum, super infedilitatem plusq̄ gentilem. Heccine scripta, Christiani Principes & Episcopi, in terris uestris populis uestris libere uendantur: Vtinam uerba ista protulisset Arrius aut Nestorius, Pelagiusue, aut Donatus, pro paucis & subtilibus, illis dogmatis suis, quibus Orthodoxæ fidei multis annis, immo & sæculis aliquot, molestiæ plurimum intulerunt pestilentes illi Hæretici, Nemo protectio Principum Christianorum illis temporibus fuisset, qui tam absurda contra omnem religionem dogmata (qualia nunc omnibus in angulis, per omnem prope Germaniam, impio & plausu & cachinno, uendantur, leguntur, recitantur) impune uel ædi uel circumferri permisisset, uel ad unum diem.

Verba Lutheri contra totam religionem nostram.

Exhortatio Io. Coc.

Calumnia  
in sponfam  
Christi.

Quid obsecro crudelius contra nos proferre posset immanissimus hostis noster Turca? Si, n. super idolatriam (ut uult Lutherus) edificata sunt, Tempia, Sacella, Altaria, Monasteria, Collegia, & reliqua id genus religionis nostrae ornamenta, expiationes, ministeria, studia, cultus, professiones, & ritus, Cur non omnia ista semel reijcimus & damnamus, ut in Bohemicas cryptas atq; in Chaos Hussiticum, omnem sponse Christi ornatum, amictusq; uarietatem (de qua

Can. 5. & 6.  
Psal. 44.

& in Canticis & in Psalmis magnificis laudibus Regina Ecclesia predicatur) imple ac barbarice conuertamus, Si, n. diruamus omnia templa, Sacella, & Altaria, Si rursus laicos fieri cogamus (sicut ante susceptos ordines fuerunt) Episcopos, presbyteros, Diacones & reliquum Clerum, Si Monasticum habitum abijcere compellamus Monachos & Moniales, dirutis omnibus Monasterijs, Quid obsecro reliquum nobis erit, in quo uel umbra alicuius religionis cultusq; diuini appareat?

Immanior  
contra religionem  
nostram Lutherus  
q; Turca.

Non uult Lutherus amplius celebrari Missas, non decantari horas Canonicas, Non uigilias, aut Matutinas, non festa Sanctorum, non exequias mortuorum, non anniuersaria, non ieiunia quadragesimae, non opera poenitentiae, non peregrinationes fieri, Quid per Deum immortalem grauius in religionem nostram statuere posset uictor (quod Deus auertat) barbarissimus Turca? Quis unquam Paganorum sic alienus fuit, ut est Lutherus, ab omni laude & cultu diuino? Aut quae unquam aut usquam natio fuit tam barbara, que nulla penitus sacella, nullosque sacerdotum haberet? At uobis, ne habeatis, legem scribit (si Dijs placet) Lutherus.

Luth. abrogat omnes  
Leges hominum.

Consyderate quae so quam egregia sint huius noui prophetae instituta, cum pro Republica, tum pro religione, Primum

mum abrogat omnes leges tam sæculares quàm Ecclesiasticas. Hæc. n. sunt uerba eius in Captiuitate Babylonica: Hoc ( inquit ) scio , nullam rempublicam legibus foeliciter administrari. Si. n. prudens fuerit magistratus, ductu naturæ omnia foeliciter administrabit quàm legibus. Si prudens non fuerit, legibus nihil promouebit nisi malum. Et post pauca. Ut nulla ( inquit ) remedij spes sit, nisi reuocato liberatis Euangelio, secundum ipsum, extinctis semel omnibus omnium hominum legibus, omnia iudicemus & regamus, Amen. His haud dissimilia scripsit & in alijs opusculis atque ut plebem commodius in rebellionem seditionemque concitaret, quibus nunc, simulata modestia, plebi, uim clero per se, absque principum iussu, inferre, dissuadeat, Teuthonice quoque in eandem sententiam plerumque scripsit, cum alias, tum uero apertissime in eo sermone, quem de nouo Testamento, id est, de missa inscripsit. Deinde uilipendit sacrum Imperium Romanum, cum alias plerumque, tum uero manifestissime in paruulo illo libello, quem adiecit, uelut appendicem, ad eum librum, quem Teuthonice scripserat ad Nobilitatem Germaniæ. Sed & latine nuper in Ambrosium Catharinum scribens, ita dicit, Papæ tyrannis mox coepit inclinante imperio Ro. Sed & de Ro. imperio, & in Ro. imperio nata est, eique in suo loco successit, Translatum est autem ad Germanos ( inquit ) Ro. Imperij uocabulum, cum res iam nulla Imperij amplius esset. Et rursus. Nonne hac ( inquit ) Hidoth suarum efficaciam, Imperium nouum Romanum erexit, transferens illud à Græcis ( ut dicit ) ad Germanos. Quod inter cætera opera Antichristi uel principale & maximum portentum est. Tertio, dum singulos defectus ad Nobilitatem scribens, commemorat, sola uidetur atrocitiam tacite commendare, Egregius nimirum legislator,

Calumniæ  
 Luth. contra  
 Ro. Imperium

Verba Lut.  
 contra Mercatores.

tor,

Exhortatio Ioh. Coc.

tor, qui Mercatores repræhendit, raptores tacite commenda-  
 dat. Ait. n. Existimo, etiam si Papa intolerabilibus exactio-  
 nibus suis nos non spoliaret, tamen nimis ac nimis adhuc  
 pateremur ab occultis raptoribus, serici scilicet & holoserici  
 institoribus, Repræhendit sane negociationes maximas  
 qualisq; quibus utiq; creuit ad magnas opes Germania, quod  
 mihi facile credet, quisquis præsentem patriæ nostræ statum  
 illi antiquo confert, quem Iulius Cæsar, Strabo, Mela, So-  
 lius, Plinius, præsertim uero Cor. Tacitus descripsit. Quã  
 præclaram igitur instituet nobis Cucullatus ( immo excu-  
 cullatus iam ) legislator iste Rempublicam, Quis scit ( si ei  
 creditur ) nullam Rempub. legibus foeliciter administrari,  
 qui ridet imperium uestrum, contemptim uocans nouum  
 Romanum, immo Imperij translationem à Græcis ad Ger-  
 manos factam, inter Antichristi opera, uel principale ac ma-  
 ximum ait esse portentum, Certe quisquis Principum ista  
 æquis auribus accipit, is parum mihi uideatur studiosus esse  
 aut Reipublicæ aut sacri Ro. Imperij, Quod à Carolo Ma-  
 gno ultra DCC. annos Germaniæ Principes summa cum  
 gloria tenuerunt, Quod et uos Principes Electores ante  
 biennium foelici auspicio, ambientibus in cassum multis ac  
 magnis Orbis terrarum Principibus ac Regibus, Impera-  
 tori nostro CAROLO V. fausta electione tradidistis.  
 At si merum esset ( ut ait Lutherus ) uocabulum, immo in-  
 ter Antichristi opera principale ac maximum portentum,  
 nonne ridicula nimiumq; inanis esset Imperij huius sacratissi-  
 ma, cunctisq; Regibus ueneranda, Quin etiã Turcis Tarta-  
 risq; suspicienda, Maiestas: Quocirca prospiciendum uo-  
 bis est, Illustrissimi Principes, ne nimia uestra patientia ma-  
 gnum tandem detrimentum patiatur Resp. & Imperium  
 uestrum, si diutius conuiceatis ad tot contumelias excucula-

lati

Contumeliæ  
 Luth. In  
 Ro. Imperiū

lati huius Apostatae. Certe si nos soli Germani, eiusmodi iniurias, opprobria & insultationes legeremus audiremus minus mirarer uestra de patientia, Nunc uero, cum uir iste furiosus & desperatus, maxima & inaudita licentia, omnes & religionis & Imperij status suggillet, uellicet, cōturbet, la befactet, irrideat, ac publice, non modo Teuthonice ad populos uestros, sed & latine ad exteras Nationes, & (quod dedecorosissimū est) ad Iudæos quoq; & reliquos infideles traducat.

Quid obsecro existimetis, cæteras Nationes de uestra tã Nímia Prin  
diuturna patientia iudicare? Vereor equidem plurimos esse cipum patiē  
per omnē Italiã, Galliã, Hispaniã, Angliã, inferioremq; tia.  
Germaniã, qui, ut legerint tot horrendas cōtumelias, impie  
tates, blasphemiasq; uiri huius, credant, omnes Germaniæ  
Episcopos esse sal infatuatū & euanidū, oēs Principes à fi  
de Catholica defecisse, ac nihil prorsus religionis Christianæ  
in Saxonia superiori; Germania superesse. Quis em̄ nō pu  
tet, facillimū uobis fore (utī est) & fuisse iam pridem, modo  
uelitis, unum hunc hominē, pauperem & Monachū, uel tol  
lere de medio, uel saltem uinclis & carcere cohibere, atq; ad  
palinodiã adigere, ne contra Papã, omnēq; religionē nostrã  
tot abominabilia scandala edcret ad omnes populos & gen  
tes terræ.

An uero sine ignominia totius Imperij combussit audax Lu  
cissimus iste fraterculus Vuitenbergæ in publico, circūstan theri facinus  
te ceterua suorū, uniuersum Ius Canonicū? Quo em̄ iure a; contra Ius  
lio, probabitur luculentius Ro. Imperiū ad Germanos trans Canonicū,  
latum esse? An uero Petrus & Paulus, Clemens, Anacletus  
Sixtus, Alexāder, Syluester, Hieronymus, Ambrosius, Au  
gustinus, & reliqui id genus plurimi sancti Martyres docto  
res & Pontifices, Orthodoxa & Catholica dicta sua (quæ  
i in Des

Exhortatio Io. Coch. ad Principes

In Decretis habentur quam plurima) ab hoc impuro et uesano Hæretico, nefarijs flammis intra fines Ro. Imperij tradita, patienter perpetuo ferent: Vereor equidē, Optimi Principes, ubi uiderint uos diutius ad eiusmodi iniurias uel conuenire uel torpescere, ne ipsi per extraneam gentem scelus hoc ultimum eant prope diem.

Luth. Vuormaciam euocatus.

Quis enim non miretur, sceleratum hunc uirum, post factum istud, adhuc recens & calidum, sub publica fide, celsis oculis erectaq; ceruice, per multas urbes & populos, uentum esse à Vuittenberga Vuormaciam usq; in conspectum tot Principum, Episcoporum, Cardinalium, atq; adeo Cæsaris quoq; ipsius: quo uultu, quibus moribus, qua pteruia, suā ibi pertinaciam asseruit, sacrifq; Cōcilij errorē, blasphemias faucibus ogganniendo, exprobrauit: Scimus profecto quā seuera, & plane Christianissimo maximeq; Catholico Principe digna, fuerit in eum Cæsaris nostri sententia, scimus quā grauiā sint in eum & latine & Teuthonice scripta Edicta magniq; Cæsaris nostri sigillo cōmunita, scimus item quantā Clementia diligentiaq; multorum Principum Episcoporumq; & Doctorū ibidem sit monitus, Neq; defuit qui cum eo uelit uel ad extremū uitæ periculum, sub iudicibus à Cæsare Principibusq; designandis, sup erroribus eius disputare.

Acta Luth.

Sed quid obsecro profecimus: Erat nequissimus uir certus & de fide publica & de fauore plurimorū, sciebat uim sibi nullā ibi illatū iri, nec ignorabat quo sibi redeū dum foret, Quid mirum igit, si nec disputare nec reuocare quicquā uoluerit ibi homo superbissimus: Quid quod pteruissimere iecerit & futuri Concilij iudicium: Nonne ad summam totius Imperij iniuriam deista & Clementia uestra & proteruia sua, sese p̄tinus iactauit, atq; libellos & Latine & Teuthonice super his ædidit: Legimus profecto eas literas, quas reuertens

vertens, ex itinere ad uos Frydburgi scriptas Teuthonice, re-  
tro Vuormaciam transmisit, legimus inquam, non quidem  
manu eius scriptas, sed per Impressores cōtinuo diuulgatas,  
legimus autem non sine dolore & pudore, tam uersuti homi-  
nis & simulata & dissimulata uerba, quibus, & callidos irri-  
det, & simplicibus imponit, Primū, occulte gloriatur de sal-  
uo Cæsaris cōductu, Deinde audet se homo impudens eius  
iactare Capellanium, à quo condemnatum se, ut hæreticum  
non ignorabat. Tertio quam gloriose prædicat ibi suas im-  
piissimas doctrinas, tanquam Euangelicas: Quarto, quam  
simulata modestia fingit se paratū ad reuocationem, si quis  
Euangelicis aut propheticis scriptis dogmata ipsius conun-  
cat, adeo, ut primus esse uelit, qui libros suos in ignem prois-  
ceret. Quod si uere non sicte, hoc dixit, Cur mox postea res-  
cusauit sub Iudicibus disputare? Cur Cæsaris aliorūq; Prin-  
cipū cognitionē reuicit? Cur futuri Concilij determinatio-  
nem declinauit? Quisquis profecto uel istam eius Episto-  
lam, uel latine ædita ipsius acta legerit, facile nimirum intel-  
liget hominis improbitatem, qua & triumphat uestra de  
Clementia, & sua ad populum dogmata exinde cōmendat.

Nunquid uero postea modestiorem se præstitit: minime  
sane, Nam tanta fuit proteruita, ut Cæsaris scæcialm e  
Frydburgo remisit, priusquam domum rediret, Et contra  
Cæsaris interdictum publice prædicauerit in itinere, Atq;  
mox deinde ædiderit librum contra Papam, de uisione Da-  
nielis, famosissimū sane, omnisq; religionis nostre rephren-  
siuum, Et tanquā parum adhuc fecerit, ædedit posthac Teu-  
thonicum libellum contra Parrhisienss Theologos, adeo  
quidem scurrilem & maledicum, ut etiā minimum & scurrā  
leuissimū uix pateremur, tanta scurrilitate, in quibus ludic-  
ro,

Epistola Lu-  
the è Fryds-  
burgo missa  
fa.

Proteruita  
Luthe.

Exhortatio Io. Coch. ad Principes

bonis uiris obstrepere. Ad quantam uero barbariem impietatemq; & blasphemiam tendat omnis eius doctrina & intentio, in nouissimo nuper libro patefecit, quem hoc titulo (tam sane superbo q; impio) inscripsit. De abroganda Missa priuata, Martini Lutheri sententia. Ad eam enim iam mentis elationem processit, ut amplius non opinionem dici, sed sententiam protinus esse uelit, quicquid ipse pronunciet.

Sed nolite quæso, sapientissimi atq; generosissimi Principes, existimare, ista à me dici, ex tetro in Lutherū liuore, potius quam ex sincero in patriā amore, Deum profecto, qui solus intuetur corda, testem inuoco, hæc à me candide dici omnia, nō ad suggillandum Lutherum, sed ad auertendam à patria nostra & iram diuinā & labem hæreticæ prauitatis eam præsertim, quæ usq; adeo & barbara est & irreligiosa.

Quanta cōtra religionē barbaries.

Quid enim barbarius aut irreligiosius dici aut pponi queat, quam in ciuitatibus prouincijsq; Christianorū nullas pmittere leges, neq; sæculares, neq; Canonicas: nullos ordinari Episcopos, nullos presbyteros, nullos omnino gradus Ecclesiasticos: nulla habere templa, nulla sacella, nulla altaria: nulla offerre sacrificia Deo immortalis: nullas celebrare missas, nullas decantare horas Canonicas, non Matutinas, non primas, non uesperas: Nullas dedicare Ecclesias, nulla habere sacra, nullas uenerari sanctorum reliquias, nullas admittere sanctorum uenerationes, nulla festa, nullas imagines: nō pulsare campanas, nō cantare missas, nō uti sacro uestitu. Non agere dies festos, non solennes memorias B. uirginis aliorūq; sanctorū, non ullā exhibere speciē cultus diuini, nullam habere mortuorū curā, non exequias, nō anniuersaria, non preces Missarum: sed omnia miscere, oīa confundere, omnia perturbare, nullū habere discrimē ordinū, equalitatē  
omni

omnibus inducere, hodie sacerdotem agere, cras iterum laicum fieri, Hodie esse Magistratum, cras priuatum: hodie Principem, cras rusticum, scilicet ita exigente libertate Lutheriana, quam uere Christianam uocat ipse. Heu cæcos & miseros nos omnes, si adhuc non uidemus & prospicimus, quorsum tendat Lutherus.

Pensate, prudentissimi Principes, quæ periculosum simul & dedecorosum sit uniuersæ Patriæ nostræ, huic uiro diutius permittere scribendi libertatem, immo licentiam, tantique furoris ac desperationis habenas laxare, Nisi. n. primo quoque tempore, aut hominem conieceritis in uincula, aut omnibus saltem impressoribus scripta eius seuerissima exequutione interceperitis, audietis mox longe absurdiora, Nuper. n. cōsplices eius Vuittembergæ disputauerunt (uti scripsit mihi uir grauis & eruditus) Matrem Christi nihilo præstare reliquis mulieribus, eamque plures habuisse filios, Post hanc impietatem non uideo, quid blasphemius dicere queant, nisi forte Christum tandem ipsum in hanc impietatum suarum scenam producant, negantes simul cum Arrio, eum esse patri consubstantialem, Id quod iam pridem auguror, Nam annus iam ferme est, ut unus eorum ad me dixerit, bonus ille Arrius quid fecit? Et certe iuxta nudam scripturæ literam, multo facilius hanc impietatem sustinebunt, quæ innumeras alias, quas contra baptismum, Eucharistiam & alia sacramenta, impurissimis buccis detonauerunt. Parum igitur uobis, Principes, aut pium aut honestum fuerit, ad huius hominis impietates diutius desiderare, Ait. n. Dominus Deus, Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

Blasphemie  
contra Dei  
genitricem.

Deut. 17.

Exhortatio Io. Coc. ad Principes

Comminationes Dei.  
Ezech. 34.  
Math. 18.

Insultationes Luth.

Art. 19.

Art. 44.

A quorū & quantis dā natus est Luth.

Cauete quæso, ne quando dicat idem dominus. Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manibus eorum, & cessare faciam, ut ultra non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos. Sed & contra Euangelium agitis, nisi quæ primum uiro huic obstitatis, Ait. n. Christus dominus noster, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus. Audite autem quibus nunc uerbis nobis Lutherus insultet, Patres (inquit) patres patres, Ecclesia ecclesia ecclesia, Concilia concilia concilia, Decreta decreta decreta, Vniuersitates uniuersitates uniuersitates. Quis rogo Ethnicus, quis publicanus, quis Iudæus, quis Philosophus, Hæreticus, persecutor, Apostata, aut saltem quis Leno, aut Histrion unquam per años M. D. nobis ita scurriliter insultauit? Quod si leuiuscule forsitan hic insultasse uideatur, audite, quæ imperiose insultet Papæ & omnibus presbyteris. Agite (inquit) uos inclyti sacerdotes Baal, inuocate deum uestrum, forte est in itinere, aut certe dormit, Deus est. n. & audivit, Dicite, ubi scriptum sit, Missas esse sacrificia: Vbi dormiuit Christus, panem & uinum consecratum offerre deo: Item. Adeste (inquit) uos abominabilia Monstra terræ, & rationem reddite, Vnde & qua autoritate uos estis & uocamini Episcopi? Spiritus sanctus uni ciuitati plures constituit Episcopos, Vos singuli pluribus, & unus Papa omnibus Orbis ciuitatibus Episcopus esse nititur. Qua autoritate? Nonne ipsiusmet Satanæ, aduersantis per uos spiritus sancti authoritati? Quid habetis (inquit) quod hic mutatis impiæ & sacrilegæ laruæ?

Hæc & id genus innumera opprobrat nobis Lutherus, posteaquæ est à summis Mundi Verticibus, à Pontifice, & Imperatore, ab omnibus Cardinalibus, & Episcopis Romæ, à uestro confesso, consilioque Vuormaciæ, ab omnibus Theolo-

gis Pao

gis Parisijs, Louanij et Coloniae, ab omnibus exteris Nationibus Christianorū, uno animo consensu et ore, pro haeretico iudicatus, declaratus, condemnatus. Quae obsecro posteritas ista credat: Heu dedecus Germaniae sempiternum, Ut unus Apostata, furiosus & temerarius, atq; ab uniuersis Ordinibus condēnatus, usq; adeo licenter et petulanter, omnibus Episcopis, Concilijs, & Vniuersitatibus, Quinetiā sacrosanctę Ecclesię Catholice & Apostolice, tā diu insultet impune, inter Germanos, intra Ro. Imperij limites.

Pior omnibus haeticis Lutherus

Non talia exprobrauit nobis Nouatus, Non Donatus, Nō Arius, Nō Nestorius, Nō Pelagius, nō alij Haeretici, Quis pleriq; eorum in heresim suam multos traxerit nō modo homines seculares, sed & Episcopos cōplurimos, quin etiā aliq̄t Confessores, nō itē priuatos mō & plebeios, sed etiā plerōsq; Reges et Imperatores, Eo n. pduxerat Arius heresim suā, ut uniuersus propemodum Mundus iret post eum, sicut Cas- tholica in eas angustias redacta, ut uix tres hoies (si Hierony- mo credius) in ea p̄sisterent, Liberius, Athanasius, et Hilarius intrepidi cōtra tot Epōs Reges et Principes Orthodoxę fidei assertores, Quantas. n. Episcoporū synodos p̄ Arii fac- tione cōgregauit Impator Cōstantius, Mediolani, Arimie- ni, Antiochie, Constantinopoli, Laodice, & alibi, ubi plerūq; Episcopi supra CCC. cōuenerunt, n̄q; oēs Arriani, Et tamē omnia illa Concilia, omnesq; Reges et Principes Ro. Pontifici, ut uere et Catholice sentienti, tandem cefferunt.

Hier. contra Luciferia.

Luthero autem ne unus quidē Episcoporū aut Regum Principumq; Christianorū adheret, et tñ audet uir imp̄bissimus nunc ita ferocire, seseq; iactare Germanice ad plebē, qđ oēs Episcopos et Clericos redegerit ad Eli Eli, moxq; sit eos redacturus ad Exp̄rauit, Obsecro, Principes & Episcopi Germani, si horum uos non pudet, quarum quęso indignitate

factantia Luch.

tatum

Exhortatio Io. Coc. ad Principes

tatum uos pudeat? Sub quibus. n. Principibus ista fiunt? Nonne sub his ipsis, qui Caesarem de huius hominis condemnatione collaudauerunt? Quo igitur omnium torpore ita triumphat conuictus & condemnatus Haereticus? An uero nondum conuictus est, qui sese toties haereticum, non modo confitetur, sed iactitat etiam, ind eiq; nobis opprobrat et insultat? Quis autem unq; retro Principum aut Populorum, post Ro. Pontificis sententiam, aliam quaesuit condemnationem?

III.  
Concilia pre  
cipua.

Cum igitur Lutherus apertissime contra Quatuor illa Concilia, Niconum, Ephesinum primum, Constantinopolitanum & Chalcedonense, scribat dicat & sentiat, Quid est, quod eum tamdiu uerbo solum, non re etiam & executione, pro haeretico habetis & persequimini? An uero nescitis illa Quatuor Concilia, & legum & Canonum Constitutionibus antiquis, Euangeliorum instar tenenda esse? Non potestis igitur diutius, sine summo & uestro & Patrie dedecore, post geminam Ro. Pontificis (cui summum prorsus & ultimum de rebus fidei Iudicium semper fuit, à Petro usque ad hunc nuper electum Pontificem, & eum quidem Germanum reseruatam) Bullam & sententiam, hunc hominem eiusque sacrilegas assertiones, acta, libros, & blasphemias, uestris in prouincijs tolerare.

Non protra  
hendā esse ex  
ecutionem  
Edicti.

Quid expectatis Clementissimi Principes? An Concilij noui determinationem? At Lutherus populo iam pridem persuasit et errasse & errare posse Concilia, Vobisq; ipsis & dixit & scripsit, nolle se causam suā aut uestrae cognitioni aut Concilij determinationi submittere. Quod si uetustissima Niceni aliorumque Conciliorum Decreta, Optimorumque Imperatorum Constantini Valentiniani, Gratiani, Theodosij, Martiani; & id genus aliorum leges, magis habetis (ut decet)

deceat præ oculis, quã uanissimi huius nugatoris contradictiones, hæreses & blasphemias. Non debetis ullo pacto aut noxia dilatione, post Ro. Pont. sententiã, aliã de rebus fidei uel querere uel expectare determinationem, De solo cõ Petro legimus Christum dixisse, Ego pro te rogavi, ne deficiat fides tua. An forte timetis turbam aut seditionem in populo? At minime oportet, Nam & Lutherus multitudinis iudicium contemnit, uanumq; & falsum iudicat, Et honestissimi quicq; è populo, Quin etiam è Nobilitate Maiorũ suorũ religionẽ cupiũt manere saluã et illibatã, mirumq; in modũ abhorrent & detestantur has Vuittembergensium nouitates sacrilegosq; Hussitarũ ritus, ac summam putant esse (ut est) leuitatem, ad fucos & prestigia unius uerbosi ac desperati Monachi, tam cito uacillare in fide Patrum, in traditionibus Apostolorũ, in Conciliorũ decretis, in Constitutionibus Pontificum, in ritibus & obseruationibus Catholice per Orbem Ecclesiæ, atq; in scripturis, & tot Martyrũ aliorumq; sanctorum confessione. Quid em̃ intactũ & integrum in his omnibus nobis relinquit sacrilegus & blasphemus iste Apostata?

Luc. 22.

Non timendum esse turbam.

Inconstãtia Luth. de Indulgentijs.

Cui uero uiro graui placeat tanta hominis inconstãtia? Quid enim dicit hodie, quod non retractet cras, quãlibet leui aut ire aut somniũ noui motu agitatus? Nihil scio equidẽ, affirmasse illũ ante trienniu, qd interim nõ negauerit, demptis conuictijs & hæresibus. Cœpit sane de indulgentijs primum agere, sed mox pro sua leuitate uariãuit, aliter loquens in Resolutionibus, aliter in sermone, aliter in actis Augustensibus, aliter in disputatione Lipsica, Tandem in captiuitate Babylonica ita scripsit sub initium. Atq; utinã à Bibliopolis (inquit) queam impetrare, & omnibus qui legerunt persuadere, ut uniuersos libellos meos de indulgentijs exurant, & pro omnibus, quæ de eis scripsi, hanc propositionẽ apprehendant

Exhortatio Io. Coch. ad Principes

De Roman.  
Pont.

daſt. Indulgentiæ ſunt adulatorũ Romanorũ nequicię. De  
Ro. aut Pont. quis unq̄ ſenſit inconstantius? Nolo, mihi  
credatis, Ipſius conſyderate uerba, Ait itaq̄ in præliminari  
ad Leonẽ X. epiſtola. Quare beatiffime pater, p̄ſtratum me  
pedibus tuæ B. offero, cum omnibus quę ſum et habeo, Vi-  
uifica, occide, uoca, reuoca, Approba, reproba, ut placuerit.  
Vocẽ tuã, uocem Chriſti, in te p̄ſidentis & loquentis agnoſ-  
ſcam. Varię tñ iam adulando iam p̄ſtringendo ſcripſit de eo-  
dem, tũ in Reſolutionibus, tum in Sylueſtrũ & in diuerſis  
ſermonibus, Varię item in Actis Auguſtensibus, in diſputa-  
tione ſyſtica & in eo quẽ de primatu eius inſcripſit libro, Va-  
rię deinde in una eadẽq̄ ad eundẽ epiſtola, quã adiũxit libro  
de libertate Chriſtianã. Ait em̄. Et facta eſt Ro. Eccleſia, q̄n-  
dã omniũ ſanctiſſima, ſpelunca latronũ licentioſiſſima, lu-  
panar omniũ impudentiſſimũ, regnũ peccati mortis et infer-  
ni, Mox uero ſubiungit, Interim tu Leo, ſicut agnus in me-  
dio luporũ, ſicut Daniel in medio Leonũ, et cũ Ezechiele in-  
ter ſcorpiones habitas. At nõ multo poſt in Teuthonica ſua  
appellatione in hanc loquit̄ ſententiã. Appello igitur ab hoc  
Leone Papa ad futurũ Cõcilium, primũ, tanq̄ à iudice teme-  
rario, uiolẽto et iniquo, Deinde, tanq̄ ab obſtinato erroneo  
et in omni ſcriptura damnato Heretico et Apoſtata, Tertio  
tanq̄ ab hoſte, aduerſario et opp̄ſſore totius ſcripturę. Quar-  
to tanq̄ à contẽptore, uituperatore et criminatore totius Ec-  
cleſiæ Chriſti, Superfluũ eſt autẽ, de inaudito eius in ſubſe-  
quẽtib; libris furore, adducere quicq̄. Adeo em̄ furioſe in  
eundẽ poſtea inuectus eſt iam latine iam Teuthonice, ut ſae-  
pius fuerit ei; ſmodi blaſphemias mutis (ut uocant̄) iungere  
peccatis, q̄ earũ recitationẽ uel aerẽ ipſum inſicere uel pias  
offendere aures, Et tñ audet in frumitus nebulo, nũc ad plebẽ  
ſcribere Germanice, uerba ſua nõ eſſe ſua ſed Chriſti.

Quid

Quid uero senserit à principio de Bohemis, operapre- De Bohem  
 cium est audire. Etenim, cum ipsum Eccius Lipsiæ notat- mis.  
 set, uelut patronum Bohemorum, ita diluit eam (ut ipse ait)  
 contumeliã. Nunquam (inquit) mihi placuit, nec in eternũ  
 placebit, quodcunq; schisma inique faciunt Bohemi, quod  
 se authoritate propria separant à nostra unitate, etiamsi ius  
 diuinũ p̄ eis staret, Cum supremum ius diuinũ sit charitas  
 & unitas spiritus. Similiter & in Galatis suis. Cõsequens est  
 (inquit) qđ Bohemorũ discidiũ à Ro. Ecclesia, nulla possit  
 excusatiõẽ defendi, qn̄ sit impiũ, et Christi oĩb; legibus con-  
 trariũ, q̄a contra charitatẽ (in q̄oẽs leges sumant) p̄stat. Sed  
 et Teuthonice ad Nobilitatẽ scribẽs, plurimis uerbis suadet,  
 ut ad nostrã unitatẽ reducant Bohemi, atq; ut Papa de pote-  
 state sua ibi nõnihil remittat, p̄pter salutẽ animarũ. Sed au-  
 dite obsecro, qđ mox eodẽ añõ scripserit eadẽ de re in Capti-  
 uitate Babylonica. Surgite (inquit) hic uniuersi adulescentes  
 Pape in unũ, satagite, defendite uos ab impietate, tyrãnidẽ,  
 læsa Maiestate Euãgelij, iniuria fraterni op̄ p̄briũ, qđ Hæreticis  
 eos iactatis eos, qđ nõ secundũ merũ capitis uestri somnium  
 contra tam patẽtes et potentes scripturas sapiũt. Si utri sunt  
 Hæretici et schismatici nominãdi, nõ Bohemi, nõ Greci (q̄a  
 Euangelijs nitunt) sed uos Romani estis hæretici, & impiũ  
 schismatici, qui solo uestro sigmento p̄sumitis, contra cui-  
 dentes Dei scripturas, Hæc ibi. His haud dissimillima, im-  
 mo & grauiora delatrat rabido ricũ, in articulorũ suorum  
 assertionibus tam Latinis quam Alemanicis.

Similiter fecit & de Missa, de sacramentis, de defun-  
 ctis, breuiter, de omni statu negotioque Ecclesiastico, aliter  
 hodie, aliter cras scribens & docens, pro ut alio & alio per-  
 citus est iræ atq; furoris oestro, Huic igitur uos uirõ tam  
 lubrico & instabili, uentisq; & undis mobiliõ, diutius

In omnibus  
 dictis incons-  
 tans Luth;

Exhortatio Io. Coch. ad Principes

Tit. 2.

populum dei fucatis nugis allegationumq; prestigijs inescare, trahere, atq; in Bohemicas tandem cryptas abducere permittetis? Certe non frustra aut temere dicit Paulus, Hæreticum hominem, post unam & secundam correptionem de uita, sciēs, quia subuersus est, qui eiusmodi est. Et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Nolo hic dicere Illusterrimi Principes, quam pueriliter lapsus sit sæpissime in suis argumētationibus allegationibusq; scripturarū. Ostendimus enim hoc luce meridiana clarius, nostris in Respon- sionibus, partim Latinis, partim Alemanicis.

Periculosus  
homo Lu-  
therus.

Quid igitur uidetis Principes, hoc in homine, quod tanta & tam diuturna dignum sit & Clementia & patientia uestra? Doctus est & facundus, quis negat? Sed tanto periculosior est uobis & Reip. religioniq; hæc uestra patiētia, quanto seuior est eius impietas & desperatio, doctrinæ & facundia habens arma. Id quod Aristoteles, homo prudens et eruditus in Politicis optime consyderauit. Nemo profecto Iudæus, Nemo Philosophus, nemo cuiuscunq; secte uir infidelis, tot posset populo Christiano scādala ponere, quot posuit serpens iste, in gremio sanctæ Matris Ecclesie nutritus & educatus, Reperiunt quidē pleriq; cum inter Iudeos tum inter Gentilis, docti & facundi, hic in prophanis literis, ille in sacris, At tñ Iudæus nostram, hoc est, Euangelicā & Paulinam, Gentilis etiā Mosaicā et propheticā Theologiā ignorat. At homo iste perfidus, & gloriæ studio & rugientis Leonis instinctu accensus, atq; in sacris literis per totā Bibliam, literaliter saltem, egregie instructus, studijsq; in super humanioribus, ad concinnandos dolos præparandosq; fucos, tam Latine quam Germanice, pollens & ferociens, omnibus Iudæis, Philosophis, persequutoribus, Sarracenis, Turcis, Paganis, Tartaris, Hussitis, breuiter, cunctis infidelibus præstat

Arist. 1. Poli.

stat ac præualet in dandis ad populum Christianum scandalis.

Instructus est. n. doctrinis, ritibus & moribus nostris, At minime ignoratis, plus semper periculi esse in bello à desertoribus & domesticis hostibus, ab ijs præsertim, qui fuerant in consiliorum secreta admissi, quàm ab extraneis, qui secretorum nostrorum sunt ignari. Hæc dico, Principes, non quod putem hominem uinci non posse, Scio. n. & Deum & omnes sanctos, quibus cor meum cognitum est, testes esse meæ contra illum fiduciæ, quod nihil foret in hac uita operatius mihi, quàm ut liceret mihi ( omnium licet minimo) per quodcunq; periculum cum seminiverbio hoc de rebus & ritibus religionis nostræ, sub Iudicibus à Cæsare uobisq; Principibus deputandis, absq; omni appellatione, uel ad ignem uel ad gladium disputare. Sed ideo hæc omnia dixi, ut quàmprimum cogitetis de remedio, tam sane & patriæ nostræ & animarum saluti necessario, quàm uobis honesto, glorioso & salutari.

Plus periculi  
li ab hoste  
Domestico  
q̄ ab alijs.

Scripta Francfordiæ. V. die Martij.

Anno. 1522.

k 3

Miscel

# MISCELLANEO RVM LIBRI PRIMI TR. A.

*Ætatis Quartus.*

CONSILIVM IO. COCHLAEI SVP<sup>o</sup>  
per negocio Lutherano ad Reuerendiss. & Illu<sup>o</sup>  
striss. Card. & Archiepiscopum  
Moguntinum.



REVERENDISSIME DOMI<sup>o</sup>  
ne, Illustrissime ac Clementissime Prin<sup>o</sup>  
ceps, ut super negocio Lutherano paucis  
respondam, Quatuor præcipue mihi con<sup>o</sup>  
syderanda uidentur, Primum ne patian<sup>o</sup>  
tur Germani, Cultum dei ac sanctorum,  
antiquitus traditum, ac obseruatum à maioribus nostris,  
ulla nouitate minui, Ne grauiorē in nos prouocemus iram  
& uindictam dei, Secundum, ut diligentissime custodia<sup>o</sup>  
tur unitas Ecclesiæ, ne ullo schismate deficiamus à Sede A<sup>o</sup>  
postolica, Extra eam. n. unitatem saluari non possimus, Ter<sup>o</sup>  
cium, ut omnem doctrinam seditiosam seuerissime prohib<sup>o</sup>  
beant, Idquod tempus necessitasq; uehementer exposulāt.  
Quartum, ut non patiantur friuole contemni Conciliorum  
statuta, Ecclesiæq; consuetudines, Ex eo enim contemptu  
omnis sequitur discordia contumaxq; rebellio. Quam gra<sup>o</sup>  
uiter uero à Lutheranis in his quatuor peccetur, paucis cō<sup>o</sup>  
memorabo.

DE CVLTV DEI ET  
Sanctorum. Cap. I.

Nihil

**N**ihil fere in tota religione Christiana pie institutum est, quod non improbetur ac detestentur Lutherani, Nempe domus dei, Basilicas sanctorum, Monasteria, sacella, altaria, simul cum omnibus dei ministris, cum omnibus ornamentis & uasis sacris, cunctisque diuinis officiis, Missis, horis Canonis, festis, Vigiliis, ieiuniis, decimis oblationibusque & id genus alijs, quae ad Laudem dei, ad honorem Dei genitricis omniumque sanctorum, atque ad salutem animarum, pie ac sancte sunt a Maioribus nostris instituta, Haec inquam omnia non solum reijciunt & contemnunt Lutherani, sed etiam inter XII. facies Antichristi scelerato figmento commemorant. Siquis mihi non credit, is legat Lutherum in Catharinum, in eo libro quem Teuthonice inscribunt Gar aus. Sunt quidem eiusmodi libri alij quoque satis multi, quibus ab omnibus illis pijs institutis auocetur populus, sed uerum indicasse satis est, Ex eo. n. clare intelligi potest, qualis sit Lutheranorum intentio atque religio. Aeditus est autem liber ille Anno domini 1521. non diu postquam, e Vuormacia dimissus est Lutherus.

Et iam antea adiderat librum de Captiuitate Babylonica, in qua, non solum Indulgentias & Papatum, uerum etiam septem sacramenta aut omnino sustulit, aut impie in haereticos ritus demutauit. Vnde uidemus nunc turpissimos ac maxime diuersos atque uarios ritus Lutheranorum in baptismo & Eucharistia, Quidam. n. baptizant Teuthonice, quidam sine antiquis Ceremonijs, quidam sine fonte baptismalium in aqua putei, quidam etiam rebaptizant. In Missa uero adhuc maior diuersitas est et abominatio. Quidam. n. totam, quidam dimidiam celebrant Missam Teuthonice, quidam laicos sub utraque specie absque praesentia confessione communicant, quidam uenerabile sacramentum in Ciborijs, monstrantibusque reseruari non patiuntur.

*Varietas rituum circa sacramenta.*

Quidam

Consilium Io. Coc.

Quidam in domibus apud infirmos, immo & inter epulas panem & uinum uerbis consecrationis porrigunt, Quidam deniq; negant panem in corpus Christi, conuerti & uinum in sanguinem, & quidem sub multiplici differentia, Lutherus n. ait corpus Christi adesse cum substantia panis, Zwinglius & Oecolampadius negant ibi esse corpus Christi. Ecce quanta diuersitas, contentio et impietas intra tam paucos annos circa duo sacramenta? At reliqua quinq; rejciunt poenitus, adeo, ut Vualdenses quoq; reprobet Lutherus, q; septem ponunt sacramenta ac bonis operibus non nihil tribuunt, sicut Papistica (ut uocat) Ecclesia facit.

Non esse  
Cōcilio pro  
ponenda tā  
absurda &  
impia dog-  
mata.

Quis iam non uidet. quā impij aut Væcordes cæteris Nationibus uideri possimus nos Germani, si hæc & id genus alia Lutheranorum dogmata uelimus, uelut dubia & discutienda, in proximum referre Concilium? Ergo si nos non moneat amor & honor dei, non cultus & ueneratio Dei genitricis omniumq; sanctorum, non pietas maiorum, non ira & uindicta dei, quam anno superiore uidimus, non timor grauioris plagæ, quæ procul dubio futura est, nisi desistamus nostra sponte ab his nouitatibus, permoueat nos saltem uerecundia & pudor humanus, quem passuri sumus coram cæteris Nationibus in futuro concilio, si non totis uiribus antea his impietatibus resistamus. Quis .n. Principum, Episcoporum aut Doctorum Germaniæ, sine rubore audiat, impropere in nobis uel ioco, An dubitemus tam horrenda Lutheranorum dicta, scripta atq; etiam facta, damnare per nos ipsos, uelut impia, ut opus sit noua Concilij determinatione? Poterunt .n. Cæteri Reges Episcopi ac Doctores obijcere nobis, & quidem uerissime, q; Lutherani apud nos manifestissima impietate & uerbis & factis grauissimas iniurias & blasphemias commiserunt in Deum, in Christū, in Dei

in Dei genitricem, in B. Petrum, in omnes sanctos, in septē sacramenta, in omnes animas fidelium defunctorum, in Missas, breuiter in omnes ritus & Cerimonias totius Ecclesiæ. Quid ergo faciant in Concilio? An non foret maxima nobis omnibus uerecundia, super talibus coram generali Concilio consultare aut determinationem petere?

In quo enim Concilio unquam interrogatū est, an demolienda sint templa & altaria Dei? an diruenda Monasteria? an nuptui tradenda sint uirgines uelatae ac Deo cōsecratae? an Monachis uxores ducere liceat? an Christus in cruce desiderauerit? an fuerit uere Deus & consubstantialis patris? an Maria sit inuocanda & Laudanda? an Salue regina sit cantandum? An S. Petrus unquam fuerit Romæ? An sancti sint in cœlis? an sint septem sacramenta? an pro fidelibus defunctis orandum sit? an Missa sit sacrificium? An Canon Missæ non sit impius? an septem horæ Canonicae sint in laudem dei dicendæ aut cantandæ? an sint in Ecclesia uncti ac cōsecrati præter laicos Episcopi, presbyteri & Diaconi? an ullum sit sacerdotiū uisibile in nouo testamento? Quis in Christianorum, hæc & id genus alia permulta Lutheranoꝝ rum dogmata, sine rubore possit Generali Concilio, uelut dubia, proponere.

An ullus est apud Gallos aut Anglos tam simplex Rusticus, qui de ijs definire secundū cōmunem Ecclesiæ fidē dubitet aut ignoret? An ullus est bubulcus aut subulcus in tota Ungaria aut Polonia, qui nesciat adhæc secundum Catholicam fidem responderi? Qua ergo fronte Principes aut Episcopi Doctoresq; Germaniæ talia uniuersali Concilio determinanda proponant? Num Primas Germaniæ super ijs dubitet? num reliqui Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, tot Prælati atq; Doctores, quorū multi Italiæ Galliæq; Gymna

Iniqua patientia in Executione.

Consilium Io. Coch.

Hæreses dā  
nandæ antes  
quā fiat Cō  
cilium.

si frequentarūt, ista ut per se impia ac semp̄ pro dānatis habita, nō condemnent. Num Principes Laici ad tam horrenda cōnieant, qui, si à Iudeo quipiā nobis talia dicerent, mox flammis ultricibus uindicarēt. Non igit̄ solū pietati animarumq; salutī, uerū etiā honori ac famæ sue recte cōsulēt. Principes Germaniæ, si eiusmodi Lutheranorū dogmata, per se se, mox in hac dieta, unanimi cōsensu, uno ore, simplici secundum fidē Catholicā determinatione, absq; omni disputatione uerbosa, cōdēnent, abrogent, execrent, anathematizent, ac seuerissime phibeant, omnesq; eiusmodi libros diligētissime cōquiri ac cōcremari iubeāt, anteq̄ generale Concilium cōgreget. Sic em̄ cum laude ac fauore aliarū Nationū in cōcilium uenturi sunt, atq; sua grauamina, et quicquid abusionū est, cum fructu et gratia pponere ac emēdare poterūt. Si aut̄ distulerint hæc oia usq; ad Cōcilij determinationē, uereor pfecto, ne forte uelut Ethnici uideant̄ ceteris Nationibus, ac indigni, tanq̄ ij qui foris sunt, ut super ijs iudicet, quæ adeo manifeste sunt impia, ut etiā barbari Moscouit̄c audientes talia mox damnant, exploderent, execrarentur.

Nollū in cō  
demnatione  
articulorum  
periculum.

Nec ullū iminebit eis inde piculū, si ista mox in hac Dieta Spirensi cōdemnent, Vident em̄ iam subditi eorū, q̄ uarie dissident Lutherani inter sese, nec ignorāt q̄ dure ac crudeliter scripserit in miseros rusticos Lutherus iam interfectos quos antea uarijs libellis, sub p̄textu Euangelij ac libertatis, ad tā horrenda facinora cōcitauit. Magis itaq; dubitant nūc populi, p̄sertim Principū atq; Episcoporū subditi, de doctrina Lutheri, q̄ dubitauerūt forsitan in prioribus Dietis, magisq; sunt postremis eius libellis offensi, magis itē timidi post rem male gestā, minus feroces, minus rebelles. Parebūt igit̄ nunc facilius, ac p̄nui sequentur autoritatē ac determinationē Principū in hac dieta, q̄ in priorib. facturi erāt, quando maxime fauebatur Luthero, & nulla erat adhuc in

ter Lutheranos dissenſio.

Quod ſi Ciuitates Imperiales in eiufmodi condemnatio-  
nem conſentire noluerint, ſaluent nihilominus Principes et  
Epiſcopi animas et ſuas & ſuorū, famamq; et honorē ſuū, ut  
poſſint eo honeſtius in Cōcilio cōparere. Credo equidē pau-  
cas fore Ciuitates Impiales, quę p̄tinaciter ſint reluctature, ſi  
uiderint impia illa dogmata unanimi omnium Principū atq;  
Prælatorū cōſenſu cōdemnata, Certiſſimū eſt em̄ ea oīa in  
Cōcilio cōdēnatū iri. Quod ſi qui Principū de quibusdā du-  
bitent, poterint ea modicis expenſis transmittere ad Theo-  
logos Pariſienſes alioſq; ſumę eruditionis ac integritatis ui-  
ros, ut cū illorū conſilio certiſſe agant omnia. Neceſſario em̄  
ſtabitur tandē ſententię talium, quantūcunq; differat cauſa.

Nec timendū eſt, q̄ calumniabunt Lutherani, abſq; ſcri-  
pturis ſua dogmata cōdēnari. Extant enim plurimi libri do-  
ctiſſimorum uirorū ex Angliā, Gallia, Hispaniā, Italiā, Ger-  
mania, itē & Poloniā, atq; etiā Bohemiā, qui plurimis et ſeri-  
pturis et rationibus ueterūq; authoritatibus dogmata illa ap-  
tiſſime cūſutauerūt. Et ego, oim̄ inſimus, Quingentos Lus-  
theri articulos uno in libello iam dudū edito partim ex ſcri-  
pturis, partim ex cōtrarijs dictis Lutheri breuiſſime ac ſatis  
(ni fallor) plane reprobauī. Quā iuſte autē cōdēnauerit ante  
annos ſex Leo Papa X. Luth. articulos 41. ſolidiſſimis p̄ſe-  
cto ſcripturis & rationibus, cōtra Lutheri aſſertionē oſtēdit  
Reue. Epiſcopus Roſſenſis, Cui nemo Lutheranorū hacten-  
us reſpondit. Ego q̄q; contra tres primos à Leone dānatos  
articulos, tres bñ lōgos ſcripſi libros, q̄b9 nemo illorū rñdit,  
Niſi q̄d Luth. primo multis rñdit conuicijs. Auſim uero, p̄  
honore et trāquillitate Germaniæ, ſub uite piculo cū Luth-  
ero ſuper ijs tribus articulis cōcertare, non uoce quidem corā  
indoctis laicis ſed ſcriptis corā iudicib. q̄s Principes nobis in

Non timens  
dū à Luthero  
ranis proſ-  
pter cōdemo-  
nationē arti-  
culorum.

Consilium Io. Coch.

id deputaturi essent, ita scilicet, ut alter nostrum, quem condemnaturi sint Iudices, inexorabiliter morti destinēt. Quid amplius possint à nobis exigere omnes Lutherani? Certe Vuormacię quoq; sic me obtuli Luthero in faciē, cum scripsissem tres libros contra Captiuitatem Babylonicam de uenerabili sacramento Eucharistię; sed reuuit tunc ille omnes Iudices, & maior erat multorum fauor erga eum, quam ut grata possit uideri oblatio mea, qua semper iam per Quinquennium paratus fui pro fide Catholica & patrię salute, mortis quodcumq; subire discrimen, longum interea exiliū ac multa opprobria perpassus.

Mala apud  
Exteros fa-  
ma Germa-  
nię per Lu-  
the.

Opto igitur supplici uoto ac intimo corde, ut uos Principes atq; Prælati, diligenti consultatione hanc rem expendatis atq; definiatis, tam absurda dogmata condemnātes, & quidem uniuersaliter quicquid contra quęcumq; Ecclesię determinationē à Lutheranis docetur: nō expectato generali Cōcilio, quia non absq; graui pudore, ac nota oīm nostrum poterūt talia, tanq; dubia, Cōcilio pponi. Nunq; .n. definitum est. Et liberabitur hac ultronea uestra determinatione Nationē nostrā à grauissima infamia, q; à Lutheranis contraximus apud exteros, dum audiunt, apud nos uastari templa, suffodi altarīa, in terrā p̄ijci uenerabile sacramentum, Diripi Monasteria, sacras uestes uerti in prophanas, cōflari sacros calices, exuri sacras imagines, cōculcari sanctorū reliquias, sanctā prophanari crucē, eiusq; imagines alicubi in flumen proijci, rebaptizari, quosdam adultos atq; etiam senes, concurrere nudos alicubi uiros & mulieres absq; pudore ac sanguinis discretione, Excucullatis omnia esse plena, nubere atq; etiam prostare Moniales, coniugia inire presbyteros & Monachos, uetari confessionem secretā, prohiberi horas

horas Canonicas, aboleri missas latinas, abrogari & festa ac uenerationes sanctorum & memorias atq; exequias defunctorum. Hæc & id genus barbarissima facinora complura, apud nos perpetrari audiunt reliquæ Nationes, Ad quæ nimirum stupent, ac signo se crucis inuiniunt, atq; etiam Hussitis nos deteriores iudicant, nimirumq; mirantur tam inclytam ac religiosam Nationem potuisse tam cito ac facile ab uno Apostata fratrum mendicantium in omnem leuitatem, ad omne nefas impelli.

Ab hac igitur infamia egregie liberabitis Patriam nostram o Principes, si uestra sponte tunc tandem condemneritis tam absurda Lutheranorum dogmata, sicut faciunt Heluetij, et plurimi uestrum semper hactenus fecerunt, faxit Deus, ut omnes uno sensu unoq; ore nunc simul ita faciatis. Id. n. honestius atq; salubrius est, quam expectare sententiã Concilij, per quam, non ultro, sed uicti cum rubore, respicere uideremini.

Vt autem super hac re Consultatio uestra certior sit, faciliusq; procedat, expedire sane uidetur mihi, uos aut solos inter uosmetipfos consultare, aut in consiliũ adhibere Doctos ac graues bonæ famæ uitæq; Theologos, qui toto uitæ cursu in rebus fidei sunt uersati, ij certe melius ac securius uos informabunt & de mente ac consuetudine futuri Concilij, & de fidei Catholicæ regulis, q̃ Apostatici aut Poetici Theologi, qui lingua solum & stilo pollent, non solida eruditione. Neq; adeo tutum uidetur, hac in re multum confidere aut acquiescere sententiæ secularium Consiliariorum, qui solidam in scripturis eruditionem non habent, Videamus. n. q̃ aperte Lutherizent pleriq; etiam in maximis Germaniæ Consistorijs, ijs ergo in temporalibus & mundanis negocijs securius creditur, In Theologicis autem potius cre-

Quales adhibendi sint  
Cōsultores.

Consilium Io. Coc.

dendum est Theologis, Vnicuique statim in arte & professione sua, Apostatę uero periculosissime super hac re consulentur, quantumlibet sint docti, quia non quę Christi & Ecclesię, sed quę sua sunt, quęrent ac suadebunt, Sciunt autem, in pace et unitate fidei omnem honoris aditum sibi occludi. Idcirco nunquam consulent fideliter pro pace, sed cupient potius per dissidium regnare.

Gal. 6.  
Timendum  
ab ultione  
diuina propter  
hęreses.

Summopere igitur cauendum est uobis, ne ex hac Dieſa discedatis re infecta. Deus. n. non irridetur, nec sic patiens erit semper usque in finem, ad tot contra ipsum & sanctos eius, in terris uestris, blasphemias omnisque generis iniurias Lutheranorum, Quam periculosa fuerit eius admonitio, quę ipse suę signum ultionisque initium in rusticorum furore ostendit, nemo uestrum ignorat. Ego certe multo maiora uobis timeo, si diutius ad tot contra eum impietates conniueritis. Non. n. soli facientes, sed etiam qui facientibus consentiunt ( inquit Apostolus ) digni sunt morte. Nulla profecto Natio usque aut unquam in orbe terrarum foeliciter aut impune a fide Catholica aut a sede Apostolica defecit, non Africa, non Aegyptus, non Syria, non Gręcia, non alia opulentissima atque amplissima regna, quę misere nunc foeda seruitute pręmuntur a Turcis, Ergo nec Germania impune deficiet, faciet enim Deus Germanos contra Germanos ( sicut olim Aegyptijs minatus est per prophetam ) concurrere, & quidem longe periculosius, quam anno superiore, quanto maior uidebitur uestra erga Deum eiusque cultum ( quem sic minuunt abolentque ac prohibent Lutherani ) negligentia, contemptus atque ingratitude, si ad omnia hęreticorum dogmata diutius dissimuletis, cum sitis etiam iure iurando, & quidem multiplici ad ea extirpanda, Deo, Imperatori Ro. ac summo Pontifici atque adeo toti Ecclesię dei obstricti.

Ro. 11

El. 19.

De

DE SERVANDA VNITATE  
tecum sede Apostolica. Cap. II.

**H**Actenus profecto per annos fere M.D. ita obseruatū est in Ecclesia Catholica, ut nemo uere Christianus cēseretur, nemo firmam haberet spem salutis, nisi qui B. Petrū & legitimos eius in Ro. Ecclesia successores, ut uerum Vicarium Christi ac summū Pontificem, ouiumq; Christi pastorem agnosceret, sic etenim docent nos sacræ literæ, sic leges definiunt & Canones, sic perhibent historiæ, sic rerum probat euentus, sic Cyprianus, sic Augustinus, sic Hieronymus, sic omnes sancti patres senserunt, Quin etiam Iohannes Huls, & hic ipse Apostata noster Lutherus id ipsum haud semel confessi sunt. Quisquis ergo Ro. Pontificem ut Pastorem suum, eunque summum, non agnoscit, is ne utriquā habet locum inter oues Christi, Idcirco si nullus error in fide apud nos esset, ipsum tamen schisma odiumque in Ro. Pontificem damnaret omnes Lutheranos, nisi resipiscant.

Nulla spes salutis in schismate.

Ioh. 211

Qualiscunque sit igitur in fide Germania, quæ diu patitur istud Lutheranorum schisma contra sedem Apostolicam, non potest non subiacere æternæ damnationis periculo, Cui non solum misere seducta plebs, quæ Turcam minus quam Papam nunc odit, uerum etiam Principes ipsi procul dubio sunt obnoxij, quamdiu schisma istud pro uiribus tollere non curant, Quin immo grauior erit eorum ( ut uereor ) damnatio, etiam si corde consentiant Papæ, eo quot permittunt, populum sic à Lutheranis per tot calumnias & cōsilia in Papam concitari, dum prohibere facile possent, si serio resisterent. Quod quæso nomen nunc in Germania uidetur uel odiosius uel detestabilius quæ nomē Papæ?

Quantum animarum periculum ex odio in Papam.

Quomodo

Consilium Io. Coc.

Quomodo sumus ergo Catholici, si summum Ecclesie Catholice Pontificem atq; Pastorem, tam odiosum ac detestabilem populo Christiano à Lutheranis impune fieri permittimus? O latissimam animarum perditionem.

**Graue scelus dicere Papam Antichristum.**

Eo .n. seducta est maximo ( ut uereor ) pars Germanorum à sceleratis Apostatis, ut pro uero & præcipuo Antichristo habeant Papam, ac pro Antichristi discipulis, quicumq; in fide ac unitate commicant Papæ, Quid obsecro ad hæc dicat futurum Concilium? O grauem Nationis nostræ pudorem, multoq; grauiorem animarum interitum. Hæc .n. sunt uerba B. Hieronymi ad Damasum Papam. Ego nullum primum nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri, communionem confocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio, Quicumq; extra hanc domum, agnum comedent, prophanus est, Quicumq; tecum non colligit, spargit, Hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. Et alibi Ecclesie ( inquit ) salus in summi sacerdotis dignitate pendet, Siquis adhuc dubitet, is quæso legat Cyprianum in epistolis, & de simplicitate Prælatorum, legat antiqua Conciliorum decreta, legat quoscunq; patres sanctos, Nusq; profecto aliter habere inueniet, Neq; alia est expectanda sententia à quocunq; Catholicorum Concilio.

**Hiero. contra Lucif.**

At dicat aliquis, Iniqua sunt Germanis imposita à Sede Apostolica grauamina, multæ abusiones, grauiæ scandala, Esto, sed omnia suffert Charitas, Et hæc sunt ipsius Lutheri uerba in articulorum suorum declaratione, anno 1519. facta, Quod si nunc, prohdolor, Romæ ita res habet, ut bene melius esset. Non est tamen neq; hæc neq; ulla causa tam grandis, nec fieri potest, ut ab illa Ecclesia se quispiam diuelleret ac separare debeat. Quin, immo, quâto peius ibi agitur, tanto magis accurrendum & adhærendum est. Hæc & id

**1. Cor. 13. Grauamina maligne esse uulgata.**

genus

genus multa dixit & scripsit ipse Lutherus intra paucos annos, licet postea, in reprobum sensum datus, longe diuersissima scripserit. Et tamen benignissime interim obtulerunt se Germanis tres Pontifices Leo X. Adrianus VI. & nunc præsidens Ecclesiæ Clemens VII. ad moderanda quæcūq; grauamina. At nescio qua malignitate actum est, ut ea, quæ in Senatu Imperiali intra clausos parietes Nurenbergæ acta atq; tractata sunt, super grauaminibus centum, ea mox tam latine quam Teuthonice per Chalcographos in populum diuulgata sunt, antequam essent in sede Apostolica Cardinalibus proposita, Neq; satis erat malignitati, sola Germanorum euulgasse grauamina, eaq; uerbis haud ita modestis, Quinetiâ totius Orbis Christiani Annatas Episcoporum atq; Abbatû adiungere libuit, & quidem odiosissime, immo nec satis Catholice. Ait em̄ scriptor ille, haud dubie Lutheranus. Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum (si credere fas est) Caput et mater. In fine autem sic habet. Quapropter potius admiratione dignum esset, quemadmodum tot annis tantus thesaurus à Pontificibus dilapidari potuit, quàm quo pacto Christiani tot tantasq; fraudes & exactiones tolerare ualuerint, Sed ut in prouerbio est, Male parta male dilabuntur. Hæc ibi.

Laudet hanc practicam, qui uelit, Mihi profecto neq; laudabilis neq; utilis uideretur, Ad quid enim diuulgantur talia in plebem, nisi ut maiori odio cõcitetur ad rebellionem; fructum itaq; huius æditionis gustauimus anno superiore, tanto cum damno rerum ac sanguinis effusione. Nunq; certe probabo quodcūq; iniquum Nationis nostræ grauamen, non puto tñ, hoc agendi modo nos cõmode reuocari aut liberari posse. Quid enim attinet eiusmodi diuulgare in populum, nisi ut maius inde sequat odium in Papam ac omnes

Vtilius pro  
Germanis  
consilium.

Ecclesiasticos, maior diffēſio, grauiꝝ detractariōis peccatū.  
Magis itaq; communi utilitatī expedire uidetur, ut certi  
Oratores communi Principum Statuumq; sacri Ro. Impij  
noīe ac Decreto atq; etiā plena auctoritate, mittant̄ Romā  
qui super omnibus tū grauaminibus tū abusionibus et scan  
dalis, cum ipso summo Pōtifice, totoq; cœtu Cardinaliū, se  
rio tractent in Consistorio Papali, ac plenā reportent, uel iu  
xta Cōcordata Principū uel iuxta aliū modū, cōcordiā, ne  
sic perpetuo cōtendat̄ frustra inanibus uerbis, absq; effectu,  
grauī cū peccato detractationis, summoq; animarū periculo.  
Id quod maxime cōmodū uideē, ut hoc tēpore fiat, quo in  
uictissimus Imp̄ator noster Romę affuturus esse credit̄, qui  
certe iustis Principū Statuūq; Imperij petitionibus fauorē,  
assensum, ac opē præbere ac procurare nō desistet. Nec de  
erit (credo) desyderijs eorū Reue. Dominus Card. Campe  
gius, q; singulari fauore Nationē nostrā semp̄ prosequutus  
est, & apud suū Pont. non uulgarī pollet tū gratia tum au  
thoritate, Ad hæc, uir est ut iustissimus, ita & doctissimus,  
quē æquitas causę latere non poterit, Cui etiā ante Bienniū  
Ratisponæ, dum sedis Apostolicæ Legatum de latere age  
ret, satis cōmode uitam præparauit sua Constitutione.

Pessimum  
schisma Lu  
theranorū;

Num. 16.  
3. Reg. 16.  
4. Reg. 9.  
2. Paral. 26.

Vereor equidē, ne grauiſſima superueniat in nos ultio di  
uina, si diutius ita pmissum fuerit Lutherāis ac plebi, tot in  
iurijs odiſq; ac maledictis in uicariū Christi, Cathedrāq; Pe  
tri publice peccare ac debachari. Non est obscurum, quam  
grauiter ultus sit Deus schisma Chore Dathan & Abyron,  
Item schisma Hieroboam, impietatem Iezabel, temeritatem  
Osæ Regis. At multo grauius peccant hodie in summum  
Pontificem, omnemq; ordinem Ecclesiasticum Lutherani  
nostri, quam unq; aut usq; antea peccatū est. Qui em̄ Tur  
cæ, aut qui Tartari, tam horrenda scribunt, dicunt, pingunt  
ludunt,

ludunt, blasphemāt, in Papā omnēq; Clerū dñi, q̄lia toto se-  
ptennio faciūt nostri Lutherani: Vbi talia dixerunt aut fecerunt  
gerant cum Chore: At eos absorpsit terra uiuos, ac res-  
lqs dictū est, ut separarent se ab eis, ne simul inuoluerentur  
in peccatis eorū. Non est aut̄ minus, im̄o multo maius, Chri-  
sti quā Iudæorū sacerdotiū, Tanto maior igitur timenda est  
ultio diuina nobis, ne superueniat propediem, quanto et san-  
ctius est sacerdotium Christi, & grauius schisma atq; pecca-  
tum Lutheranorum.

Quod si externa nos minus moueant exēpla, reminiscamur  
saltem, quid acciderit omniū fortissimo Impatori olim  
nostro, Henrico quarto, schismate Vuibertino Rom. Pon-  
tifices uexanti, Nemo (inquit Egnatius Venetus) bellacior  
hoc uno fuit, nemo collatis signis ad hanc diem pluries cum  
hoste conflixit, Quippe qui M. Marcellum & Cæsarem dis-  
tatore supergressus, bis & sexagies pugnarit. Sed quam  
bello clarus, tam insectatione Pontificū infamis, à quibus  
diris etiam Pontificijs primus Imperatorum post Arcadiū  
petitus est. Quo factum est, ut tandē à filio proprio priua-  
tus regno, miserabilis uel hostibus obierit, anno Imperij sui  
xlvij. Id quod ex pprijs ipsius epistolis plane intelligitur.  
Hæc enim sunt uerba eius ad Archiepiscopos & cæteros  
Principes Saxonix, dum Leodiū obsidionem à filio immi-  
nere sibi timeret.

Rogamus uos & obnixè precamur, quatenus pro deo &  
honore regni & uestro, instāter moneatis filiū nostrū, amos  
do desistat nos et fideles nostros persequi, et pacifice et quies-  
te uiuere permittat. Quod si noluerit, rogamus uos per au-  
thoritatem Rom. Ecclesiæ, cui nos commitimus, & honorē  
regni, ne super nos & fideles nostros ueniatis. Quia manū  
festum est, illum non cum diuinæ legis zelo uel Romanæ  
Ecclesiæ

Historia de  
Imp. Henrici  
col III.

Egna. lib. 9.  
de Cæsaris.

Verba ipsi  
Henrici ad  
Principes.

Consilium Io. Coch.

Ecclesiæ dilectione, sed concupiscentia regni, patre iniuste eo priuato, hoc incepisse. Apud quem, si interpellatio uestra nullaq; alia interuentio ad præsens prodesse poterit, appellamus Rom. Pontificem, & sanctam uniuersalem Roma. sedem & Ecclesiam.

Miserabilis  
fortissimi  
Imperatoris  
protestatio.

Item in alia Epistola ad Regni Principes, Colonia tunc propter ipsum obsidentes, Rogamus (inquit) filiū nostrū et uos multum precati sumus, ut dimisso exercitu ordinare tur, quomodo possimus conuenire. Et infra. Quod si nullatenus cessare uoluerit, Proclamationē inde fecimus, et semper facimus Deo & sanctæ Mariæ, & beato Petro patrono nostro, & omnibus sanctis, & omnibus Christianis, & uobis maxime, omni deuotione precantes, ut dignemini cessare eum persequi, ad persecutionem tantæ iniuriæ & uos eum imitari. Appellauimus, & tertio appellamus dominum Romanum Pontificem Pascalem, & sanctam & uniuersalem Sedem & Roma. Ecclesiam. O exemplum diuinæ ultionis admirabile pariter ac terribile, hoc tempore maxime præ oculis habendū. Ecce quantus Imperator è solio, post annos Impij sui xlvij, deiectus est, & hoc (quod maxime tragicū est) à filio proprio, Atq; ita coactus Rom. Pontificem, quem acerbissime fuerat antea persequutus, miserabiliter implorare, & quidem frustra. Non enim exauditus est, nemo ei succurrit nisi mors ipsa, scilicet ultima linea rerum.

Is tertius fuit  
post Gregorij VII.

Lib. 7. c. 12. Extat sane alia eius Epistola ad regem Celticæ, qui Francorū dicitur, miseriarū eius tragœdiā cōtinens, quæ uel saxas mentes (ut ait Otto Frisingensis Episcopus) ad mutabilium rerū ærumnas cōtemplandas ac deplorandas emollire possit. Quis ergo nō detestetur impiā hanc Lutheranorū Gigantomachiam, qua Rom. Ecclesiam tam stulte presumunt expugnare, quā tātus Impator debellare nō potuit. Cū uideamus hodie  
pro

pro Ro. Ecclesia stare ipsum Cæsarem, tot regnorum potentissimum Principem ac dominum, Reges itē maximos Franciæ, Angliæ Portugalix, Scotiæ, Vngariæ, Poloniæ &c. aliosq; totius Christianitatis potentatus. Si ergo nō propter deum ac salutem animarum, saltem propter infamiam Nationis nostræ depellendam, hoc Lutheranorum schisma primo quoq; tempore extirpare deberemus, etiam si nulli prorsus hæresi obnoxium esset.

## DE SEDITIOSA DOCTRINA Lutheranorum. Cap. III.

Seditiosam esse Lutheri cōplicumq; eius doctrinam, ipsi Principes simul cum Inuictiss. Cæsare ante Quinquennium testati sunt Edicto publico Vuormacię, Reg. ipsa nūc id clarius est quā omne quod dici potest. Vbi, n. pacifice recepta aut disseminata est ea doctrina? Vbi fuit aut est hodie cum pace? Nimis profecto certo id constat nobis, tanto miserrime seductorum Agricoliarum sanguine tot prælijs anno superiore fuso.

Scribat nunc, quicquid uelit, Lutherus, ego certe palam ostendi, illas Rusticorum seditiones ex ipsius Lutheri doctrina prouenisse, adeo quidem manifeste, ut uerear plurimum, ne & Principes aliqui sint tam multi sanguinis alio quo modo rei, ex eo saltem, q; permiserunt seditionum semina in subditos suos impune dispergi. Vereor tamen magis, ne longe grauior maneat eos diuinæ ultionis plaga, calamitas, clades, si nondum uoluerint, tam grauius admoniti, mox respicere, suosq; subditos in omnibus Vniuersali Ecclesiæ conformes ac consentientes reddere, Id quod fa-

Seditio Rusticorum ex doctrina Lutheri.

Concilium Io. Coc.

et non haud difficile fuerit nunc, si modo Lutheranos Concilio natores librosque ubique e terris suis exulare serio faciant, Incipiunt enim iam plebei quoque intelligere, non constare sibi ubique Lutherum & complices eius, proinde facilius nunc quam antebiennum, cladibus modo edocti, in vitam Ecclesiae antiquam reduci poterunt, si serio agant Principes, procurantes, nihil Luthericum à subditis suis uel legi uel audiri.

Iniuriosa uerba Lutheri contra Ro. Imperium.

Nimis profecto diuturna ac male dissimulans fuit Principum patientia ad tot Lutheri, tum contra Cæsarem et Ro. Imperium, tum contra Principes etiam saeculares, iniurias, publice iactatas, quibus ad rebellionem atque in Principum contemptum, subditi uehementer sunt incitati. Minime enim decuit, ad hæc Lutheri uerba tam diu uel tacere uel dissimulare, quando ante triennium, immo iam Quinquennium publice scripsit in Catharinum. Papæ tyrannidis (inquit) mox coepit inclinante Imperio Ro. sed & de Imperio & in Ro. Imperio nata est, eique in suo loco successit. Translatum est autem ad Germanos Ro. Imperij uocabulum, Cum res iam nulla Imperij amplius esset. Et tanquam parua sit hæc iniuria, ex sacro Ro. Imperio facere, partim Tyrannidem (ut uocatur) Papæ, partim merum & inane uocabulum, Addit longe grauiorem Contumeliam, Germaniæ profecto Principibus minime ferendam. Nouum (inquit) Imperium Romanum erexit Papa, transferens illud à Græcis, ut dicit, ad Germanos, quod inter cætera opera Antichristi uel principale & maximum portentum est.

Male dissimulatur iniuria.

Ecce Lutherus Germanorum Imperium Ro. uocat Antichristi portentum, & quidem principale ac maximum, Idque facit sub umbra & protectione, non hostis aut alienigenæ, sed iurati Principis ac Electoris, Quis hæcenus tam atrocem iniuriam uindicare studuit & quis ad animum res uocat

uocauit: Certe si Papa aut Catholicorum quispiã sic scrip-  
sisset, iam pridem de ultione seuerissime cogitatum atque  
etiam definitum fuisset.

Quid dicam de insidioso illo comento, quo Cæsari Prin-  
cipibusq; periculũ intendebatur, quando Lutherus, è Vuor-  
macia dimissus, fingebat uiolato saluo conductu intercepto,  
cur remisit Caduceatorem, priusq; domum redierit: cur sub  
ornabantur Equites, qui Lutherum amice, non hostiliter,  
interciperet: cur tot mittebantur nunciij Vuormaciam, fal-  
sa nunciantes: Siccine decet agere cum Cæsare?

Sceleratum  
figmentum  
de capto Lu-  
thero.

Neq; tamẽ contentus fuit hac malignitate Lutherus, uerũ  
etiam publice traduxit grauissima calumnia Cæsare, sic scri-  
bens in prefatione contra Regem Anglię. Apparui ego (in-  
quit) iam tertio coram eis, Deniq; Vuormaciam ingressus  
sum, etiam cum scirem, mihi uiolatam esse à Cæsare fidem  
publicã. Nam didicerunt Principes Germaniæ, olim de si-  
de laudatissime gentis, nunc in obsequiũ Idoli Romani, nis-  
hil magis q̃ fidem contemnere, in perpetuam Nationis igno-  
miniam. Hęc ibi. Quid obsecro uel sceleratius uel atrocius  
in Cæsarem ac Principes Germanię dici queat: Cur ergo tot  
ac tam atroces iniuriæ à uilissimo mendicantium fratrum  
Apostata sic tolerant, ac tam diu perferunt, quas nemo Res-  
gum aut Principum impune dicturus fuisset: O graue ac  
nimiarum periculum, Deus certe non fallitur, nouit .n. cor-  
dium abscondita, etiam si homines interim fallunt & fallun-  
tur. Ipse ergo causam, cur sic dissimuletur, plane nouit, atq;  
etiam suo tempore iudicabit, si non respuerimus.

Calumnia in  
Cæsarem.

Quantis uero calumnijs Teuthonice inceserit Principes  
ad cõmunem populũ Luthe. nimis pfecto longum esset hic uerba Luth.  
referre, Retuli autẽ bonã partẽ in responsione mea in libellũ  
eius cõtra rusticos, Hic ex duobus tantũ locis pauca referã.

1. Reg. 16.  
Hierc. 17.

contra Prin-  
cipes.

Sic

Consilium Io. Coc.

Sic ergo ait in libro de mundana superioritate. Mundani sunt Principes, Mundus autem odit deum, Idcirco oportet eos facere, quod Deo contrarium, Mundo consentaneum est, ne fiant infames, sed maneant Principes Mundani. Ne mireris igitur (inquit) quod contra Euangelium fuerunt ac insaniunt, Oportet eos Titulo nominique suo satisfacere. Scias itaque, ab initio Mundi usque, admodum raram auem esse Principem prudentem, multo adhuc rariorem Principem probum, fere enim sunt uel maximi fatui uel nequissimi Nebulones super terram, Idcirco ab ipsis semper pessima, ac parum boni expectare oportet, praesertim in rebus diuinis, quae ad salutem spectant animarum. Item. Non fiet, non possunt, non uolunt uestram Tyrannidem petulantiamque diu ferre, boni Principes ac domini, secundum hoc sciatis uos dirigere, Deus non uult diutius ferre. Non est nunc amplius Mundus talis ut olim, quando uos, homines ut feras uenabamini ac uexabatis, Idcirco omittite uestram temeritatem ac uim, & cogitate, ut iure agatis Haec ibi.

Verba Lut.  
pro Turcis,  
contra Prin-  
cipes nostros

Deinde, in altero loco contra duo Caesaris mandata, sic subiungit. In fine (inquit) rogo omnes pios Christianos, uelint simul orare deum pro tam miseris ac excæcatis Principibus, quibus nos Deus magna, proculdubio, ira tribulante nullo pacto consentiamus contra Turcas uel proficisci uel contribuere. Quandoquidem Turca decies prudentior ac probior est quam sint Principes nostri. Quid enim talibus fatuis contra Turcam prospere succedat, qui Deum tam graue uiter tentant ac blasphemant. Hic enim uides, quomodo miser, mortalis uermium saccus, Imperator, qui suae uitae non ad oculi ictum certus est, impudenter se iactat, quod sit uerus ac supremus Defensor fidei Catholicae. Et Paulo post. Eius modi conqueror (inquit) omnibus bonis Christianis, ut ipsi

ipsi mecum super huiusmodi stolidos, fatuos, insanos, rabidos, deliros, stultos, habeant commiserationem. Deberet sane quis decies potius mori, quam tales blasphemias & contumelias diuinæ Maiestatis audire. Sed est demeritum premium, quod persequuntur uerbum Dei. Idcirco debent tā palpabili cæcitate puniri atq; incurrere. Deus liberet nos ab eis, & det nobis ex gratia alios Regentes, Amen. Hæc & id genus multa Teuthonice ad populum Lutherus, Quæ si iusto perpenderentur iudicio, non dubito, quin Millies plus culpæ criminisq; ad seditionem excitandam iudicaretur in uno Luthero esse, quam fuerit in mille ac mille Rusticis superioro anno propter seditionem occisis. Id quod ex responsione mea facilius intelligi potest.

Circumfertur & alius libellus Teuthonicus cū rota fortunæ, absq; nomine Authoris & impressoris, usq; adeo seditiosus ac sanguinarius, ut nihil possit in Principes crudelius aut periculosius excogitari. Nam & scripturas plerasq; in Principum torquet exitium. Habet XI. Capitula, ex quorum septimo pauca, exempli gratia, referā. Breuiter (inquit) Omnes domini, qui pro beneplacito suo ac proprio cerebello leges statuunt, taceo qui tributum, exactionem, Theloneum, Gabellam accipiunt, & quicquid eiusmodi est quod communi bursæ ac manutenendæ Reipublicæ deseruit, ij sunt proprie ac uere raptores ac hostes publici priorum subditorum. Hunc ergo Moab, Agag, Achab, Phalarim ac Neronem ex sedibus deturbare, summum est beneplacitum Deo. Scriptura eos nominat, non ministros Dei, sed serpentes, Dracones ac lupos. Forsitan ergo uenit ad aures Domini Sabaoth serius ac miserandus clamor messorum ac uox operariorum, ut eos tam clementer exaudierit, quod

Seditiosissimus liber, cū picta fortunæ rota.

Iac. 5.

Consilium Io. Coch.

dies occisionis incipiat super faginatatas pecudes, quæ corda sua pauperunt omnibus delicijs ex pauperie communis populi. Quod autem prouincia aut communitas aliqua potestatem habeat, perniciosum dominum suum deponere, ex diuino iure XIII, dictis ostendam. Et infra.

Deposuit potentes de se &c.

Nonne clara ac diuina sunt hæc omnia dicta contra imperiam superioritatem, quæ toleranda non est, sed absque omni reuerentia deponenda. Adhuc tamen audent aliqui Mulieres christiani dicere, quod Euangeliū non tangat gladiū secularē sed cor eorum falsum est & maledictū. Et infra. Atque ut orationis obturem ex iure ipsorum seculari, Papa & Cæsar non nati sed electi sunt Principes, qui possunt deponi, Id quod propter eorum malefacta sæpe factū est. Et tamē hi sunt summi Principatus, Et eorum delegati, ut sunt Principes & alij domini, non deberent deponi de mala potestate sua. Quod si dicant eiusmodi depositionem potentum spectare ad Cæsarem, non ad eorum subditos, Friuolū est. Quid enim si Cæsar quoque & Reges ipsi sint inutiles? An non sunt in memoria hominum Reges & Cæsares etiā hoc modo à suis subditis expulsis? In summa, non debet constitui Iudex partialis, alioqui nihil efficietur, nisi iuua me, supportabo te.

Periculosa scripta.

Hæc & id genus multa circumferuntur adhuc in populo. Neque desinunt occulte res nouas adhuc hodie querere Lutherani, quorum omnis spes & salus atque potestas in dissidio est Plebis Clericorum & Optimatum ac Principum, Sed & publice adhuc concionari audent alicubi, ne plebs rusticorum clade territa desperet, quoniam filij Israel bis fuerint à Beniaminitis fusi ac uicti, uicerunt autem & fuderunt illos tertio tandem prælio. Alibi assimulant plebem paruo David, Equite uero Principum magno & armato Goliath. An ergo tutum sit Principibus nostris, diutius ad tam sediciosos libros

tum

concionatoresq; & susurriones Luthericos, cōniuere aut dis-  
simulare, ipsorum iam esto iudicium.

DE CONGILIORVM DE-  
cretis ac Ecclesiæ Consuetudinibus.

Cap. III.

**D**Vobis nituntur Lutherani fundamentis, sed falsis ac  
Druinosis, qbus omnia fere dogmata sua probant, Quo  
rum primū est, quod sola fides iustificet, Hinc cuncta reij-  
ciūt opera bona ac merita sanctorū, cunctos ordines religio-  
forum, omnē satisfactionem pro peccatis, omnia promeren-  
dæ uitæ æternæ studia, &c. Alterum est, quod nihil recipere  
teneamur, nisi quod in scripturis est expressum, Hinc tollūt  
septem sacramenta, prophanant festa, abrogant ieiunia, reij-  
ciunt Pontificum atq; Cōciliorum decreta, rident Ecclesiæ  
ritus & Cerimonias, &c. At falsum est utrunq; eorum fun-  
damentum.

Duo falsa  
Lutheri fun-  
damenta.

Primū clare confutat in Epistola sua S. Iacobus, S. Cy-  
prianus in Tractatu de lapsis ac in epistolis, S. Augustinus  
de fide & operibus, Alij quoq; sancti patres permulti. Et nos  
stris temporibus reprobatur est à plerisq; doctissime, preser-  
tim ab Episcopo Roffensi, à Chlichtoueo, à Iohanne Fas-  
bro, à Dietenbergio, &c.

Luth. in lib.  
cōtra Coch.

Et Lutherus ipse fassus est mihi publice, à se, non à Pau-  
lo adiectā esse hanc uocem SOLA, Cum obiecissem ei, qd  
neq; Paulus neq; ulla scriptura diceret, nos sola fide iustificari,  
Alterum eorum fundamentū multipliciter cōfutatū est à  
Christo, à Paulo, ab Augustino &c. & nostris tēporib. pul-  
cherrime à dño Roffensi alijsq; p multis. Quod et ego uarijs  
libellis falsū esse cōiici, Traduxi itē in Teuthonicū Idioma

Multa credi  
mus, quæ nō  
sunt expres-  
sa in scriptu-  
ris.

Consilium Io. Coch.

quendam tractatum Vuidefort, contra Vuiclephum, Augustæ excusum, in quo plurimis ac planissimis rationibus et exemplis falsitas ista confutatur. Hic sufficiat dicere, quod firmissime credere tenemur, In Trinitate diuina esse tres personas & unam essentiam, Deum trinum & unum, Patrem ingentum, filium consubstantialem patri, spiritum sanctum ab utroque procedentem, Mariam Dei genitricem, semper uirginem &c. Et tñ noia ista nō habent sic in scripturis exp̄ssa.

Quod si dicāt, Ad uerbū dei nihil addi debere, Hoc intelligit de eo quod sit uerbo Dei cōtrariū. Si dicant, à Christo reprobari mandata hominū. Et hoc quoque de ijs tantū mandatis intelligit, quę sunt mandatis dei contraria aut impeditiua, uti aperte insinuat Textus Esa. 29. Math. 15. Cum igitur Christus iubeat nos audire Ecclesiam Matth. 18. Paulus obedire nostris Prepositis, Heb. 13. obseruare precepta Apostolorū & seniorū Act. 16. Stare ac tenere traditiones, quas siue per sermonē siue per epistolam didicerimus. 2. Thess. 2. Non cōtendere contra consuetudinē Ecclesie dei 1. Cor. 11. Manifestū utiq; est ex ijs & id genus alijs scripturis, nos ad multa teneri, quę non in scripturis, sed uel in Concilijs aut à summis Pontificibus sunt instituta seu decreta, uel generali Ecclesie consuetudine recepta & approbata.

Cōciliorum  
decreta ne  
quaquā con  
temnenda.  
Matth. 18.  
Act. 15.

Non contemnenda sunt Conciliorū Decreta Ecclesie & cōsuetudines, uelut mādata hominū et cōstitutiones humana. Nam in legitime cōgregatis Cōcilijs adest etiā Christus & Spiritus sanctus. Ait enim Christus. Vbi duo aut tres cōgregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et in primo Concilio, dum sine scripturis daretur constitutio, dictum est. Visum est spiritui sancto & nobis. Nequaquam igitur credendum est, quod legitime congregatum Concilium possit in ijs quę ad fidem spectant errare, Cum in me  
dio

dio eius sit Christus & Spiritus sanctus. Hinc ergo Paulus uocat Ecclesiam columnam & firmamentum ueritatis, 1. Timo. 3.

Vnde merito debent nobis Lutherani esse uelut Ethnici, dum, contra Christum & Paulum, Ecclesiam dei contemnant, in sacro Canone, in Concilijs, in bonis consuetudinibus, in antiquis denique ritibus et Ceremonijs, in imaginibus Crucifixi & sanctorum, in Ieiunijs, in abstinentia carniū certis diebus, in diebus festis, in processionibus & letantijs, in horis Canonicis, in celebratione Missarum, in exequijs & memorijs defunctorum, in benedictionibus aquæ, salis, cereorum, herbarum, palmarum &c. Hæc enim & id genus alia complura & sanctissime sunt instituta, & antiquissimo ritu per omnes Ecclesias ubique obseruata.

Quantum uero non de omnibus ritibus & obseruationibus Ecclesiæ possit ratio ex scripturis clare reddi, Tamen contemni minime debent, Multa enim nobis per Apostolos atque Apostolicos uiros tradita sunt sermone, quæ non sunt scripta, Disputare autem super eiusmodi, quæ tota obseruat per orbem Ecclesia, an tenenda sint, insolentissimæ est (ut ait Augustinus) insaniam. Quanta ergo uel sine scripturarum testimonijs sit authoritas Ecclesiæ, ex præallegatis haud obscure cognoscitur, De qua multi multa doctè scripserunt, Ego quoque duobus libris latius hanc materiam tractaui, qui uel bis æditi sunt iam pridem.

Nihilosecūs etiam ex scripturis rationem multarum Ecclesiæ Cerimoniarum reddiderunt multi Pontifices, & quidem antiquissimi, uti uidere licet in ipsorum epistolis decretalibus, quas ego, si opus fuerit, exhibere potero ex ordine à Clemente primo usque ad Gregorium primum, Sed & Canones Apostolorum atque antiqua Concilia, (quæ hic anno superiore ædidimus) multorum quæ in Ecclesia

Lutherani  
Ecclesiæ cō-  
tempores,  
1. Cor. 11.

Aug. in epl  
stola 118.

Concilium Io. Coc.

fiunt rationem ex scripturis passim deducunt, Extat præter  
rea Rationale diuinorum Durantij, in quo latissime ac plas  
nissime ratio rituum ac Cerimoniarum etiam ex scripturis  
ostenditur.

Rupertus  
Tuiciensis de  
diuinis officijs.

Et nos nuper ædidimus Coloniae XII. libros Ruperti  
Abbatis olim Tuiciensis De diuinis officijs per circ  
lum anni. Quem profecto authorem nemo Lutherano  
rum iure contempserit, Tum q̄ ante annos C C C C.  
scripsit in Germania & quidem exercitatissimus ac ma  
xime illuminatus in scripturis, tum q̄ à Lutheranis prio  
rum est æditus in alijs quibusdam opusculis. In ijs ergo  
XII. libris uidere licet, quàm rationabiliter ac pie sint om  
nia Ecclesiae instituta à sanctis patribus ordinata, Docte  
enim ac solide rationem eorum reddit ex scripturis, non  
solum de horis Canonicis, omnibusque per circulum an  
ni festis & dominicis, uerum etiam de ornamentis, uasis  
& uestibus sacris, quid mysteriorum in ijs contineatur.  
Nequaquam igitur æquo animo ferenda sunt impia &  
scurrilia, illa impropria Lutheranorum, quibus usque ad  
deum Barbare inuehuntur in sacrum Canonem, in Concilio  
haec, in patres atq̄ in uniuersam Ecclesiam Dei.

Luth. de abs  
rog. missa.

Certe si omnes aliae Nationes ad huiusmodi calumnias  
iniuriasque tacerent, conuierent, riderent contempserent,  
Germani tum minime ferre deberent, quibus maximam  
nititur irrogare infamiam atq̄ impietatem Lutherus, ex ijs  
quae Constantiae contra Iohannem Hufs acta sunt, sic es  
nim scripsit ante Quinquennium Teuthonice in Iohan  
nem Eckium.

In disputatione ( inquit ) Lipsica non legeram Iohan  
nem Hufs, Alioqui non aliquos, sed omnes eius articulos,  
Constantiae damnatos tenuissem, Quemadmodum eos  
nunc

nunc teneo, postq̄ illius Iohannis Hufs summe docti no- Verba Luth  
bilem ac Christianum libellum, Cui similis intra CCCC. contra Con  
annos non est scriptus, legi. Qui & diuino consilio per cillum Cons  
Chalcographiam æditus est, ad testificandam ueritatem, atq̄ stantiense.  
que ad irrogandam publicam infamiam omnibus qui illum  
condemnauerunt. Non sunt enim Iohannis Hufs, sed Chris  
sti, Pauli, & Augustini articuli, ualidissime fundati atq̄ irref  
fragabiliter probati, uti fateri oportet omnes qui legerint il  
lum, Utinam dignus sim, propter tales quoque articulos  
comburī, dilacerari, discerpi uel contumeliosissime, Et si  
mille collis constaret mihi, omnia offerrem, Dico igitur,  
ad saluandam conscientiam meam de sanguine innocen  
te contra omnes, qui huiusmodi articulos pro condem  
natis habent, & sciunt, quot Christum ipsum negant ac  
condemnant. Verum quidem est, quot Iohannes Hufs  
exustus est antequam fuerit ibi confirmatus Papa. Et hoc  
ipsum est mea querela, q̄ nebulones ibi regnauerunt suis  
opiniõibu, antequam recta Papatus ordinatio fuerit facta.  
Sicut ergo dixi, q̄ Iohanni Hufs fides publica non est ser  
uata, ita uerum est, Id quod clare exprimunt hæc uerba,  
Quantum in nobis est & fides Orthodoxa exigit. Vicit  
autem Ecclesia per annos iam 1400. complures hæres  
ticos, sed nullum antequam exussit, præterquam Papi  
stæ Constantiæ. Lapidēs ergo adhuc clamabunt contra  
Hussiticos homicidas, quod manifestum iam sit, Hus  
sifidiam fuisse diuinam, Constantiensem uero Diabol  
licam. Hæc tibi Lutherus.

Nec mitiora scripsit postea tum latine tum Teuthonice Confusio  
in assertione XXX. articuli sui, Quæ longum esset hic refer Germanorū  
re, Extat docta ad ea responsio Episcopi Rossensis, ex qua therum,  
facile

Consilium Io. Coc.

Tlt. 7.

facile intelligit quisq; Catholicorum, qualis sit Lutherus & quid ei debeat. Considerent ergo Principes nostri, an deceat, talem hominem in futurum reseruare Conciliū, Quid enim dicetur eis: An non iuste dicat Conciliū, Quid agitis cum homine, qui & omne Conciliū contemnit, & lesū ipsum ore proprio iam pridem uelut Hæreticum condemnauit, iuxta uerbum Apostoli uobis maxime deuitandus, quia subuersus & proprio iudicio condemnatus: Creditis ne, posse aut debere nos damnare aut rescindere acta tā præclari ac legitimi Concilij in finibus uestris celebrati: Si hominidæ sunt, si Christum & Paulum negauerunt & condemnauerunt, qui Iohannem Huls Constantiæ exusserunt, Germanorum utiq; maxima est culpa & infamia. Non enim nisi Germani eum combusserunt, Imperator Sigismundus & reliqui Germaniæ Principes. Quid ergo nouum expectatis cum homine isto Conciliū: Nonne fatetur ipse, q̄ decies magis hæreticus sit quàm Iohannes Huls fuit.

Luth. in asser. 30. art. Non expectandum est in causa Lutheri usq; ad Concilium.

Minime igitur decet aut expedit, Lutheranorum causam in futurum differre ac protrahere Conciliū, quæ toties condemnata est, non solum à summo Pontifice, multisq; Episcopis & uniuersitatibus, uerum etiam à Cæsare nostro, ipsiq; Principibus in Dieta Vuormaciensi, Quin immo propria quoq; confessione ipsius Lutheri. Nimis profecto simplices, indocti, stolidi aut parum fideles existimabimur, in Concilio, si dubitemus eam causam condemnare nunc, quæ toties condemnata est antea. Nonne Lutherus ipse ob hoc maximæ stoliditatis arguit Principes nostros, q̄ post condemnationem Vuormaciensem iusserint Norinberge, liberos ipsius rursus discuti in Dieta Spirenfi: Non potest igitur causa ista, nisi summo cum dedecore totius Nationis, graui cum periculo Principum, æterno cum interitu animarum

marum in futurū referuari aut procrastinari Cōciliū. Nunc nunc determinanda est semel, si tuti ac salui esse cupimus.

Vt sistatur  
iudicio Lus  
therus.

Et ne quis Lutheranorū dicat sibi per hoc uim fieri, non iustitiam, Ego certe pro honore patrię totq; animarū salute ultro me offeram in extremū uitę omniumq; rerum mearum discrimen, sic nepe, ut inscribā ac obligem me ad pœnā debitam, secundū formam iuris, si legitimo sistat iudicio Lutherus, nisi conuicero eum de grauissimis criminibus, quę uel singula secundum omne ius tam diuinū quā humanū digna sunt morte. Agant ergo Principes cum Illustriſſ. Duce Saxonię Iohanne, ut sistat Lutherū legitimo iudicio, ubi mecum sub æquali periculo experiatur de iure & iustitia. Nihil sane deprecor, quin pœnā talionis ipse perferam, si illum nō conuicero. Non ob id sane, quod priuatum sit mihi ullū odiū aut inimicitia cōtra illū, sed quod uel sanguine meo uelim redimere hoc Nationis nostrę dedecus totq; animarū interitum. Tantū sane abest, ut male optem Luthero priuatim, qđ uix est alius, cuius salutē magis desyderem. At saluari nō poterit, nisi abiuratis tot hęcresibus reuertatur in unitatē Ecclesię cū pœnitentia. Si uero semper mansurus est in sua pertinacia (uti permāsit hactenus) nihil magis decet aut expediat, quam primo quoq; tempore ipsum de medio tolli. Iam pridem enim minatus est nobis publice, nunquam habituros nos pacem quam diu uixerit ipse.

Luth. in lib.  
contra statū  
Eccles.

## CONCLUSIO.

**H**ęc sunt Reuerendissime Domine, Illustriſſ. ac Gratiosiss. Princeps, quę super negotio Lutherano hoc tempore ex animo, ac bona conscientia, haud secus quā in conspectu dei, dicere uolui, rogans humiliter, ut Reue. ac Illustriſſ. Clementia uestra equo accipiat animo, Siquid libe-

o rius

Consilium Io. Coch.

rius dictum est, certe non aliter nisi ad honorem & salutem Germaniæ dixi, si erravi aut peccaui, paratus sum uestra ad monitione corrigere. Non enim meum honorē aut cōmodū hic quæro, sed cōmunis patriæ decus, pacem, & salutem desydero, etiam si ob id mihi moriundum sit. Ante omnia ergo præcauendum existimo, ne Lutheri causa, tanquam in futurum referenda Concilium, cum tanta nationis nostræ infamia animarumq; pernicie suspendatur.

Nullius unquam  
quā heretici  
turpior fuit  
causa quam  
Lutheri est.

Satis enim constat, nullius unquam hæreseos causam fuisse turpiorem. Nemo enim hæreticorū per annos M. D. tam absurde sensit aut scripsit, quam scribunt sentiuntq; Lutherani, Nemo tot conuicijs inuectus est in sedem Apostolicam omnemq; sacrum ordinem. Nemo tam proterue omnia Ecclesiæ instituta reiecit, Nemo sic omnium Conciliorū decreta contempsit, Nemo sic omnes sanctos patres repulit, Nam & Huls & Vuicleph agnouerunt ac uenerabiliter receperunt Doctores Ecclesiasticos, adeo, ut Vuicleph dictus fuerit à suis Iohannes Augustini. Nemo deniq; ausus fuit totū ius Canonicū seu Ecclesiasticum, in despectum Ro. Pontificis ac totius Ecclesiæ, cōcremare, quod ante sex annos Vuittenberge ausus fuit Lutherus. Nō poterit igitur nisi graui cum dedecore Principum totiusq; Nationis nostræ, causa ista futuro Concilio reseruari.

Oculus nequam  
ad falsas  
crilegia respiciens.

His itaq; alijsq; non leuibus causis merito debent moueri Principes nostri contra hanc hæresim Lutheranam non solum ad placandam iram dei, uerum etiam ad abolendā Nationis nostræ infamiam, quam ex hac hæresi usq; adeo tum absurda tum impia contrahimus, quam diu eam toleramus. Timeo autem uehementer, ne multorum Laicorum, etiam supremi ac medijs ordinis, sinister ac nequam sit oculus, quo

quo per auariciam (quæ Idolorum est seruitus) male cæcutes, ad bona temporalia Ecclesiarum ac Monasteriorum, sub huius Euangelij Lutherici prætextu occupanda, respiciant, ad quæ aliter nullo iuris titulo spem ullam habere possint. Quod si ita est, infructuosa erit (uereor) omnis admonitio, quantumcunq; sit honesta, fidelis, iusta, pia. Ait enim Christus. Si oculus tuus fuerit nequã, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Utinam uero taliter affecti, diligentius considerent, qualis fuerit antea eiusmodi raptorum ac sacrilegorum exitus. Plenæ namq; sunt historiae tum sacrae tum prophanæ de tragico eiusmodi tyrannorum exitu. Et nostro tempore haud leuia aut parua uidimus in tales diuinæ ultionis exempla etiam in Regibus & Principibus, quos nominare non expedit. Certe uel rusticorum clades possit eos iure ac merito abstergere, si non penitus sint abominabili avaricia excæcati, ne impiè rapere querant ea quæ dei sunt. Ait enim Christus in Euangelio Matthæi, non Lutheri. Reddite ergo Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo. Certum est igitur, nemini prospere celsisse aut cedere sacrilegia, quæ tam rigidæ sunt omnibus legibus tum diuinis tum humanis prohibitas. Caueat ergo nostri, si sapiunt, ne hunc impietatis hamum incaute per Lutheranos inescati deglutiant, Quos equidem gemina exhortatione ante triennium per uarias scripturas et historias fideliter admonui, ut considerent, quam pauper ac infœlix fuerit Germania, quando nullos habebat presbyteros ac Monachos Christi. Creuit autem cum religione Christiana simul omnis nostra prosperitas. Quod si qui ministros Christi imminuere attemptauerint, imminuetur eis proculdubio cuncta salus & prosperitas, tum in hoc tum in futuro sæculo.

Ephes. 5.

Matth. 6.

Matth. 22.

Cauendum ab hamo Lutherico.

Consilium Io. Coch.

Exemplum  
petendum à  
Carolo mag  
gno.

Quod si eos neq; timor ultionis diuinæ, neq; infamia sceleris absterreat, moueat eos saltem pietas maiorum, Laus & honor atq; prosperitas Principum piorum. Quis enim fuit aut fama clarior aut bellis fortūatior Carolo magno? At eosdem nemo fuit religiosior, nemo Ro. Pontificibus amicior, nemo maiorum ac pluriū Ecclesiarum atq; Monasteriorum fundator, Nec tamē fuit inde pauperior factus, Quis enim Imperator post ipsum filijs suis plura quam ille reliquit.

C. de epif.  
aud. L. Stas  
tuimus.

Quod si ne laus quidem ac pietas maiorum ad cultum Dei, si non augendum, saltem cōseruandū, nostros extimulare queat, attendant saltē animos ad legem Imperialem Friderici primi, in Codice legum publice receptam & approbatam. Quā Coronidis uice hic recitabo. Statuimus (inquit) hoc Edicto, in perpetuum ualituro, ut Potestates, Consules siue Rectores, quibuscunq; fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quod de terris sue iurisdictioni subiectis, uniuersos Hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro uiribus suis exterminare studebunt. Ita ut amodo quandocunq; quis fuerit in potestatem seu temporalem seu perpetuā assumptus, hoc teneatur Capitulum firmare iuramento. Hæc in Constitutione Imp. Frid. I. minime adhuc abrogata. Magna est igitur indicta tum Principibus tum Rectoribus Ciuitatum & fidei defendendæ & hæreseos exterminandæ necessitas, quam negligere diutius non possunt, si nolunt Deo hominibusq; culpabiles uideri.

Supernegocio Lutherano.  
*Fructus Doctrinae Luthericae.*

55

Minuitur Cultus dei

Varia & incerta fit Christiana religio.

Definit sacerdotum castitas,

Tot fidei novae formulae, quot sectarum duces.

Cessat obedientia Monachorum.

Missarum contemptus & abrogatio.

Nubunt Moniales aut profstant.

Horarum Canoniarum derisio.

Frigescit laicorum deuotio.

Processionum ac Letaniarum omisio.

Confunditur ordo statuum.

Bonorum operum uituperatio & neglectus.

Labitur omnis disciplina uitae.

Sacramentorum prophano.

Cadit reuerentia Magistratum.

Corporis et sanguinis Christi abnegatio.

Crescit odium in superiores.

Stulta quorundam rebaptisatio.

Increbescunt Seditioes.

Dei genitricis blasphama detractio.

Exhauriuntur Cellaria et Granaria.

Sanctorum, Coeliciuium, in honoratio.

Euertuntur Arces & Monasteria.

Reliquiarum proiectio.

Trucidantur infatuati Agri colae.

Imaginum sacrarum destructio.

Depauperantur Principes & Nobiles.

Ministrorum dei persecutio.

o 3 Eijciuntur

Consilium Io. Coc.

Efficiuntur boni Monachi et Moniales.	Populi uana deliteris sacris & fide contentio.
Expilantur Episcopi & Pres- byteri.	Dierum festorum malicio- sa uiolatio.
Decrescunt literarum stu- dia.	Ieiuniorum crapulosa trans- gressio.
Pereunt Vniuersitates & Gymnasia.	Carnium esus in Quadra- gesima.
Negliguntur libri ac sermo- nes ueterum.	Peregrinationum Confessio- numq; abolitio.
Seditiosis & hæreticis libris compleantur omnia.	Rituum ac Cerimoniarum ueterum irrisio.
Innumera fiunt & ui & fur- to sacrilegia.	Christus uersatur in ore, Dia- bolus in corde.

SCRIPTVM MOGVN.

tiz, Anno 1526.

50

# MISCELLANEO

RV M LIBRI PRIMI TR A.

*Status Quintus.*

EX DEFENSIONE DVCIS GEOR  
gij Teuthonica per Io. Cochleum, Aduersus Lutheri  
seditiosum & Calumniosum librum.

EX GERMANICO IN LATI  
num, De uerbo ad uerbum traducta  
quædam particula.



AMPLIUS SCRIBIT LV  
therus, sic dicens, Ita oportet Mundū  
Euangelio hoc Ignominie pallium  
induere, ut semper criminetur illud  
haud aliter quàm seditiosum, in obe  
diens & repugnans.

Ad hoc dico, Id fecisse quidem Paganicum aut Iudaicum  
mundū. Mundum uero Christianū didicisse à Christo aut  
eius Apostolis, Euangelium in summo habere honore, uer  
lut bonum nuncium Gratie dei, quod pauperibus spiri  
tu annunciatur, uelut uirtutem dei quam non erubescit  
Paulus: uelut uerbum uitæ, De quo per Esaiam ait do  
minus. Quomodo descendit Imber & nix de cælo & il  
luc ultra non reuertitur, sed inebriat terram & infundit es  
am, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & pag  
nem commedenti: sic erit uerbum meum quod egres  
dicitur

Quantus de  
betur Euang  
gelio honore  
Math. 11.

Ro. 7.

Esa. 55.

...  
...  
...  
...  
...

## Defensio Ducis Georgij.

dietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunq; uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Honoramus præterea illud, uelut nouum & æternum Testamentum, uelut legem charitatis & pacis, uelut doctrinã omnis discipline & uirtutis. Quapropter et audimus & pronunciamus illud religiosa cum honorificentia in Ecclesia, nudato stantes capite, Atq; etiam in Iudicijs proponimus illud iuraturis hominibus, uelut scripturam & testimonium ueritatis, per quod sane admonitos eos uolumus, ut nihil aliud quàm puram dicant ueritatem.

Abusio  
uangelij.

**E** Quod autem Lutherus Euangelium in doctrina deprauat, & in operibus eo ad inobedientiam omnemq; nequiciã abutitur, ac merum Latrocinij scriptum mendaciorumq; librum ex eo facit, hoc nobis merito dolet, Quia blasphemia est & crimen læsæ Maiestatis diuinæ diuiniqu; nominis, per quod Euangelium nostrum & apud Iudæos ac Turcas male audit contemptuq; habetur, & apud carnales homines cunctis sceleribus, uelut nequiciæ uelamen & pallium, prætextit. Vnde fit, ut nos hic summa cū ueritate possimus Lutheri eiusq; adiutoribus, complicibus, & Suermeris eum recitare textum, quem ipse ante annos Octo seditiosis recitandum præscripsit Agricolis, Per quem sane ipse rursus proprio condemnetur iudicio, et suo ipsius gladio iuguletur superbus & audax Goliath iste incircumcisus. In hæc scilicet uerba.

Tit. 3.  
1. Reg. 17.  
Luth. proprio gladio iugulatur.  
Matth. 22.

Triplicia peccata perq; horrenda imponunt sibi homines isti, quibus mortem & corporis aut animæ merentur multipliciter, Primum, q; Superioribus suis fidelitatem iurauerunt, & iureiurando promiserunt subiectionem & obedientiam, Quemadmodum præcipit Deus, ubi ait, Date Cæsari quæ sunt Cæsaris. Et Ro. 13. Vnusquisq; superioribus obediens

obediens esto, &c. Deinde, quod seditiones excitant, de-  
 prædantur ac diripiunt friuole Monasteria, quæ ad eos non  
 pertinent. Per quod sane uelut publici uiarum prædones &  
 latrones, uel dupliciter mortem tum corporis tum animæ  
 demeruerunt. Tertio, quod terribilia & horrenda scelera  
 ista obtegunt Euangelio, nominantes se Christianos fra-  
 tres, recipientes iuramenta aut homagia, atq; cogentes ui-  
 lios, ut secum huiusmodi scelerum participes fiant. Per quod  
 sane omnium maximi blasphematores & uiolatores Diui-  
 ni nominis fiunt, honorem in hoc deferentes & seruientes  
 Diabolo, sub prætextu Euangelij, Qua in re uel decies mor-  
 tem & corporis & animæ merentur, ut horrendius pecca-  
 tum ego nunquam uiderim &c.

Pro cunctis hisce sceleribus, quibus iam pridem dignus  
 morte Lutherus factus est, uult sanguinarius iste furcifer &  
 laudari & gratiarum actione dignus haberi, dicens.

Argo, si qua gratia de maledicto & nefario mun-  
 do promerenda esset, & ego Doctor Martinus alias  
 nihil boni docuissem aut fecissem, nisi quod sæcula-  
 re Regimen & dominium sic illustraui ac decorauit,  
 propter hanc unam tamen rem deberent mihi & gra-  
 tias agere & fauorem exhibere. Quandoquidem om-  
 nes pariter, etiam pessimi inimici mei bene sciunt,  
 quod talis intellectus de sæculari dominio, sub Papa  
 tu, non solum sub scamno delituit, uerum etiam sub  
 omnium foetidorum ac pediculosorum sacerdotum  
 Monachorumq; & mendicorum pedibus, ipsum  
 oportuit opprimi ac conculcari.

Ad hæc ita responderim, Etiã si inflatus iactator iste nihil

Mendax ias-  
 tantia.

Defensio Ducis Georgij

aliud mali aut docuisset aut fecisset, nisi quod seculare Regi-  
men & Dominium, tam nequiter ac scelerate obscurauit  
ac deturpauit, merito tamen iam pridem debebat in pulue-  
rem redigi, Vsq; adeo longe abest, quod etiã pessimi inimi-  
ci eius bene sciant, quam egregie ipse illud illustrauerit aut  
decorauerit. Manifestum est enim, & negari non potest,  
antequam coeperit scribere Lutherus, & seculare & Eccle-  
siasticum Regimen atq; dominium, simul cum suis subditis  
longe melius & habuerunt, & uixerunt ac gubernauerunt  
quam postea in omnibus ciuitatibus & dominijs, ubicunq;  
Lutheri doctrina admissa est, nullo penitus excepto. Quã  
igitur ex fructibus cognoscatur arbor, & ex opere suo ipse  
opifex, non opus est huic mendaci iactantiã multa reddere  
uerba.

Non tamen per hæc negauerim, Lutherum aliquando  
bonam quoq; doctrinam scripsisse, Totum uero permixtũ  
est atq; infectum fermento seditioso, adeo ut omnino cre-  
diderim, quod si bona eius de seculari dominatu dogma-  
ta in altera contra mala expenderentur lance, mala longe ac  
longe præponderatura esse bonis, quam longe molare saxũ  
præponderat sacco plumis pleno. Quemadmodum ego  
duobus in Capitulis Septicipitis Lutheri, nempe de obedi-  
entia erga potestates & de legibus Imperialibus clare ostendi.  
Verum Lutherus impudens & abnegatus Cucullifer, ni-  
hil curat, & semper ulterius iactitat, dicens.

Talem enim gloriam & honorem ego (per Dei  
gratiam) inde habeo, siue placeat siue displiceat Dia-  
bolo & omnibus squammis eius, quod à temporis  
bus usq; Apostolorum, Nullus doctorum aut scrip-  
torum, nullus Theologorum aut Iurisperitorum,  
tama

Vtrunq; Re-  
gimen à Lu-  
thero turba-  
tum.

Cocleus in  
Septicipite c.  
13. & 14.

tam præclare & egregie, sæcularium statuum consci-  
entias confirmauerit, instruxerit consolatusq; fuerit,  
atq; ego feci, per singularem Dei gratiam, hoc certis-  
sime scio.

RESPONSIO. Sapiens ait. Laudet te alienus & Prouer. 27.  
non os tuum. Extraneus, & non labia tua. Ego profecto ab  
eruditishominibus, qui Lutheri scripta legerūt, adhuc nū-  
quam audiui, à quopiam hanc ei tribui gloriam. Ipse multo  
adhuc plura iactitat, quæ fœdissima sunt mendacia. Quare  
millies certius & securius foret, Balaami A sinæ fidem habere  
re quam iactabundo mugientis huius Minotauri rictui.

Sic quoq; iactitat, Euangeliū suum lucidius atq; clarius  
esse quam fuerit Euangeliū tempore Apostolorū, Itē Ger-  
manos ante ipsum nunq; uerum habuisse Euāgeliū &c. At  
eiusmodi iactantia usq; adeo & stolidā & monstrosa, nusq;  
reperitur apud antiquos & graues autores. Ego uero peni-  
tus contrarium teneo, nō sane in despectum eius, sed ad Dei  
& ueritatis honorem, quemadmodū in corde & coram deo  
in consciētia mea teneo, Et dico, me omnino credere, quod  
à tempore Iudæ Scariothis, nullus hominum peiorem ha-  
buerit conscientiam quam Lutherus habet, nec ullū fuisse,  
qui conscientias sæculariū potestatum aut fœdius implica-  
uerit, aut grauius onerauerit, aut nequius seduxerit. Breuita-  
tis autem gratia refero me ad duo supra dicta Septicipitis  
Lutheri Capitula.

Merito igit̄ indicasset nobis, quinā librorū suorū tā præ-  
clara pro sæcularium Principum ac potestatum conscien-  
tijs proferāt. Certe optimi ex eis (si modo ullus est inter om-  
nes libros eius uere bonus) sunt hi duo, Vnus de decē præce-  
ptis, alter de bonis operibus. At si arbor ex fructib. cognosci  
debet

Luth. in Ser-  
mo. de destru-  
ctione Hieru-  
salem.

Hi duo libri  
scripti sunt  
anteq; aper-  
te rebellauit  
Luth. Anno  
1519.

## Defensio Ducis Georgij

debet, sicut Christus docet, Lutherus usq; adeo nullum profectū bonitatis inter Principes & Potestates ex utroq; libro comperit, ut eos postea longe magis quā antea, criminatus fuerit, maledixeritq; & coram Deo atq; hominibus reproba uerit atq; in infernū uelut Tyrannos protruserit. Quod autē eos longe post in uisitatione Saxonica iterum honorare iu- bet; id Magistro Philippo acceptum referre habet, qui id ipsum prius in Latina præscripserat uisitatione.

Liber iste æs-  
ditus fuit an-  
no domini  
1523.

Forſitan eum ſic iactitat librum ſuum, cuius Titulus eſt, De ſæculari poteſtate, uſq; adeo alte ſuper omnes Docto- res & ſcriptores. Quiſquis autem illum perlegerit, inueniet nullum librum aut ſeditioſiorem aut conſcientiæ ſæcularis poteſtatis grauiorem eſſe poſſe. In eo enim continentur ſe- quentes iſti, & pleriq; aliſj (quos breuitatis gratia prætereo) teneri placidiq; articuli quos tam alte iactitat ipſe.

## DICTA LVTHERI, EX LI- bro de Sæculari Potestate.

- I. **R**es supra modum stulta est, quando imperant, ut Ec-  
clesiæ, Patribus, Concilijsq; credatur, etiam si nullum  
ibi sit uerbum Dei, Apostoli Satanæ talia imperant, non  
Ecclesia.
- II. At multo adhuc stultius est, quando dicunt, quod Reges  
& Principes ac multitudo sic credunt.  
Sic tamen pergunt nunc Imperator noster & prudentes  
Principes, & eo se perducunt à Papa, Episcopisq; & So-  
phistis, à cæcis cæci, ut præcipiant subditis suis, credere absq;  
uero Dei, sicut ipsis placuerit, Et tamen Christiani (quod  
Deus auertat) Principes dici uolunt.

Cum

Cum igitur unuscuiusq; conscientia incumbat, quomodo IIII  
do credat aut non credat, & in hoc nihil subtrahitur secula-  
ri potestati, Debet ipsa quoq; pacifica esse, & suis intendere  
rebus, & permittere, ut unusquisq; credat sic uel sic, sicut scit  
& uult.

Verum si scire cupis, cur Deus permittat, sæcularem potestatem V.  
tam horrende impingere, Dicam tibi, Deus tradidit  
eos in reprobum sensum, & uult cum ipsis facere finem,  
perinde atq; cum Ecclesiasticis domicellis.

Seculares Domini deberent prouincias & homines gubernare VI.  
extrinsecus, hoc omittunt, Nihil amplius sciunt nisi  
se excoriare & deglubere, Teloneum unum super aliud,  
Decimam unam super aliam constituere, hic uersum, ibi lusu-  
m emittere.

Ad hæc, nullam fidelitatem nec ullam ueritatem apud ipsos VII.  
locum habere sinunt, & agunt ea, quæ uel raptores & ne-  
bulones agere non deceret. Et sæculare ipsorum regimen  
tam profunde iacet, quàm iacet Ecclesiasticorum Tyrannorum  
regimen.

Quare & ipsorum sensus peruertit Deus, ut preposterè VIII.  
gubernare incipiant, uolentes spiritualiter in animas sibi  
uendicare imperium, Quemadmodum illi uolunt sæculariter  
gubernare, ut confidenter imponant humeris suis pec-  
cata aliena, Dei & cunctorum hominum odium, donec in-  
tereant simul cum Episcopis, presbyteris & Monachis, ne-  
bulo unus cum altero.

Quando igitur Princeps aut sæcularis Potestas præcipit VIII.  
tibi, ut cum Papa sentias, ut sic uel sic credas, Aut præcipit  
tibi, ut libros abijcias, sic dicito. Non conuenit Lucifero,  
iuxta Deum sedere.

Dimitte modo furere fatuum, bene inueniet iudicem suum X.

Defensio Ducis Georgij

- um. Dico. n. tibi, si non contradixeris ei, & cesseris ei, ut uel fidem uel liberos tibi eripiat, profecto Deum negasti.
- XI. Tales enim Tyranni agunt, sicut debent Principes sæculares. Sæculares Principes existunt, Sæculum autē Deo inimicum est, Quare & ipsos facere oportet, quod sit Deo contrarium, sæculo placitum, Ut non fiant absq; honore, sed maneant Principes sæculares.
- XII. Quapropter mirari non debes, si contra Euangeliū furūt & delirant. Oportet eos & titulo & nomini suo satisfacere.
- XIII. Scire itaq; debes, q; ab initio Mundi admodum rara quis fuerit Princeps prudens, & adhuc multo rarior Princeps probus.
- XIIII. Sunt frequenter uel maximi fatui uel nequissimi nebulones super terram.
- XV. Quapropter omni tempore pessima quæq; de ipsis præsumenda sunt, & parum boni de ipsis expectandum est.
- XVI. Nam perpauci sunt Principes, qui non habeantur aut pro fatuis aut pro nebulonibus. In causa est, q; & exhibent se tales, & communis populus fit intelligens, ac Principum plaga (quam deus Contemptum uocat) potenter ingruit in plebē et communi populo.
- XVII. Non ferent, neq; possunt nec uolunt Tyrannidem perculantiaq; uestrā diutius perferre, o Principes & domini, Se cū dū hoc sciatis uos dirigere, deus nō uult amplius habere.
- XVIII. Non est nunc amplius talis mundus, qualis olim erat, quando uos homines uelut feras exagitabatis & uenabamini, Dimittite igitur uestram temeritatem & uim, & confydate, ut iure agatis.
- XIX. Quod si multum gladij uibrationem exercueritis, uidere ne ueniat aliquis, qui uos gladium recondere iubeat non in Dei nomine.

At dixeris, si ergo Inter Christianos nullus sæcularis gladius esse debet, quomodo igitur extrinsecus gubernabuntur? Nam & inter Christianos Potestatem manere oportet. Responso. Inter Christianos nec debet nec potest ulla esse potestas, sed unusquisq; alteri pariter subiectus est, Sicut Paulus ait Ro. 12. Unusquisq; teneat alterum pro suo superiore.

Hi & id genus complures articuli ( quos hic referre longum foret ) sunt præclara & alte iactata doctrina illa, supra omnes Doctores & scriptores, à tempore usq; Apostolorum, Quam Lutherus ad huius Electoris Saxonix Patrem scripsit, de qua sic gloriatur. Ego profecto non reciperem X. Milia aureorum, ut hunc in modum ad Duce[m] Georgium seditiose contra omnes Principes sæculares scriberem. Is enim adeo probus & honestus est, ut istud nequaquam permetteret. Esset enim horrendissimum scelus & Crimen læsæ Maiestatis, Tot Christianos Imperatores, Reges & Principes, qui & fuerunt & adhuc futurisunt, ita criminari ac condemnare. Neque tam simplex foret dominus meus Gratiolus, ut non notaret aut inteligeret, se quoque simul tangi, Cum & ipse sit sæcularis potestas, Qui proinde serio diciturus esset ad me. O seditiose Nebulo & nequissime proditor, existimas ne essem uel proditorem uel hostem Cæsaris, omniumque aliorum Regiū Principumq; & Dominorū, ut omnes illos auferis sub protectione mea criminari, calumniari, damnare, ac populo exosos reddere, ad perdendum & penitus extirpandum eos per seditiones? An non & ego sæcularis sum Princeps? Nunquid ob id mox fatuus aut prauus nebulosus & non Christianus existam?

Immo uero non Lipsiam, non Dresdam, ne totum quidem Mundū acciperem, ut sub hoc Principe tales in lucem ederem

At Paulus non ira habet, etiam iuxta Lutheri ipsius translationem.

Dux saxonix Georgius us non admisit seditiosa scripta.

Defensio Ducis Georgij

ederem articulos, præsertim ipsius nomini nuncupatos, quemadmodum Lutherus huius Electoris parenti tecit et inscripsit. Oporteret me profecto aut Albim epotare aut in puluerem exuri, etiam si doctior essem quàm uel Aristoteles uel Augustinus extitit.

Ro. 1.  
Dist. 83. c. Et  
ror.

Ne cæteri Principes possent ei exprobrare uulgare illud prouerbum, Consentiens est sicut faciens. Iuxta dictũ Diuini Pauli ad Romanos. Quoniam qui talia agunt, digni sũt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Quadere & sanctus Papa Innocentius. i. ante mille annos ita dixit. Negligere, cum possis perturbare, peruersos, nihil aliud est quàm fouere, Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Certe si Elector saxonix eo tempore seditiosa illa scripta Lutheri prohibuisset & suppressisset, possent adhuc hodie plerique seditiosorum rusticorum aut Suermerorum, qui occisi sunt, uiuere.

Lutherus uero non desistit à falsa gloriatione, & ait.

Quoniam neq; Augustinus neq; Ambrosius ( qui tamẽ hac in re optimi sunt ) mihi hic pares sunt. De hoc gloriator, & scio, huiusmodi gloriationem esse ueracem &c.

Ego uero multo certius scio, mendacem esse gloriatoris nemistam. Quemadmodum Lutherus ex proprijs suis uerbis & scriptis, iam commemoratis, conuincitur. Si quis multa ipsius seditiosa scripta uidere cupit, is duo perleget Capitula nostri septicipitis, ubi comperiet, Lutherum non solum concitare plebem in Principes, uerum etiam carere Iurisconsultos, & reprobare ius Ciuile, ac uelle, ut solũ secundum Euangelium & diuinam scripturam debeat gubernari

bernari. Quinetiam ausus est scribere, nō esse pulchrius Re-  
gimen sęculare quam Turcarum, qui tamen neq; Canoni-  
co neq; Ciuili iure utantur. Item, Omnes eos, qui leges ho-  
minum ad legem Dei superaddunt, esse certissime inimicos  
Dei & Apostolos Leuiathan & quicunq; eas acceptauer-  
int & seruauerint, eos esse discipulos Leuiathan &c. Ego  
autem longe potius teneo, Lutherum longe magis Leuia-  
than quā Christiaut Pauli Apostolū et discipulum esse. De  
Leuiathan enim ait scriptura. Ipse est rex super omnes filios  
superbię. Christus uero ait, Discite ā me, quia mitis sum &  
humilis corde. Et Paulus. Non plus sapere quam oportet,  
sed sapere ad sobrietatem. Quanta uero sit humilitas, immo  
superexcellens superbia Lutheri, unusquisq; uir prudens fa-  
cile considerat ex proprijs eius uerbis, dum proteruit, fero-  
cit, inuehitur, coniciatur, criminatur, maledictis & iniurijs  
afficit quoslibet alios, Seipsum uero impudentissimis & in-  
auditis gloriationibus laudat & extollit.

Luth. de Ca-  
ptiui. Baby.  
& ad Nobis  
litate Germ.  
Luth. in lib.  
de cōfess. ad  
Fran.  
Luth. discip-  
ulus Leuia-  
than.  
Iob. 41.  
Matth. 11.

Quando igitur ulterius ait, Admodum ridiculum &  
iocosum esse si Doctor Martinus arguatur seditio-  
sus, quoniam assint libri, testes ipsius, prę manibus,

Ad hac ego ita responderim, Fieri quidem potest, quod  
inter septem huius Monachi Capita, hęc tria, nēpe Doctor  
Martinus & uisitor, non admodum seditionis arguenda  
sint, Cæterum alia quatuor Capita, nempe Lutherus, Eccle-  
siastes, Suermenus & Barrabas, usq; adeo plena sunt et heres-  
eos & seditionis, ut ebulliat supra, De hoc refero me ad ip-  
sorum libros & uerba propria, & in hoc exponam corpus &  
uitam, ad probandum id ipsum iudicialiter ex proprijs eius  
testibus. Quid uult amplius?

Quod si iam ualde ridiculū & iocosum est ipsi (Quem-  
q; admodū

## Defensio Ducis Georgij

Non fuit se- admodum & in maxima seditione, posteaq̄ occisi fuerunt  
ditiosis ioc9 Rustici, ridebat & eum excucullata Moniali sua nuptias ce-  
in p̄lio. lebrabat) nequaq̄ tamē ridiculum erat aut iocus suis Apo-

Sitiens fan-  
guinis Luz-  
therus.

stolis & discipulis, Suermeris & Rusticis, quando Principes & Liga Sueuica in eos sagittas emittebant, equitantes irruerant, in fossas & flumina adigebant, punctim cæsimq̄ ferientes, atq̄ Lutheri nouas indulgentias ibi pmerebatur. Quod si ei, tanq̄ sceleratissimo & sitiētissimo sanguinis Carni, ridiculum est, & titillat eum uoluptas, quam ex tanta calamitate ac damno (tanquam uerus Diaboli Apostolus & hostis totius generis humani) accepit, Bonis tamen Christianis neq̄ ridiculū neq̄ iocosum est, quod unico huic maligno, petulanti, sanguinarioq̄ Apostata, tot seditiosilibus, permittuntur impune, tanquam Reuerendo deuoto fidelis delecto, Cuius Parricidale cor nusquam adhuc satiatum est tantis calamitatibus & sanguinis effusionibus, quæ intra XIII. aut XIII. annos per eius libros passim ubique contigerunt, donec & ipsos Principes excitet & contra se inuicem committat, unde uerum exurgat bellum prouinciale, & propter damnatum ac maledictum Euangelium ipsius tota Germania (uti iam pridem comminatus est) eat in ruinam.

Adhuc tamen nō desinit gloriari illotum os istud, donec propediem gloriando rumpatur, & ait.

Hic stat factum & opus, quod ego in proxima seditione unus eram, qui contra seditionem docebam & scribebam, antequam erumperet.

Primus pro  
rusticis liber  
Lutheri. Responso. Ego supra indicaui XX. articulos ex uno eius libello, qui clare conuincunt, mentiri hic Lutherum ac falso gloriari. Cuiusq̄ uero in his satisfactum non est, is le-

gat

gat primum eius libellum Rusticanum (ut seditiosa eius scri-  
pta contra duo Mandata Imperialia & contra sacrum Cas-  
nonem Missę taceam) et comperiet ibi, quod Lutherus non  
solum plebem ad tumultuādum excitauit, uerum etiam tu-  
multuantes Rusticos in proposita seditione contra Principes  
& dominos cōfortauit. Quemadmodum ex subsequen-  
tibus illius libelli articulis conijcere licet, ubi sic ait.

*DICTA LVTHERI SEDI-  
tiosa pro Rusticis Contra Principes.*

- P**rimum, nemini possum acceptum referre id tumultus I.  
tus & seditionis quā uobis Principibus & dominis, Luth. in exa  
præsertim uobis cæcis Episcopis & stolidis presbyteris ac hortatione  
Monachis. ad peccata. II.
- Quod adhuc hodie obstinati non cessatis insanire ac fur- III.  
rere contra sanctum Euangelium, tamen si sciatis, illud rectū  
esse, neque reprobare possitis.
- Præterea in sæculari regimine nihil amplius facitis, nisi III.  
quod exoriatis & exactionibus affligitis, ad sustinendam  
pompa & petulantiam uestram, donec pauper & commu-  
nis populus diutius perferre nec scit nec potest.
- Gladius incumbit iam ceruicibus uestris, adhuc in puz IIII.  
tatis, uos tā firmiter in Sella sedere, quod non possitis eijci,
- Talis securitas & obstinata præsumptio, frangit uobis col- V.  
lum, id uidebitis.
- Ad hoc luctamini, & uultis in Caput feriri, hic nulla iu- VI.  
uat admonitio nec ulla exhortatio.
- Quum igitur sitis Causa huiusmodi iræ Dei pro VII.  
culdubio

Defensio Ducis Georgij.

cul dubio super uos quoq; exhibit, si adhuc non emendaueritis uos cum tempore.

VIII. Ostenta in cœlo et monstra super terram portendunt uobis, boni Domini, nihil boni significat uobis, neq; boni quicquam uobis contingeret.

IX. Hoc enim scire debetis, boni domini, Deus ita procurat, quod neq; possunt, neq; uolunt neq; debent Tyrannidem uestram diutius tolerare.

X. Oportet uos alios fieri & iræ dei cedere, Si non feceritis per amicabilem & uoluntarium modum, Oportebit uos facere per uiolentiam & exitabilem deformitatem.

XI. Si non fecerint Rustici isti, alios facere oportebat, Et si omnes profligaretis, adhuc tamen improfligati existunt, Deus alios excitabat. Ipse enim uult profligare uos & profligabit uos.

XII. Non sunt Rustici, boni domini, qui sese uobis opponunt, Deus ipse est qui se cōtra uos ponit, ad uisitandam uestram Tyrannidem, &c.

Proditoria  
practica Lutheri.

An non sunt proditoria uerba hæc uirulenti Principum hostis? Quonam modo potuisset illo tempore magis proditorie practicare? Existimo enim non esse perniciosiores Regum ac Principum proditores ipsi Capitaneis, qui oculis tecum hostibus consentiunt. Et quando iam conferendæ sunt manus, ipsi per mendacia Dominum suum reddunt pusillanimum, & exercitum meticulosum, ne uiriliter pugnet, aut omnino in fugam uertunt. Lutheri autem archiproditio adhuc multo peior erat, & longe maiora damna fecisset, nisi Deus singulari gratia & misericordia à sanguinarij Parricidæ proditione Principes conseruasset. Lutherus enim eiusmodi uerba in Publicum aedebat generaliter

neraliter ad amicos & ad hostes, ad terrendum Principes simul cum populis suis ( si enim credidissent ei, cum diceret, Deus ita procurat, qui uult profligare uos & profligabit uos, Non sunt Rustici, qui sese uobis opponunt, Deus ipse est &c. cor nimirum & animus concidisset eis ad pugnandum contra Deum ) & ad confortandum per hæc Rusticos animosofq; reddendos, tanquàm esset ibi Deus pro ipsis & contra Principes, Deus enim uel per unum Angelum aut hominem multa Milia interficere potest, uti scriptura testatur.

Rex Saul erat profecto fortis & animosus Princeps ( de quo Samuel ad omnem populum dixerat, Videtis quem elegerit dominus q; nullus ei similis est in toto populo, Erat enim tam proceræ staturæ, ut ab humeris sursum emineret super omnem populum ) erat item bellicosus & uictoriosus in expeditionibus & prælijs Imperator, Vbi uero Samuel ( à morte suscitatus ) dixit ei Quid interrogas me, cum dominus recesserit à te, & transferit ad æmulum tuum? faciet enim tibi dominus sicut locutus est in manu mea, quia non obedisti uoci domini, neq; fecisti iram furoris eius in Amelech, Idcirco quod pateris, fecit tibi dominus hodie, & dabit dominus etiam Israel tecum in manus Philistijm, Cras autem tu & filij tui mecum eritis, sed & Castra Israel tradet dominus in manus Philistijm, Statimque Saul cecidit porrectus in terram, Extimuerat enim uerba Samuelis, & robur non erat in eo. Ita & hic conijcere licet, q; iste scripturæ peritus uoluerit Principes nostros simili modo terrere pusillanimesque ac imbecilles reddere, quando scribebat, Deum esse & contra ipsos & cum Rusticis &c.

Dicat de Thoma Muncero Lutherus, quicquid lubet,

## Defensio Ducis Georgij

**Lutherus se,** Mortuus est ille, & de seditione doluit, confessus est iniqui-  
**ditiosior q̄** tatem suam & supplicium accepit. Ego uero decies malle-  
**Muncerus.** reperiri in altero seculo apud Muncerum quàm apud Luthe-  
 rum, si usq; ad mortem in scelere suo perseverauerit, Et ausim  
 pro ueste aliqua inire certamen cum quopiam, quod ego ex  
 Lutheri libris plura queam proferre dogmata seditiosa  
 quàm ille queat ex libris Munceri. Sed & istud omnino tea-  
 neo, quod non fuisset factus seditiosus Muncerus, si non  
 prius scripssisset seditiose Lutherus, Vi merito timere de-  
 beat Lutherus, ne Muncerus & fistulator simul cum uniu-  
 uersis turmis & complicibus suis, in extremo iudicio, cor-  
 ram deo & omnibus Angelis eius, etiam coram toto Mun-  
 do, uindictam aduersus eum clamaturi sint.

Et Lutherus ( si non uult in pace & requie dimittere,  
 mortuos ) merito hic parere deberet Electori Saxonie  
 Domino suo, Cum satis constet, quod is Muncerum tol-  
 lerauerit in Alstet, & fistulatorem promouerit ac miserit in  
 Milhusen. Quemadmodum audire ipsum oportuit Au-  
 gustæ, à Clementi Domino meo Duce Georgio, quan-  
 do ægre ferebat, quod Doctor Eckius seditionis argue-  
 bat Lutherum. Sed & hoc constat, quod Dux Georgius  
 ante seditionem, fideliter admonuerit Electorem Saxonie,  
 Patruelem suum, ut à Muncero caueret sibi, ac rogauerit,  
 ut eum ab Alstet amoueret, Muncerus enim tunc similem  
 ludebat ludum cum ciuibus Domini mei in Sangerhusen,  
 qualem nunc ludit cum Lipsensibus Lutherus.

**Mendacissi-** Quod autem deploratus Nugo gloriatur Casarem, Reo-  
**mus nugo** gem, Principes, Episcopos, atq; adeo totum Imperium Ro-  
**Lutherus.** manum Augustæ confessos fuisse & confiteri oportuisse, q̄  
 Lutheri doctrina non sit seditiosa, sed maxime aduersus se-  
 ditiones depugnet, hoc usq; adeo manifestum est mendacis-  
 um,

um, ut nulla egeat redargutione, Cū Lutherus ipse tam uehementer & seditiose scripserit contra Comitā illa in Teutonica sua admonitione, & in Glosa sua, atq; etiam in hoc ipso suo libello famoso. Constat item, Magistrum Philippum non Lutherum, & composuisse, & in lucem edidisse tū Confessionem tum Apologiam Lutheranorum, In quibus sane multo modestius scripsit quā scit aut solet Lutherus. Probe & hoc constat, q̄ in Recessu Augustensi repetitum renouatumq; ac denuo confirmatū fuerit Edictum Vormaciense, In quo clare habet, q̄ Lutherus nihil ferme aliud scribat, quod nō tendat ac seruiat ad seditiones ad schismata, ad bella, ad homicidia, ad depopulationes, ad incēdia, & ad omnimodam defectionem à fide Christiana. Ex his bene potest Lutherus uidere & audire ( si modo habeat oculos ad uisendum & aures ad audiendum ) immo palpare & tangere, si oculos & aures perdidit, q̄ gloriatio sua falsa, & os atq; cor eius mendacijs plenum est, adeo, ut pene nihil aliud quā mendacium sit ipse totus.

In consimili ueritate, immo manifesto mendacio iactat sese solida & Suermerica hæc Cynomia, nequam Lutherus, q̄ ipse per suam doctrinam quater aut quinque melius contra seditiones pugnauerit, quā dux Georgius per gladium pugnare potuerit.

Quisquis autem supra recitatos eius articulos & libros recte inspexerit, is confestim intelliget, frivolum hunc Blateronem minus erubescere ad mentiendum quā ullus faciat mimus aut histrio. Si enim Dux Georgius eo tempore non plus contra seditiosos Rusticos fecisset quā fecerunt Lutherus & Elector Saxonie, timendū certe fuisset, ne Rustici totā Saxoniam, Turigiāq; et Misniam deuastassent, prædisq; & incendijs grassaturi fuissent. Quare & hoc foedū est

Omni histri-  
one impudē  
tior Luth.

## Defensio Ducis Georgij

est & putidum mendacium eius, dum scribit, quod Dux Georgius imputet ipsi confictam seditionis culpam, ex invidia & odio, contra propriam conscientiam suam. Nam ex supra commemoratis articulis uel simplex Rusticus certissime cognoscere potest, quod Lutherus seditionis culpa non uacet, & quod merito plecti debeat, iuxta tenorem proprii sui iudicii, uelut teterrimus tumultuator & seditiosus  
Nebulo.

SCRIPTA DRESDAE  
Mense Maio. 1534.

# MISCELLANEO

RV M LIBRI PRIMI TRA.

*clatus Sextus.*

DIALOGVS IOAN. COCHLAEI DE  
tollenda in Fide & Religione discordia per Con-  
cilium Generale.

Interlocuto- } Pateus qui uelut mediator pacē inter discor-  
res Tres. } dantes componere quærit.  
Petreius qui Petri fidem & Ecclesiam con-  
tra hæreticos tuetur.  
Arenius, qui Lutheri sectam, quæ super are-  
nam fundata est, defendit.

DE TOLLENDÆ IN FIDE  
& Religione inter Germanos discordia.  
Caput I.



**P**ACEVS, Bone Deus, quam sæuum & hostile malum est discordia mentium in religione, Heu nimis uerū est nobis Germanis illud Salustij, Concordia res parue crescunt, discordia magnæ dilabuntur. Quanta bona inuexit Germaniæ Christiana religio.

Ante annos DCCC. quando maiores nostri in paganismo Idolis seruibant, nullas habebant urbes muratas, nullas literas, nullas leges ciuiles. Posteaquam uero à Sede Apostolica missi fuerūt in Germaniã, ad euangelizandum Christum gentibus, sancti ac eruditi uiri, Kis-  
lianus

Dialogus Io. Cochlaei

ilianus, Bonifacius, Burcardus, Ruptus, Vuilbaldus, Vuil-  
 libordus, & id genus alij, tunc certe coeperunt in finibus no-  
 stris edificari urbes, muniri arces, extrui templa, fundari Cle-  
 ricorum Collegia, Monachorum Coenobia, uirginumq; sa-  
 crarum Monasteria, ut in Ihs iugiter & laudaretur Deus ue-  
 nus & uerus, & supplicaretur pro populo fideli die ac nocte  
 Nemo fiebat pijs in cultum Dei donationibus pauperior,  
 Quanto plus donabatur deuotis Deo ministris, tanto ma-  
 iorem rependebat Deus omnium rerum abundantiam, Quae  
 admodum per prophetam quendam promiserat, dicens. In-  
 ferte omnem decimam in horreum meum, ut sit cibus in  
 domo mea, & probate me, si non aperuero uobis catarrhas  
 coeli, & effudero uobis benedictionem usq; ad abundan-  
 tiam. Creuit igitur Germania in pacifica Christi religione  
 usq; ad summum rerum humanarum fastigium, ut etiam  
 sceptrum & gloria Romani Imperij (quo nullum fuit in ter-  
 ris neque maius neq; potentius neq; clarius) ad Germanos  
 transierit. Et in supremo isto rerum & dignitatum culmine  
 immutabiliter stetit D C. annis patria nostra, Ut non im-  
 merito, dum omnia ea bona Christi (qui in Euangelio suo  
 promittit palam pro eiusmodi ad pias causas donationibus  
 & in tempore hoc Centuplum, & in futuro saeculo uitam  
 aeternam) accepta referret, dicere potuerit de fidei Christia-  
 nae uera sapientia. Venerunt mihi omnia bona pariter cum  
 illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Nunc uero,  
 posteaquam intra XV. annos turbata est per haereses fides  
 & religio patrum nostrorum, nonne protinus omnia illa  
 bona nobis aut dilapsa perierunt omnino, aut sic diminuta  
 sunt et obscurata, ut difficillimum sit, ea in pristinum floris  
 et splendoris sui statum reduci? PETREIVS. Quid  
 Paceus queritur secum ita tristis? quid ita suspirat, altoq;  
 erabit

Malach. 3.

Ro. Imperium  
 ad Germanos  
 nos translatum.

Matth. 19.  
 Mar. 10.

Sap. 7.

trahit gemitus: quid sic complicat manus, & oculos in cœ-  
 lum attollit: Accedam ergo, & hominem, natura lætum as-  
 lioqui & benignum, exhilarandi gratia compellabo. Salue  
 Pacee Dominus tecū, P A, Et cum spiritu tuo. P E. Quid  
 solito tristior est nunc uultus tuus: Num omnia recte non  
 habent: P A. Quid recte, in tanta & rerum turbatione & a-  
 nimorum discordia: P E. Ita exigunt peccata nostra publi-  
 cam hanc tribulationē nostram. Quoniam omne caput (ut  
 ait propheta) languidum est, & ita uiuimus in delicijs et pec-  
 catis, ut à planta pedis usq; ad uerticem, non sit sanitas in no-  
 bis. Sed bono precor sis animo, Nam, ut ait Apostolus, O-  
 portet hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in  
 nobis. P A. Quis autem ex tanto numero altercantium in-  
 ter sese, publice atq; priuatim, totq; in uulgus edentium tum  
 sermones tum libros contentiosos, facile discernat, aut ma-  
 nifestum faciat, utri sint probati: Quis tantarum tamq; sub-  
 limium rerum, de quibus tam acriter disceptant, Idoneus in  
 hoc mundo iudex erit: dum omnes quæ sua sunt quærunt,  
 non quæ Iesu Christi, et mundi sequuntur illecebras. Quo-  
 tus enim quisq; est, qui uere cum Paulo dicere queat, Per  
 Christum mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo: Nun-  
 quid animalis homo percipit ea quæ sunt spiritus Dei: Si  
 mundus odit Christum & eos qui Christum uere sequun-  
 tur, quos ipse de mūdo elegit, Quomodo isti, quæso, qui des-  
 licijs mundi non modo student sed penitus etiam immer-  
 sunt, recte iudicabunt, utri contententium sint uere in Chri-  
 sto probati: P E. Habēt (ut ait Dominus) Moysen & Pro-  
 phetas, audiant illos. P A C E V S. Scio quidem ac firmè  
 ter credo, Quæcunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta  
 & à spiritu ueritatis (qui nec fallit nec fallitur) sanctis Dei  
 hoib; inspirata esse, Quandoq; et ipse dñs ait in Euāgelio

Esa. 1.

1. Cor. 11.

Iudex Con-  
trouersiarū  
in fide.

Phil. 2.

Gal. 6.

1. Cor. 2.

Ioh. 15.

Luc. 16.

Romā. 15.

2. Pet. 1.

Matth. 5.

Dialógus Ioan. Coch.

2. Pet. 3.

Amen dico uobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum aut apex unus non præteribit à lege, donec omnia fiant. Verum tamen sicut in Epistolis Pauli, ita & in alijs scripturis sanctis, multa sunt intellectu difficilia, quæ indocti & infribiles deprauant ad suam ipsorum perditionem. Etenim nõ

Diuersi sensus scripture

ignoras Petrei, in quam multos & diuersos sensus & sectas tempore hoc nostro, distracta sint uarijs opinantium interpretationibus, hæc clarissima alioqui uerba Christi. H O C

Luth. lib. 1. contra Zuin-  
glium.

EST CORPVS MEVM, Certe Lutherus ipse, haru in fide & religione discordiarum fons & origo, ante annos VIII. falsus & conquestus est, Ea uerba à diuersis sectis in decẽ diuersos sensus & expositiones reprobas distorta fuisse, Quibus & ipse nouam adijcit, dum ait, Hoc, id est, Hic panis est corpus meum. Quantis uero interim contentioibus & uerbo et scripto, super his uerbis frustra, inno perniciose, inter sese decertarunt: & nullus adhuc disputationu finis est.

Iudiciu summi sacerdotis.

Quis igitur hic mihi dicat aut indicet, que nam sectaru rectius ista Christi uerba interpretetur. PE. Huic difficultati fati prospectu est, bone Patee, autoritate utriusq Testa-

Deut. 17.

menti. In ueteri enim sic habetur cautum diuinitus, Si difficile & ambiguu apud te iudicium esse, prospexeris, & iudicium intra portas tuas uideris uerba uariari, Surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, ueniesq ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresq ab eis, qui indicabunt tibi iudicij ueritatem. In nouo autem Testamento ait ipse Christus dominus noster, ad Beatum Petrum, primum Sedis Apostolicæ Antistitem et Ro. Ecclesie Episcopu, Tu es Petrus, et sup hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et porte inferi nõ præualebunt aduersus eam, Tibi dabo claues regni cœlorum. Ego rogau pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando con-

Autoritas Petri.  
Matth. 16.

uersus

conuersus confirma fratres tuos, Tu qui me plus his diligis Ioh. 21.  
 pafce oues meas, pafce agnos meos.

Ex his itaq; diuinæ scripturæ locis facile intelligis, q̄ in  
 huiusmodi contentionibus, ubi eadem scripturæ uerba à di-  
 uersis diuersimode interpretantur, si debeat esse ullus con-  
 tentionum finis, necessario recurrendum sit ad Sedis Apo-  
 stolicæ iudicium. Quemadmodum tota Ecclesia per annos  
 iam M. D. hactenus obseruauit. Petro enim & successori-  
 bus eius in sede Apostolica, datæ sunt clauesscientiæ & po-  
 testatis ac supremum in Ecclesia iudicandi tribunal, uti om-  
 nia confitentur Concilia sacra & Generalia. P. A. At apud  
 nouas nostri temporis sectas, nihil est uel odiosius uel con-  
 temptius nomine Papæ aut Ro. Pont. Quomodo igitur  
 ad eum recurrent, eiusue acquiescent iudicio? P. E. Quam  
 uis in hoc grauer peccent & inique agant, uelut oues erran-  
 tes, quæ non audiunt dicto sui pastoris, incurrentes per  
 hanc inobedientiam, & scelus Idolatriæ, ut ait Samuel, &  
 crimen læsæ Maiestatis, Euangelij legumq; Imperialium &  
 sacrorum Canonũ, Attamen adhuc alia restat eis uia per qui-  
 rendæ ueritatis iudicij ac determinandæ quæstionis, circa  
 quam digladiantur & dubitant. P. A. Quæ est uia alia, præ-  
 ter scripturam & supræmum scripturæ Interpretem, cui cla-  
 ues dedit Christus? P. E. Quamquàm indigni sunt, ut aus-  
 dianur, qui supremum Ecclesiæ tribunal audire contem-  
 nunt, Ne tamen infinitam plebis multitudinem per obsti-  
 natam contumaciam suam in æternam damnationis uoras  
 ginem secum rapiant, aliam eis monstrabo & aperiam ex E-  
 uangelio uiam, per quam contentionibus suis finem statues-  
 requæant. P. A. Si ex Euangelio uiam aliam ostenderis, nõ  
 arbitror eos illam declinatuos esse, Quandoquidem præ-  
 alijs de Euangelio sese iactitant, & Euangelici dici uolunt,

Clauesscientiæ & potestatis.

Ioh. 10.  
 1. Reg. 15.  
 C. de sum-  
 matrini. L.  
 1. & L. Nos  
 reddentes.

Dialogus Io. Coc.

Sed ecce oportune uenit huc Arenius, qui Lutheri sectę in  
pendio fauet, Hunc igitur accersamus, priusquã de uia illa  
la differas. P E. non grauabor cum illo quoque amice, ut te  
cum, super his rebus colloqui, modo pacifice id fieri queat.  
P A. fiet, spero, Nõ enim raro de ijsce dissensionibus amice  
mecum fabulatur. Ades huc Areni, commode profecto ad  
uenis, salue. ARENIVS. Saluete & uos, amici, Quid rei  
est, aut quid noui habetis? P A. Scio, Areni, tibi quoq; dis  
plicere diuturnas istas in fide & religione contentiones, ex  
quibus misere Germania tot clades & calamitates accepit,  
Nunc antequã aduenires, aliquandiu confabulatus sum  
cum Petreio nostro, ad inquirendam uiam aliquam cõmo  
dam, per quam possint dissidia illa componi, scandalaq; to  
li. Scio quidem tibi mecũ communem esse querelam de uas  
ria scripturę interpretatatione, dum diuersę partes eandem  
scripturam in diuersas trahunt sententias, Neq; ignoro, tibi  
tuiscq; non placere ut super ijs determinandis Ro. Pontificis  
antiquo more iudicium requiratur. At aliam mihi ex Euan  
gelio uiam promittit Petreius, quam te non inuitum audis  
turũ esse opinor, qui tantopere in Euangelio confidis. AR.  
libenter profecto audiam, quicumq; ex Euangelio me doce  
re uoluerit, Tantum abest, ut Petreium, ueterem familiarem  
& amicum nostrum, audire de Euãgelio recusem. P A. Tu  
um est igitur Petrei, iam dicere, ut promisisti. P E. Quando  
quidem ita uultis, obsequar amicis, Deumq; precor, ut ad  
uerba ueritatis habeatis aures audiendi.

Etenim ipsa ueritas in Euãgelio sic ait. Vbi sunt duo uel  
tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ, Quis  
autem dubitet, in legitimo Concilio congregari Christi fide  
deles in nomine Christi: Si ergo in medio eorum ueritas ip  
sa est, nulla profecto falsitas ibi locum habere poterit. Meo  
rito

Autoritas  
Concilij.  
Mat. 18.

rito igitur in diffensionibus magnis acquiescendum est sensu  
 tertia Generalis Concilij, in cuius medio Christus est, & est uia  
 ueritas & uita. AR. Admitto quidem, quod Christus sit in meo  
 dio suorū fidelium, qui ueri Christiani sunt, sed minime con- Ioh. 14.  
 cedo tibi, quod sit in medio hypocritarum, Papæ, Cardinaliū, et  
 Episcoporum, ac Sophistarū, qui solent in Concilijs primas  
 sibi arrogare partes. De illis, n. fideliter admonet nos ipse do-  
 minus in Euangelio, ut ab eis caueamus, dicens, Attendite a  
 falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium  
 &c. Per hoc, n. Euangelium subuertit dominus funditus ac  
 radicitus Papatū & omnia Concilia (ut ait Luther, noster)

Quia non tenemur seruare quod Papa precipit & hoies con- Luth. In po-  
 stituunt. PE. Bona uerba quæso, Areni, Si dominus per istud stilla. Attens  
 a te productum Euangelium funditus ac radicitus subuer- dite a falsis,

tit (ut ais) Papatum et omnia Concilia, Quō igitur tot res Lutheri in  
 tro seculis per años M. D. cū Euangelio ista steterunt: PA. doctrina in  
 Non uideat mihi uel æquū uel oportunū Areni, ut istud Lu- constantia.

dictum huc afferas, Si, n. uerum esset, quod ille dixit, ridicu-  
 lum fuisset Illustrissimo Principi Electori Saxonie suis cum  
 confœderatis, toties futurū appellare Concilium, in oibus  
 fere Cōuentibus & Comicijs Imperialibus, AR: Certe Lu-  
 therus constanter ibi affirmat, quod mentiri oporteat uel Euan-  
 gelium istud, uel Papam simul cum Concilijs, PA, Parum  
 constanter affirmat hoc dictum Lutherus, qui contrarium

sepius asseruit. Meminisse, n. potes, Ipsummet longe aliter Vide Septis  
 tum de Papa, tum de Concilijs & sensisse & scripsisse, in ple- cipitem c. 39.  
 risque libris suis, maxime uero in suis Resolutionibus, p. quas it. 54.

Orbi primū innotuit. Proinde Cum cœperimus amice col-  
 loqui de inuenienda uia, qua tolli queant istæ in fide & res-  
 ligatione apud nos Germanos obortæ controuersie, non  
 decet, Areni, neque expedit, ut turbulenta Lutheri  
 scripta

Dialogus Io. Coc.

Lutheri scripta in medium producas. Nosti sane, quàm male audiat ab aduersarijs, propter suam in sententijs uariationem & inconstantiam.

Verba Lutheri contra sectas.

Noli igitur ea proponere, quæ ad turbandam pacem & unitatem Ecclesiæ ab eo scripta simpliciter, Sed ea potius (si omnino eius meminisse iuuet & de eo mentionem facere relibeat) quæ contra Barbaras Suermerorū & Anabaptistarum insanias edidit, quæcumq; ad redintegrandam Ecclesiæ pacem conducere uidebuntur A R. Quamuis in illos multa scripserit Lutherus, per ea tamen non iustificauit Pa-

Luth. lib. 1. contra Zuinglium.

pam & Concilia, P A. Propiora tamen ad pacem ibi proposuit. In Suermeros enim scribens, fatetur, eiusmodi contro- uersias, In quibus scriptura sacra à diuersis sectis in diuersos trahitur sensus, tolli non posse nisi autoritate ac determina- tione Concilij, In Anabaptistas uero inuehens, multa ultro

Verba Lutheri contra Anabap.

tribuit Papatui, quæ si tu quoq; tribueris, spes est, nos collo- quio isto ad uiam pacis & concordie peruenturos esse. A R. Quæ sunt illa? P A. Tametsi te legisse non ambigo, recitare tamen non piget. Nos autem fatemur (inquit) sub Papatu plurimum esse boni Christiani, immo omne bonum Christianum, atq; etiã illinc ad nos peruenisse. Quippe fatemur in Papatu ueram esse scripturam sacram, uerum baptis- ma, uerum sacramentum altaris, ueras clauas ad remissionem peccatorum, uerum predicandi officium, uerum Catechismũ, ut sunt Oratio dominica, X. præcepta, Articuli fidei. Dico insuper (inquit) esse sub Papa ueram Christianitatem, immo uerum nucleum Christianitatis. Qualia uero bona in Lutherismo sint, Lutherus ipse multis querelis et in uisitacione saxonica, & in plerisque libris & sermonibus suis palam facit, Ego tibi pauca hic referam, quæ ante paucos menses, uir quidam haud indoctus, ad Lutheri propugnato-

gnatorem præcipuū, Philippum Melancthonem, priuatim scripsisse fertur.

Experior (inquit) indies mi Philippe, sicut in magno corpore semper aliquid est, quod querelam afferat, & mendicantis manum requirat, ita esse in Ecclesia, magna domo & regno. Antequam Christum, teste Augustino, hæreses fuerunt 28. Aetas Augustini habuit longe plures, hoc est, 128. Siquis huius nostri fermentati sæculi errores numeret de fide Trinitatis, Baptismo, Pœnitentia, homine Christo, Christo Deo, sacramētis &c. fere totidem inueniat. Vt ego pro mea tenuitate soleam perpetuo in ore habere Polycarpi illud dictum. O Deus, in quæ tempora nos posuisti. Olim, q̄s timor Dei nō cohercebat, cohercebant Synodi. Multis annis nullam salutarem Synodum habuit Ecclesia. Et tamen morbi horum temporum uere exposcerent medelam, quemadmodum multum est passim querelæ & mali. Excutitur à plerisque iugum hominum, paucissimi se submittunt iugo Christi. Sathan callidus fuit, huc multos agit, ut dum summa inconstantia iam hoc iam illud credunt, posthac nihil prorsus credant, & euadant in populum Aſotorum. Et infra. Certe omnia plena periculisunt, & neglectus religionis uere, honestarum disciplinarū, cum primis Theologiæ. Ex studiosis rarissimus inuenitur, qui se parabilem præbeat, ut *ἰδὲ αὐτίκως* euadat. Adeo omnes horrent hanc professionem, & causantur hoc dissidium, Vt nesciam, quales posteritas sit habitura uerbi præcones. Papatus reiſcitur, Christo non dantur nomina. Iuuentus fere nihil Dei habet. Ablata aut contempta confessione, Catechismus non exercetur. Istis malis omnibus, si nos iungeremus dextras, & in domino cōspiraremus, posset præsentissimum aliquod Pharmakum exhiberi, mutuis auxilijs firmarētur omnia redigerentur

Ex Epistola  
Hedionis.

Mala huius  
temporis.

Dialogus Ioan. Cochläi

tur in ordinem confusa. Hæc & id genus plura, uir ille discretus, qui cum aliquot annis fuisset Lutheranus, ad Zuingliū postea defecit. In qua secta adhuc misere computrescit. Ex uerbis tamen eius facile intelligis, ipsum quoq; concordiā auidum esse, Quem & huic interesse colloquio peruelim.

P E. Ex his cōsideres rogo, Areni, quanto periculosius sit, stare à parte uel Zuinglij uel Lutheri uel cuiuslibet alterius sectæ, quam remanere sub Papatu, sicut permanserunt sub eo Maiores nostri. Maxima nimirum peccatorum moles ceruices & conscientiam Lutheri (cuius defectio prima fuit radix & scaturigo omnium eiusmodi malorum) grauiter premit, Ex cuius manibus Deus in nouissimis, tot animarum per hoc dissidium perditarum milia seuerissime requireret, quarum sanguis incessabilem in illum uindictā de abyssos clamat. AR. De anima sua uiderit ipse Lutherus. Ego puram Euangelij doctrinam, quam ipse primus Orbis aperuit ac dedit, relinquere non possum. P E. Ita ne aperuit ac dedit? AR. Ita sane, ut nunquam clarius ab ullo prædicatum aut interpretatum fuerit, Euangelium Christi, ne Apostolorum quidem temporibus, uti Lutherus ipse in Domino gloriatur. P E. Non in domino, sed in patre mendaciū sic gloriatur. Omnis enim arbor ex fructibus suis cognoscitur. Quales uero sint Lutherici Euangelij fructus, iam audisti, Quales autem fuerint fructus ueri Euangelij, tempore Apostolorum & Martyrum Christi, ex actibus Apostolorum, & ex Epistolis Pauli, atq; ex historia Ecclesiastica liquido cognoscimus. P A. Comparationes sunt (ut uulgo dicitur) odiosæ, Ommissis igitur illis, ad propositum potius de inuenienda concordiā uia, utili & amica confabulatione reuertamur.

Quam periculosum est, à Papa deficere.

Luth. in sermo. de destructione Hierusalem. Matth. 7. & 12.

## DE CELEBRANDO CON-

cilio Generali. Cap. II.

**P**E. Dico igitur tibi Areni, & per te omnibus Lutheranis, Zuinglianis, Anabaptistis, & cuiuslibet secte noue uel autoribus uel sequacibus, Quoniam ex eisdem scripturae sacrae uerbis, diuersos elicitis & affingitis sensus. Et sedis Apostolicae iudicium & cognitionem non solum renuitis, uerum etiam contemnitis et blasphematis, Necessarium profecto est, si litium uestrarum ullus debet esse finis, totius Ecclesiae (quam uniuersale Concilium repraesentat) iudicium requiratis, eique reuerenter ac tranquille acquiescatis. **ARENIVS.** Non abnuo, Petrei, Synodi Oecumenicae cognitionem et iudicium uobiscum petere ac quaerere, eique iusticiam causae nostrae submittere diiudicandam, si modo sic fieri queat, ut in tali examine, non hominum traditiones et commenta, sed diuinae scripturae oracula (quae nunquam fallunt) iudicium uice habeant. Si enim in causa fidei hominum iudicia, uelut articulos fidei receperimus, semper timorem ac dubitationem instillabit mentibus nostris breue illud Psalmistae uerbum, Omnis homo mendax. **P**E. Iam supra dixi ex Euangelio certissimam Christi promissionem, qua pollicetur, se in medio eorum fore, qui congregantur in nomine eius. Si ergo Euangelicus es, uti gloriantur sectae tuae homines, Cur de Euangelio hoc dubitas? Cur ei non firmiter credis? **A**R. Non dubito de uerbis Christi, sed de illis hominibus, qui Concilio uel praesente uel interesse uolunt, quos non arbitror in nomine Christi congregari. **P**E. Quinam sunt istiusmodi? **A**R. si pacem tua dicere queam, dicam tibi candide ac ingenue, sicut in corde sentio. **P**E. T. audiam a quo animo, modo id facias absque contumeliis & blasphemis. **A**R. E. absint a familiari colloquio haec uicia. In quo

Concilij iudicio acquiescere oportet.

Psalm. 117.  
Match. 18.

ueritas nuda & concordia salutaris, atq; pax Ecclesiæ ab omnibus desyderata quæritur.

Lux Cleri.

Primum igitur attende & expende mecum, Petrei, Num Christus uelit aut possit in medio esse illorum, qui cum sint statu & ordine homines Ecclesiastici, luxu deliciarum, uesti umq; splendore et reliquo externæ pompe apparatu, quosuis seculares Principes ac regulos, si non superât, certe exequât, non simplicitatē & humilitatē ac mansuetudinē Christi imitantes, sed astutiã superciliũq; & fastum Pharisæicũ præferentes. At scriptũ est, Deus supbis resistit, humilib; autē dat gratiã. PE. Non ap pbo Areni, quoslibet Prælatorũ aut quorumcunq; Clericorum excessus, siue in uita & moribus, siue in externo cultu peccēt, aliosq; quibus odor uitæ in uitam esse deberent, offendant ac scādalizent. Scio scriptum esse, sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, Dominus deus uester. Item, Mundamini, qui fertis uasa domini. Item, Vos estis sal terre. Quod si sal euauerit, in quo salietur? Item, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Iac. 4.  
1. Pet. 5.

2. Corin. 2.  
Leui. 19.  
Esa. 52.  
March. 5.  
Ibid. 11.

Vita prælatorum.

At credendũ non est, q; Christus propter uitia sacerdotũ, irrita faciat sua promissa. Sicut, n. in sacramētis administrãdis nõ attendit uita aut exterior cultus sacerdotis qui ea ministrat, sed magis uirtus diuina, institutio Christi & forma uerborũ. Quandoquidē & per malũ sacerdotē administrata sacramenta gratiã afferunt digne sumentibus. Ita & in Ecclesiæ gubernatione & regimine, magis attendi debet potestas & status Prælatorũ, quã eorũ uita & cõuersatio. Ne uideamur magis cõfidere in hominis uita, quã in institutione Dei. Nam & malis, secundũ statũ potestas diuinitus promissa ac data, suum reperitur habere effectum. Etenim Caiphas, cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, Et Iudas Scarioth miracula fecit, ut cæteri Apostoli, Et scriptura uocat

EXO. 22.  
Psal. 51.

cat

rat Ecclesie Prælatos Deos, ut ibi, *Dij non detrahes.* Item, *Psal. 81.*  
 Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat. *Ioh. 10.*  
 Sic Christus ipse ait, *Nōne scriptum est in lege uestra, quia*  
*ego dixi, Dij estis, si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est &c.*

Pie igitur credendum est, ac promissioni Christi firmiter  
 adhaerendum, quod in Generali Concilio, legitime in nomine  
 Christi congregato, assit Christus in medio Prælatorum,  
 qui secundum statum & uocationem suam interesse debent,  
 si non secundum gratiam gratum facientem (ut loquuntur  
 Theologi) quam peccata mortalia præpediunt, si mali &  
 mortaliter peccantes sint Prælati, saltem secundum gratiam  
 gratis datam, Cuius multiplicia sunt dona, Quemadmodum  
 Paulus ad Romanos atque ad Corinthios Ephesiosque com-  
 memorat.

Christus in  
 medio Con-  
 ciliij.

Grauer itaque peccatis & inique agitis, omnes, quotquot  
 nouarum sectarum studiosi estis, dum Ecclesie Prælatos  
 tam atrociter ad plebem traducitis & iudicatis, eisque proter-  
 ue resistitis, Scriptum est enim, *Nolite tangere Christos me-*  
*os.* Item, *Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino*  
*suo stat aut cadit.* Item *Obedite Prepositis uestris, & subias*  
*cece eis.* Item, *Vtinam & abscindantur, qui uos conturbant.*  
*Est enim quod mali sint, & omnino tales, quales à uobis dicuntur*  
*tur ac depinguntur, Propter statum tamen & uocationis*  
*sue dignitatem, quam in Ecclesia Dei obtinent, honoran-*  
*di sunt.*

Ro. 14.  
 1. Cor. 12.  
 Ephes. 4.  
 Non debent.  
 Laici iudica-  
 re Prælatos.  
 Psalm. 104.  
 Ro. 14.  
 Heb. 13.  
 Gal. 5.

Dauid enim uir sanctus, nolebat tangere aut ledere Saul  
 regem, licet malum ac reprobum & à Deo iam reiectum,  
 Quem cum Abisai uellet interficere, dixit ei Dauid, *Ne in-*  
*terficias eum, Quis enim extendet manum suam in Christum*  
*domini, & innocens erit? Et Paulus, quàmuis inique per-*

Exemplum  
 Dauid.  
 1. Reg. 26.  
 Act. 23.

## Defensio Ducis Georgij

russus cum dixisset Principi sacerdotū, Ananiae, Percutete deus paries dealbato, & ab astantibus ob hoc arguerentur, dixit, Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum, Scriptum est. n. Principem populi tui non maledices.

Exo. 22.

Maledicta

Sectarum in

Ro. Pont.

quis igitur uir bonus & pius possit probare tot maledicta tamq̃ atroces blasphemias, quas secte noue, ad exemplū Lutheri, in summū Pontificem & in omnes Ecclesie Prælatos effutiūt & euulgant tota die, cū plenis cōuiciorū plaustris?

Ro. 2.

Ioh. 8.

Math. 23.

Quis uos constituit iudices eorū? Aut in quo meliores estis illis, ut possitis effugere illud Apostoli, Propter quod inexcusabilis es o homo, omnis qui iudicas. In quo. n. alterū iudicas, te ipsum condemnas. Et illud Christi, Qui sine peccato est uestrum, primus in illos lapidem mittat. AR. Non ausim

dicere, nos sine peccato esse, Christi tamen exemplo, illorum uitia reprehendimus, Quandoquidē Christus in Euangelio Phariseos ( qui cæteris Iudeis sanctiores uidebantur ) uocat Hypocritas, Duces cæcos & stultos, Serpentes, genus

Non licet

Sectis quod

licuit Chris

to.

Ro. 13.

mina uiperarum &c. PE. Non est uobis e a in illos potestas, quæ Christo in Phariseos fuit, Nequaquam igitur pari iure illis maledicere potestis, Vobis. n. dicitur. Omnis anima

potestatibus sublimioribus subdita sit, Nō est. n. potestas nisi si à deo, fuistis autem omnes sub potestate & Iurisdictione Pape, Quis ergo uos inde exemiſſi? aut quo iure ei maledicistis ac resistitis? Quis uos in eum iudices constituit? De Christo autem longe alia res est, Ipse enim ait. Mihi data est omnis

Math. 28.

Iob. 5.

Ib. 6.

potestas in celo et in terra. Item. Pater non iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit filio. Item. Quis uestrum arguet me de peccato. Talia uero uerba nemo uestrum de se ipso uere dicere potest. Non est igitur uobis cum Christo æquata potestas, AR. Neque ego sane id dixerim. Non

uideo autem, quomodo illorum acquiescam iudicio aut decreto,

creto, super tam multis & arduis in fide & doctrina contro- Sap. 1.  
 uersijs, Cū sint ipsi & in uita reprobī, & in doctrina erronei,  
 scriptum est enim. Quoniā in maliuolā animā non introi-  
 bit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, Spi-  
 ritus enim sanctus disciplinē effugiet fictum, & auferet se  
 à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. PE. Non omnes  
 sunt uel in uita reprobī uel in doctrina erronei, qui Ecclesijs  
 præsumunt. Absit. Si enim temporibus Helie, sub regibus Israel  
 Idololatris, reliquit sibi Dominus septem Milia uirorū, quo-  
 rum genua non erant curuata ante Baal, Quanto magis nūc  
 tempore salutis & gratiæ credendū est, plusq̃ Septem Milia  
 uirorum, Inter Ecclesiæ Prælatos, non in una duntaxat pro-  
 uincia parua, qualis Iudæa fuit, sed in multis ac magnis per  
 Orbem terræ prouincijs & regnis, reperiri posse, qui & uer-  
 bo & exemplo bene præsumunt, atq; de die in diem meritis &  
 uirtutibus proficiunt & clarescunt & apud deum & apud  
 homines? Quot rogo & quantos posset numerare unus  
 Erasmus Roterodamus, Doctiss. Episcopos, aliosq; pro-  
 batę uitæ atque doctrinæ ueros Ecclesiasticos, literarum  
 commercio sibi cognitos? Quot Sadoletus? Quot Budæe  
 us? Quot Viues? Quot alij Clarissimi atq; doctissimi uiri  
 innumeri? Absitigitur, ut sancta Mater Ecclesia, Cui da-  
 tus est Spiritus ueritatis ut cum ipsa maneat in æternum,  
 sit temporibus nostris usque adeo sterilis & effœta, ut sal-  
 sum de ea fiat illud Psalmistę Oraculum, Pro patribus tuis  
 nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem  
 terram.

Extant ad  
 huc mult  
 boni & Do  
 cti Episcopi  
 3. Reg. 19.

Vide 24. li  
 bros episto  
 larum Eras  
 mi.

Ioh. 14.  
 Psalm. 44

Paulus Pas  
 pa III.

Quid dicam de hoc sumo Pontificenostro, PAVLO  
 III. Qui uitæ probitate, omniq; uirtute ac eruditione, atq; es-  
 tiā linguarū peritia, cū Opt. & Doctiss. Antecessoribus suis  
 haud iuste cōparari queat, plurimis etiā præferri, Qui et inf  
 uigentes

Dialogus Io. Coc.

uidentes hodie ( licet hoc sæculum Typographiæ benefi-  
 cio, cūctis retro sæculis, In orbe Christiano plures linguarū  
 peritia, uariaque doctrina præcellentes uiros habeat ) nulli  
 pietate aut eruditione secundus habetur. Iniqua est igitur  
 hæc tua causatio, qua pijs Laicis suspecta reddere conaris  
 futuri Cōcilij aduersus errores uestros decreta. Ausim enim  
 affirmare, nullum fuisse retro in Mille annis Concilium,  
 quod plures habuerit doctos uiros, quàm habiturū est fu-  
 turum Concilium, si bella & Regum dissidia rem non im-  
 pedierint. PA. Hæc omnino uerisimilia mihi uidentur, fas-  
 cillimum est enim nunc optime per Typographos excusos  
 libros & ingentia uolumnia paruo comparare præcio, Ita ut  
 Episcopus aliquis hodie Centum aureis plures ac meliores  
 lectuq; faciliores queat comparare libros in omni tū lingua  
 regulata tum facultate aut arte, quàm potuisset ante Caut  
 C. C. a.ños, per scribas & notarios, seruosq; librarios & exce-  
 ptos, Mille, immo bis aut ter Mille aureis conquirere. AR.  
 Hoc negare non possum, At uideo non tam probos esse  
 nunc Ecclesiarum prælatos, quàm olim fuerunt quàm plu-  
 rimi. PA. Semper fuere bonis mali permixti. Queruntur de  
 malis in Epistolis suis Apostoli, queruntur sancti Martyres  
 Dionysius, Ignatius, Cyprianus, Querunt sancti Cōfesso-  
 res, Gregorij multi, Chrysostomus, Ambrosius, Hierony-  
 mus, & Augustinus, Et in sacratissima Synodo Nicena nō  
 omnes fuere boni & irrepræhensibiles, Quandoquidē mul-  
 ti ex ijs offerebant Imperatori Constantino Magno, libello-  
 los accusatorios, contra fratres suos, Quos sane libellos religio-  
 siosus Princeps, pro conseruādo sacerdotibus honore, mox  
 in ignem profecit priusq; legeret, hæc addens pietatis ple-  
 nissima uerba.

Deus (inquit) uos constituit sacerdotes, & potestatem  
 uobis

Copia libro  
 rum.

Semper ma-  
 libonis per  
 mixti.

Vide hist.  
 Eccle. lib. 10.  
 c. 2.  
 Et tripertita  
 lib. 2. c. 2.  
 Verba Con-  
 stantini ma-  
 gni.

uobis dedit de nobis quoque iudicandi, Et ideo nos à uobis re  
 ste iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudi  
 cari. Propter quod Dei solius inter uos expectate iudicium,  
 & uestra iurgia quæcunq; sunt, ad illud diuinum referuen  
 tur examer. Vos etenim nobis à Deo dati estis Dñj, & con  
 ueniens nō est, ut homo iudicet Deos, sed ille solus, De quo Psal. 81.  
 scriptum est, Deus stetit in synagoga Deorū, in medio autē  
 Deos discernit. P E. Quam longe degenerant hoc tempore  
 à generosa hac Constantini religio sitate, pleriq; Nobiles atq;  
 etiam Principes Germaniæ, qui in Clerum Christi omnia Luth. ad no  
 sibilicere autumant. P A. Male profecto decipiunt in hoc bilitatē Ger  
 à quibusdā Apostatis, qui docēt Reges & Principes in pro  
 uinciarum suarū Episcopos & Clericos potestatē à deo ha  
 bere, nō solum iudicandi, uerū etiā gladij exercendi, atq; idē  
 ipsum etiā in summū Pont. permittunt Ro. Imperatori (si  
 dijs placet) belli isti rerū omniū tum diuinarū tum humana  
 rum iudices et arbitri surrepticij, q̄ ulro se ingerūt, q̄s nemo  
 ad hoc uocauit aut elegit, Qui contra oēm rationē & equita  
 tem subiiciunt patres filijs, ouibusq; pastores. Sed missos fa  
 ciamus istos publicę pacis tranquillitatisq; et omniū statuū  
 pturbatores, Quos nec Arenius in omnibus pbat aut sequi  
 tur. A R. Fateor Patee, nō oīa mihi placere, que nostri, affe  
 ctibus aliqñ immoderatis pcti, temere in uulgus ædiderūt.  
 De iudicio tñ prælatorū in futuro Cōcilio, adhuc semp hæc Eccle. 1.  
 sito, eo qd plures erūt ibi mali quā boni. Iuxta illud Salomo  
 nis. Peruerſi difficile corrigunt, & stultorū infinitus est nu  
 merus. P A. Nō deserit deus bonos ppter malos, sed potius Deus parcis  
 parcis malis ppter bonos. Quod si ad preces Abrahę, homi  
 nis unius, uoluit Dñus parcere quinq; Regū populis, si rep  
 ti in ijs fuissent uel decē homines iusti, Quanto magis spes malis pro  
 randū est nobis, qd ad pces totius per Orbem Ecclesię (quæ pter bonos  
Gen. 18.

Dialoꝝ Ioan. Cochlaei

tempore Concilij pro congregatis in Concilio quotidie orationes in publico ad deum faciet) Christus gratiam et sapientiam futuro Concilio dabit et propter malos non subtrahet, ut possit recte inter bonum et malum discernere, fidemq; Catholicam ab omni haeresi purgare, Cum non solum decem, sed plus quam Centies decem uiri boni & docti in eo reperientur.

AR. Fiat, ut speras. PE. Si nobis ipsis non desuerimus pernitiosos carnis affectus, qui mentem hominum excacare & intransuersum agere solent, Non deerit nobis inuocantibus gratia Christi, Qui stat ad ostium & pulsat, qui ait, Pœnite et dabitur uobis, Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. PA. Oremus igitur omnes unanimitèr ad illum, ut salutare Concilium mature nobis præbeat. PE. Amen.

Apoc. 3.  
Matth. 7.  
Iac. 1.

DE REFORMATIONE CLE  
ri per Concilium instituenda. Cap. III.

Cursero in  
dicitur Con  
cilium.

ARE. Omnes quidem bonæ uoluntatis homines, tum propter errores extirpandos, tum propter reformationem faciendam, Conciliū fieri desyderant, Sed longa consuetudine ita cōparatum est, proh dolor, ut ij, qui reformatione præ omnibus maxime indigerent, Conuocandi ac celebrandi Concilij potestatem sibi solis arrogent & adscribant. Vnde fit, quod tam uarijs technis dilationis moras neunt, uanisq; promissis de anno in annum protelant. Vbi uero ab Imperatore aut à Regibus & Principibus urgere se pressius uident, tales proponunt celebrandi Concilij formulas conditionesq; & articulos, ut propter eorum importabilem difficultatem à petendo ulterius Cōcilio Reges & Principes desistant ultro. PA. Hæc si ita se haberent, quis obsecro laudare posset? PE. Intellego cauillis istis Roma, pungi Pontifices, ad

ad quos solos omnium respicit, conuocare Concilium, ubi  
 eunq; opus fuerat. A R. recte intelligis. Hi sunt enim quorū  
 Curia maxime indiget reformatione. P E. Abusus quoslis  
 bet Ro. Curiaē nunquā probauerim, quos & in ipsa Curia  
 Ro. multis bonis uiris displicere non ignoro. Et talem nunc  
 habemus per singularem Dei benignitatem summum Pon  
 tificem, qui, cum per sese sit natura benignus & ad quauis  
 honestatis studia ulro propensus, facile acquiescit quauis  
 omnium Nationū petitionibus, earumq; de iniquis à Ro.  
 Curia impositis grauaminibus querelas, & benigne audiet,  
 & corde percipiet, curabitq; ut adhibito æquitate modera  
 mine, omnia mitigentur ac leuiora fiant. P A. Id ipsum & e  
 go spero, Cum enim Papa sit generalis pater & pastor om  
 niū nostrū, & uicarius Christi, ex æquo prospicere omni  
 bus debet, ne propter paucos qui Ro. Curiam sequuntur,  
 aggrauet alios omnes aut certe quam plurimos.

Abusus Ro  
 Curiaē.

Quot enim per Curtisanos intra XL. annos adinuentæ  
 sunt nouæ litium tricæ & improba pecuniarum aucupia,  
 quibus graues ac molesti atq; etiam importabiles facti sunt  
 uniuerso mundo: Redundat quidem in ipsum Papam que  
 rela & odium publicum, quod ex illorum nequicia conflas  
 tum est, sed uel parum uel omnino nihil utilitatis inde acci  
 pit ipse. Tale enim ac tantum est S. Petri patrimonium, ut  
 Roma Pontifex minime indigeat inuidioso illo emolus  
 mento, quod per technas & improbitates Curtisanorum,  
 ex Ecclesiasticorū beneficiorum litibus atq; uenationibus,  
 non sine graui Ecclesiarum per uniuersum orbem detrimen  
 to ac desolatione, accedit. P E T. Non dubito eq̄dē sub hoc  
 Pontifice multa in melius reformatum iri in Concilio, ubi  
 omnium Nationum uota atq; suffragia piæ eius uolūtatī ac

Tricæ & au  
 cupia Curia  
 sanorum.

Dialogus Io. Cochläi

Cardinales.

cesserint, ut eoliberius atq; securius de omnibus disponere ac statuere possit, Romæ enim, non tam facile posset, unus contra multos, omnia corrigere. A R. Audio quidem, hunc Pontificē per sese, satis procliuū esse, ad cōuocandū Cōciliū generale, sed obistere Cardinales, ac dissuadere ne faciat. P E. Nescio equidem, quid in secreto consulant aut consulent illi, scio tamen plerosq; ex ipsis esse doctrina & bonitate præclaros, qui utiq; commune bonū magis promouere quā impedire desyderant. A R. Atunt eos magis timore Cæsaris quam desyderio boni publici, Pontifici ad indicendum Conciliū consentire. P E. Non est nostrum, Areni, cor da illorum iudicare. Scriptum est enim, Homo uidet ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor. Item, Profundū est cor hominis & inscrutabile, Quis cognoscat illud: Ego dominus, scrutans cor & probans renes. A R. Ferunt, Cæsarem tunc eius rei gratia, ex Hispanijs in Italiam nauigare, ut personali præsentia facilius quam per literas impetret à Papa, mature indici Conciliū.

1. Re. 16.

Hierc. 17.

Humilitas  
Cæsaris.

Mihi uero rem indignam se facere uidetur, & quod nisi miū se humiliat erga Papam, & quod ab altero petit quod ad se spectat & in sua manu positum est. P E T. Si uere Euangelicus esses, Areni, non posset tibi displicere humilitas, uirtus in Euāgelio magnopere laudata. Nam dominus ipse ait. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Item, Qui se humiliat, exaltabit. Et mater Domini. Deposuit (inquit) potentes de sede, & exaltauit humiles. Item frater Domini ait, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiā. Non est igitur Cæsari nostro, Opt. ac religiosiss. Principi, uel indecorum uel indignum, humiliare sese erga Papam. Ita em̄ decet filium erga patrē, ouem erga pastorem, & Christianū Principē erga supremū in terris uicarium Christi, Quamuis

Matth. 11.

Lu. 14. & 18.

Ibid. 1.

Iac. 4.

uis enim maximus ac potentissimus sit Princeps, idemq; feceritissimus Imperator, filius tamen Ecclesiæ, & ouis Christi permanet.

Proinde non audit Lutherum nec Bucerum, qui uolunt eū docere, ut superbiat aduersus Christū dñi, subijciatq; eū gladio suo, & spoliet eū potestate conuocandi Conciliū generale, quā antiquissimo iure obtinet ille, tū ordinatiōe diuina, tum omniū Christi fideliū cōmuni per tot retro secula cōsensu. Non audit inquam hos filios superbiæ Cæsar noster, qui ex patre sunt superbo, De quo scriptum est, Ipse est rex super uniuersos filios superbiæ, sed audit, potius sapientem illum filium Syrach, qui ait. Quanto magnus es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam. AR. Sit humilis in corde suo Cæsar quantum libet, Iura tamen Romæ Imperij per nimiam humilitatem suam nō minuatur. Minuit autem, si per humilitatem à Papa petit, quod ipse præstare habet, hoc est, indicere Conciliū generale. Imperator enim est mūdi dominus, cui, uelut sublimiori potestati, omnis anima subdita esse debet, auctoritate Petri & Pauli Apostolorum, quorum successorem se Papa esse iactitat. In quo peratoris potestati in regimine sæculari nihil derogauerim, In quo haud iniuria supremum obtinet locum, Sed aliud est reginem Ecclesiæ, In quo Cæsar, ut ouis Christi & filius Ecclesiæ, superiorem merito agnoscit ac recognoscit, eum quem Christus pastorem omnibus suis constituit, eiq; longe altiolem, quā Imperatori, potestatem dedit per clauis regni cœlorum. Cum igitur Conciliū generale, non ad sæculare sed ad Ecclesiasticum regimen pertineat (longe enim alia res est sacra Synodus quā cōgregatio forensis, quā Comitia prophana, quā Conuentus Imperialis etc.) non Imperator, sed Papa illud indicere & ibi præsidere debet.

Superbia se  
starum.

Iob. 41.  
Eccl. 3.

1. Pet. 2.  
Ro. 13.

Indicere Cō  
ciliū, ad Pa  
pam spectat

Dialogus Iohan. Cochlaei

Nō enim Cēsaris sed Petro dixit dominus, Pasce oues meas, Confirma fratres tuos. Ideo non ad Imperatorē, sed ad Pastorem potius spectat, conuocare oues Christi in unū. PA. æqua mihi uidentur ista, sed quid, si Papa negligeret curam salutis animarum, & propter sua cōmoda aut metu reformationis Concilium conuocare nollet? PE. De patre & pastore nostro meliora speramus & præsumimus, Quod si pater in hostem, pastor in lupum uerteretur, non deessent Ecclesię oportuna aduersus eū remedia. De quibus hic disserere longum foret. AR. An non habemus ex historijs compertum,

IIII.  
Cōcilia Principalia.  
In Autē Col  
la. 9. consti  
tu. 6. in prin  
ci.

quod sepe per Imperatores indicta fuerūt Concilia? Quis rogo indixit sacracissima illa Quatuor Cōcilia Nicenū, Constantinopolitanum, Ephesinum primū et Chalcedonense, Quorum decreta tum à Papa tum ab Imperatore maxime autentica habentur? Nonne per Imperatorum literas sumptusque congregata fuerunt? PE. Non sua, sed Ro. Pontificū autoritate ea Cōcilia indixerunt Imperatores illi Optimi ac Potentissimi, qui publicis euectionibus ac ueredarijs suis Ro. Pontifices adiuuabāt. Audisti enim supra, quā modestus fuerit in Niceno Concilio Constantinus, ut nihil Iurisdictionis in Episcopos sibi usurpare uellet, Ceteri tres, Gratianus, Theodosius, et Martianus, illius sequuti sunt exemplū, Quæ

Vide in decretis dist. 17  
c. sexta Synodus.

Dist. 96. per totum.

admodum paret tū ex Triptita historia tū ex publicis eorum scriptis & edictis, De quibus et in Decretis nō nihil reperit. Illi igitur Imperatores procurarūt ea Concilia, nō sane inuitis aut resistantibus Ro. Pont. sed illis petentibus suāq; autoritatē interponentibus, AR. Quot putas conuocasse Cōcilia, absq; Ro. Pontificis autoritate, filiū Constantini Magni Constantinum, qui Arrianus erat, & Liberium Papam sanctūq; Athanasium in exilium abire coegit? PE. Multa conuocauit, fateor, sed omnia in irritū ceciderūt, licet in plerisque fuerint

Vide Tripartitā hist. lib. 4. & 5.

fuerint

luerit plus minus CCC. Episcopi. ( Quidā DC. Episcopos in Ariminēsi fuisse affirmāt ) Nisi Sardiēse excipias, in quo Ofius Cordubēsis Episcopus nomie Apostolicę Sedis p̄fuit, sicut et i Niceno eiusdē uice et noie p̄fuisse legitur. AR.

Rebellio  
quorundam  
Imperatorū  
contra Ro.  
Pont.

Quid uideſ tibi de fortissimis et bellicosissimis Imperatoribus, Hēricis et Fridericis, Quos Germania Impio dedit; Nō ne inuitis Ro. Episcopis sepe Concilia indixerāt; PE. Indi- xerunt q̄dem, sed parum foeliciter, et ex factio tantū, non ex iure, Proinde glorię sue, quā armis comp̄auerant, maculam non leuem induxerūt p̄ irreligiosas cū Ro. Pontificibus cō- tentiōes, q̄s ut patres audire ac uenerari debuissent. Quis autē tē fuisset gloriosior Hērico, IIII. si Ro. Pontifices per Antis- papas suos (q̄s in Cōciliabulis suis creauerat) non fuisset in- seſtatus; Nemo, n. bellatior (ut ait Baptista Egnatius) hoc uno fuit, nemo collatis signis ad hanc diē pluries cum hoste conflixit. Quippe qui Marcum Marcellum et Cęsarem Dis- ctatorem supergressus, Bis & sexagies pugnarit.

Quidā hunc  
uocant Hen-  
ricum. II.  
Egnatius de  
Cęsarib. lib.

At miser ille, qui hostes p̄lio ubiq; uincebat, suos non potuit uincere affectus, donec uinceret tandē ab eo, qui ait. Mihi uindictam & ego retribuam. Scis ne Areni, quantū illi fortissimo P̄ncipi profuerit, Ro. Pontificibus repugnaf- ser; AR. Quid hoc nocuit ei; PE. Maxime profecto. Nam à proprio filio suo tandem ab Imperio deturbatus, per fugas & arumnas plurimas, ad reperandum bellum hinc inde dis- scurrens excommunicatus à Ro. Pont. & exautoratus ab Electoribus P̄ncipibus Imperij, despectus & inglorius, uitam miseram summo cum dolore cordisque tristitia fin- nit Leodij cum imperasset annis XLVIII. PA. Hor- rendum profecto diuinę ultionis exemplum est istud, quod non immerito cunctos Reges & P̄ncipes absterrere debe- ret, ne manus suas in Christos domini extenderent, ne ue-  
usurpas

Infelix cas-  
sus Henrici  
Imp. IIII

Dialogus Io. Coc.

Rex Oſias, uſurparent ſibi ea quę omni iure ad Eccleſiaſticos pertinent,  
2 Paral. 26. Nam & in ueteri lege terribile ponitur exemplum, huic  
non admodum diſſimile, De Oſia rege Iuda, qui cum eſſet  
bellator fortiſſimus, ac multis uictorijs inclytus et glorioſus,  
omnem gloriam rerum geſtarum obſcurauit tandem uſur-  
patione Iuris ſacerdotalis, quando uoluit adolere incenſum,  
contemnens ſummi ſacerdotis monita, qui dicebat ei. Non  
eſt tui officiij Oſia, ut adoleas incenſum domino, ſed ſacer-  
dotum, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi miniſterium.  
Quid ergo accidit iſti Regi? Statim orta eſt lepra in fronte  
eius, coram ſacerdotibus, & eiectus de templo, permanſit le-  
proſus uſq; ad diem mortis, habitans in domo ſeperata, ple-  
nus lepra, P. E. Longum eſſet, P. eę, omnia diuinę uſur-  
pationis exempla, quę in noua lege Imperatoribus Regibuſq; et  
alijs Principibus, q; ſuperbe ſacerdotũ iura inuaſerant, acci-  
derunt recensere. Nos de pietate & continentia Imperatoris  
noſtri CAROLI V. ſecuri, hęc reliqs Regibus & Prin-  
cipibus, qui ab Apoſtatis ſeducti, in terris ſuis temere utriuſ-  
que poteſtatis iura ſibi uſurpant, in exemplum commemo-  
rata eſſe uolumus, Deumq; precamur, ut pios & Ro. Pono-  
tificis & Ro. Imperatoris conatus, ad reformandam Eccle-  
ſiam atq; ad extirpandas ſectas perditionis, foeliciter per Ge-  
nerale Concilium ad effectum perducatur. Adeo enim corru-  
pti ſunt mores hominũ omniſq; luxata eſt diſciplina Eccle-  
ſiaſtica, ut nullus ſit ſtatus in mundo, qui reformatione  
nõ indigeat, adeo ut dicere poſſimus illud ſcripturę. Omnis  
Gen. 6. caro corruptit uiam ſuam ſuper terram.

Necessaria  
Reformatio

Gen. 6.

DE CONCILIO CHRISTIA-  
no & Libero. Cap. III.

AR.

**A**RE. Si reformatio fieri debeat, necessarium erit pro-  
 ducto, ut libere atq; impune possit unusquisq; iudicare  
 defectus, enormitates et abusiones, quæ (super seminante zi-  
 zaniam diabolo) in agrum & uineam domini, per Prælato-  
 rum tum incuriam & negligentiam, tum prauam uitã mo-  
 resq; corruptos irrepserunt. PE. Assentior, modo id fiat cū  
 debita honestate & reuerentiã, nō per procaces improprias  
 tiones & insultationes, quas Laici nouis sectis addicti, in  
 presbyteros & Monachos apud nos petulãter & inuerecū-  
 de inclamare solent. PA. Longe absit talis impudentia &  
 barbaries à sacro Concilio. Ait enim Apostolus, Omnia au-  
 tem honeste, & secundum ordinẽ fiant in uobis. AR. Petie-  
 rūt Principes nostri multis iam añis, in omnibus sacri Impiĩ  
 conuentibus, ut Christianum ac liberũ celebret Concilium  
 in Germania, & annuit petitioni eorum Cæsar, at non uult  
 annuere Papa, qui probe scit, quã inique grauetur à Ro.  
 Curia per grauamina Centum una Germania. PE. Non  
 recusat Papa iste, Paulus III. celebrare Concilium, neq; etiã  
 recusarunt Antecessores eius Leo X. Adrianus VI. & Cle-  
 mens VII. Extant paterna & humanitatis atq; humilitatis  
 plena ad Germanos responsa Adriani VI. patriã Germani.  
 Extant item octo Articuli, quos Clemens VII. per nunciũ  
 suum, adiuncto etiã Cæsare Maiesta. Oratore Germaniã  
 Principibus proposuit, de celebrãdo Cõcilio, Quos tñ ple-  
 riq; Imperij Principes ac status, quantũuis æqui & honesti  
 uiderent, acceptare noluerūt. Vnde fit ut nõnulli suspicen-  
 tur, Lutheranos uerbo tantum, non corde, Conciliũ petere.  
 AR. Extat & nostrorum Principum ac statuum ad eos arti-  
 culos data responsio, quæ indicat, quã iustis rationibus mo-  
 ti sint, ne illos acceptet articulos. PE. Vidi et ego responsio-  
 nem illam, An uero satis iustæ sint causæ, propter quas in

1. Cor. 14.

Concilium  
Christianũ  
ac liberum.VIII. articu-  
culi de habẽ-  
do Cõcilio.

Dialogus Io. Cochläxi

Iniqua reie-  
ctio illorum  
articulorum

eos articulos consentire noluerunt, alia nationes in Concilio iudicabunt. Mihi certe (ut ingenue fatear) non satis uidentur iustæ. A R. Quid ita? P E. Primum, quod causantur per eos articulos non fore Synodum liberam et Christianam, Cum tamen Papa mox in primo articulo, contra hanc causationem, diserte posuerit, ut Conciliū sit liberum, atque iuxta morem Ecclesiæ consuetum, atque multis ante sæculis ab initio usque uniuersalium Conciliorum obseruatum. Quid hic desyderas Areni? Liberum et Christianum Concilium: utrunque tibi in primo statim articulo promittitur, Liberum inquam, expressis uerbis, Christianum uero in hoc, quod celebrari debeat iuxta morem Ecclesiæ consuetum, antiquum & ab initio usque seruatum. Quis potest obsecro esse uel tam impudens uel tam impius, ut dicere ausit, ab initio usque, nullum retro tot sæculis celebratum fuisse Concilium Christianum? A R. Liberum nos & dicimus & uolumus, ne præiudicio autoritatis cuiusquam prægrauemur, Christianum uero, in quo non ex constitutionibus Pontificum, aut opinionibus scholasticis, sed ex ipsis sacris literis iudicet. P E. Vultis ergo esse liberi, sicut Onager in deserto, sine omni autoritate capistror? Quid ergo desyderatis Concilium, cuius autoritati & cognitioni deferre non uultis? A R. Deferemus si ex sacris literis iudicet. P E. At supra dictum est (nemine nostrum contradicente) sacras literas diuersis modis intelligi atque interpretari à diuersis secundum diuersos sensus, Quid ergo, si Concilium sacras literas exponat intelligatque aliter quam uos uultis? Acquiescetis ne tunc eius cognitioni & decreto? ARENIVS. Non opinor, Lutherus enim affirmat se ita certum esse de sua doctrina, ut ne Angelum quidem de cælo super ea aliter iudicantem ferre uelit. P A. Talia

Lutherani uolunt esse liberi sicut Onagri,

Luthe. contra falso dictum statum Ecclesiasticum,

Talia Lutheri dicta, nimis (ut uidentur) superba ac turbulenta, neque aequitati neque paci deseruiunt, Quemadmodum igitur supra & antea terogauimus, ita & nunc rogo, Arne, ut talia omittas. **AR.** At non modo Lutherus, sed etiam Principes et status Imperij, quicumque eius doctrinam receperunt, in eadem sunt cum Luthero sententia, Dicunt enim in responsione sua, quod non possint Christi ueram & claram Euangelij doctrinam (hoc est quam docet Lutherus) abijcere, etiam si damnarent eam Pontifex & ij qui ei addicti sunt. **PA.** Quis autem uos certos reddidit, Lutheri doctrinam esse ueram Christi & claram Euangelij doctrinam? Cui hoc reuelatum est? quo comprobata est ea doctrina miraculo? Quemadmodum de Apostolis legitur, quod praedicauerunt ubique, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Cum igitur Lutherus in doctrina sua persaepe contradicat sibi ipsi, & signum nullum faciat, Quid est obsecro, quod uni isti homini, tam superbo omnium contemptori, totque carnis affectibus obnoxio, plus uultis perpetuo credere, quam tot recto Concilijs sanctisque doctoribus (quibus in plerisque articulis contradicit) & quam tot grauissimis atque doctissimis uiris, qui in futuro Concilio congregati erunt? **AR.** Nos ei credimus, quia purum Euangelium Christi docet. **PA.** Euangelium docent omnes, quot Christum confitentur, sed alij aliter intelligunt eadem Euangelij uerba, uti dictum est antea. Quis ergo erit iudex inter dissentientes? **AR.** **NIVS.** Ipsa scriptura. **PA.** At partes inter se dissentientes eandem proferunt scripturam, sub diuerso tamen sensu, et quaerunt, utra partium teneat genuinum et germanum adductae scripturae sensum, Quis pronuntiabit aut discernet? Nunquid ipsa scriptura? At cum sit res inanimata, per sese loqui non potest,

Lutheri doctrina cuius est?

Mar. ules

An iudex  
queat esse  
scriptura.

Dialogus Ioan. Coch.

multo minus dictare sententiã. A R. Quis potest esse certior Iudex quam scriptura diuina, In qua falsi nihil reperit: P A. Nihil quidẽ falsi est in scriptura, si sane intelligatur, secundũ eum scilicet sensum, in quo est à spiritu ueritatis dictata, Si uero intelligat sinistre, secundũ reprobũ & alienũ sensum, quem spiritus sanctus nunquam intendit, sit utiq; falsa, & in falso sensu fallit omnes, qui falso expositori consentiunt. Verbi gratia, Hæc Christi uerba. Quia pater maior me est, In sensu Catholicorum utiq; uera sunt, Quia pater est maior Christo, secundum naturam humanam accepto, In sensu uero Arrianorum, qui etiam secundum diuinam naturã Christum patre minorem dicunt, utiq; falsa sunt. Sic & illa Christi uerba. Hoc est corpus meum, in sensu Catholicorũ, (sicut intellexerũt sancti patres) uerissima sunt. In sensu uero Zuinglianorum, Ualdensium aliorumq; hæreticorum, maxime sunt falsa, & innumeram plebem in falso sensu sine fine fallunt. A R E. Dicis ergo scripturæ diuinæ uerba esse falsa: P A. Non dico simpliciter falsa, sed falsa secundum quid, nempe secundum falsum intellectum hæreticorum. A R E N I V S. Quis igit̃ certos nos reddet de eisdem uerbis scripturæ, si ab alijs & alijs aliter atq; aliter intelligantur, In quo nam sensu sint uera: P A. Arbitror equidem ne minẽ rectius nos certos reddere posse quã sacrũ Cõciliũ, In cuius medio est Christus et spiritus ueritatis, uti supra ex scripturæ testimonijs manifeste probauimus. P E. Omnino tibi assentior Pateo, Quia nulla potest alia uia uel disjunctio dubia uel pacandi ambigentes conscientias (ut Lutherani loquunt̃) certior quam ista reperiri, ne excogitari quidem. A R E N I V S. Nunquid homines in Concilio congregati, certiores sunt minusq; fallibiles & mendaces quam est scriptura diuina: P E. Nihil derogamus scripturæ sacræ secun-

Ioh' 14.

Certissimus  
iudex in con-  
trouersijs  
scripturæ sa-  
cræ Concilij  
lum,

secundum se consideratæ, Quoniam uero ab indoctis & in  
 stabilibus ( ut ait Petrus Apostolus ) sepe deprauatur ad  
 ipsorum perditionem, Tutius est & securius, In sensu du-  
 bio scripturæ, ad Ecclesiam confugere, quæ est columna &  
 basis ( ut ait Apostolus Paulus ) ueritatis.

2. Pet. 7.

1. Timo. 3.

Omnis quidem homo mendax est secundum se, ut ait  
 Psalmista. At non est mendax Ecclesia, cum qua est Chris-  
 tus ipsa ueritas, usq; ad consummationem sæculi, Qui &  
 spiritum ueritatis dedit ei, ut cum ea sit usq; in æternũ, Quis  
 quis igitur Concilio Generali pertinaciter contradicit, aut  
 eius cognitioni doctrinã suam submittere dñudicandam re-  
 cusat, is quantumuis de Euangelio se iactet, uere tamẽ & re-  
 ipsa Euangelicus non est, sed uoce tantum, Cui Euangeliũ  
 supernat in salua, in cor uero non descendit. Quandoqui-  
 dem spernit tot Euangelij locos, qui affirmant in Concilio  
 legitime congregato, esse Christum, esse spiritum ueritatis,  
 esse Ecclesiam, quam si quis non audierit, pro Ethnicis &  
 publicano habeatur, Quoniam ipsa est columna & basis  
 ueritatis.

Non est mē  
dax Ecclesia

Psalm. 115.

Math. ult.

Ioh. 14

Talis igitur sua contumacia reus fit lesæ Maiestatis Chris-  
 sti, quẽ utiq; reijcit & contemnit, dum reijcit & contemnit  
 Concilium, in cuius medio ipse est, uti testatur in Euange-  
 lio secundum Mathæum, Qui et ait in Euangelio secundũ  
 Lucam, Qui uos audit, me audit. Qui uos spernit, me spe-  
 rnit, atq; etiam eũ qui me misit, Spernit et spiritum sanctũ,  
 qui in Ecclesia manet in æternum, Vides itaq; Areni, quã  
 graue sit peccatum uestrum, dum Ecclesiam contemnitis  
 basim ueritatis, & spem uestram ponitis in homine uno, qui  
 & sibi ipsi persepe contradicens, mendax est, & ex menda-  
 cijs totus conflatus & consutus, Qui superbissime sibi ipsi  
 confidit, suæ innitus prudentiæ, in oculis suis sapientior u-

Quantũ pec-  
carũ est. sper-  
nere Conci-  
lium

Math. 19.

Luc. 10.

Ioh. 14.

Dialogus Io. Coc.

**Prouer. 5.**  
**Esa. 5.**

**An in Ger-**  
**mania tan-**  
**tum debeat**  
**celebrari Cō-**  
**cilium.**

**Ioh. 17.**  
**Liberū Con-**  
**cilium.**

niuersis, contra manifestas Dei scripturas, quæ talia prohibent. AR. Quantumlibet & Papā excusetis & Lutherum reprehendatis, negare tñ non potestis, Papā non in Germania (uti Cæsar Principesq; Imperij petierunt) sed in Italia destinasse locū p̄ Cōcilio. PE. Si soli Germani in Christū crederent, merito in Germania duntaxat celebrari deberet Cōcilium. Quoniā uero multæ alię quoq; Nationes in Christū credunt, & ad Conciliū pertinent, non debet Papa Germanorum duntaxat cōmoditatem attendere, sed ex æquo cunctis prospicere, uelut communis omnium pater ac pastor. Neque tamen multū querelæ de loco habent Germani, Quādoquidem in ijs finibus constitutus est locus, qui sunt Germaniæ proximi, atq; adeo contermini. PA. Nō uidetur mihi æqua uel petitio uel querela uestra de loco, Areni, Quomodo enim in Germania ubi tot sunt modo Sectæ nouæ, quæ Papæ Cardinalibusq; & omni Clero pessime uolunt, tuto aut secure pronuciare possit Conciliū, quid credendum, quid ue tenendum sit? Si minē audiebantur Vuormaciæ & Augustę, quando de Lutheri negotio à Cæsare Principibusq; & statibus Imperij tractabatur, Quid fieret obsecro, si à Papa Cardinalibusq; & Episcopis atq; Doctoribus in Concilio pronuciaretur sententia, et in uniuersum damnarentur omnes sectæ nouæ? Damnari enim eas necesse est, si unitas Ecclesię persistere debet. Vbi, n. sunt sectę, ibi nō est unitas, Nec ibi potest Christus ad patrem orare illam salutarem petitionem dicens, Ut sint unum, sicut & nos, Item, Ut in nobis unum sint. AR. Etiam si de loco taceamus & acquiescamus uobis, de libertate tamē Concilij (quam Principes & Status Imperij in quā plurimis Conuētibus publicis à Cæsare & à Pontifice petierunt) minime satisfacit nobis

nobis in articulis suis Papa. PE. Quomodo non satisfacit, qui mox in primo articulo liberum fore promittit, immo ut liberum sit petit: AR. Liberum quidem uocat, sed aliud agit re ipsa (uti declarant in responsione sua Principes nostri) Tum quod mox in eodem articulo addit libertatis restrictionem in eo, quod uult Synodum haberi more hactenus seruato, Tum quod deinde statim in secundo articulo uult obligatos sibi habere omnes Potentatus, qui Concilio intererunt, ut Concilio decretis stare & inuiolabiliter parere profiteantur & promittant, iam non ignoras. Petrei, quam contraria sit libertati obligatio, PE. Non uideo, Areni, quomodo libertati officiat, si celebretur Concilium more consueto, qui seruatus fuit usque ab initio, Alioqui captiua diceres fuisse omnia hactenus celebrata Concilia, faceres & Christum ac spiritum sanctum in eis captiuum, qui in medio eorum fuerunt uti ex Euangelio dictum est supra, & ex Actibus Apostolorum in primo Concilio ab Apostolis et senioribus dictum fuit, Visum est Spiritui sancto & nobis. Quantum uero ad obligationem attinet, fateor equidem, contrarium esse obligatum libero, si ad idem referantur, Hic autem non referuntur ad idem, Liberum enim erit Concilio, & omnibus in eo consistentibus, sic uel sic deliberare, consultare, decernere, Sed posteaquam deliberatum decretumque ac definitum & conclusum semel fuerit, iam omnes erunt obligati, ut seruent, quod libere decreuerunt. Ad quid enim ualeret decretum, si cuique liberum foret, illud seruare uel non seruare: Nam & in legibus Ciuitatum, statutisque collegiorum, iam fieri solet, ut liberum sit, super iis deliberare atque consultare, antequam promulgantur. Vbi uero promulgata fuerint, iam obligantur omnes ea seruare quae libere statuerunt.

Matth. 22.  
Act. 15.

Libertas &  
obligatio cir  
ca idem, sed  
non eodem  
tempore.

Et

Dialogus Io. Coc.

Et in uotis quoq; ac in matrimonio similis est ratio, liberum tibi est utiq; uel uouere uel non uouere, Item Inire matrimonium uel non inire, Vbi autem semel uouisti aut matrimonium contraxisti, non est tibi amplius liberum resiliere. P. A. Optime dicis Petrei, si enim liberum foret, Concilij decreta uel seruare uel non seruare, nihilo certiores essemus post Concilij determinationem quam fuissetus antea, atq; ita omnino frustra tot laboribus & impensis conuocarentur Episcopi & Regum Principumq; & omnium Potentatuum Oratores ex omni Natione in Concilium.

DE FIDE ECCLESIAE

Christi. Cap. V.

P. E. Si quando igitur congregati in unum fuerint uiri docti ac religiosi ex omni natione quae sub caelo est, ut & mores deprauatos reforment, atq; abusus & scandala tollant & à sectis atq; erroribus Ecclesiam liberent, Tunc certe summus Pontifex, ad sectarum professores, quos paterno zelans amore, pro pastoralis suo officio, in Ecclesiae unitatem reducere conabitur, ut iuxta Euangelium Christi, fiat unum ouile & unus pastor, Dicit.

Videtur fratres, quod milia sunt in Christianis ex omni natione, qui credunt in Christum unanimiter, sicut crediderunt patres & maiores nostri, & omnes aemulatores sunt Ecclesiae unitatis, Audierunt autem de uobis, quia discessior nem docetis à Sede Apostolica & à ritibus Ecclesiae antiquis, quos obseruauerunt patres uestri, quos & uos ipsi diu obseruastis, eosq; à parentibus uelut per manus accepistis et cum lacte suxistis, è matrum uestrarum uberibus. Quid ergo est

Ioh. 10.  
Vide A. 7.  
21 simile qd  
dam.  
Oratio Ro.  
Pont. ad se  
ctas.

go est fratres: Vtiq; oportet conuenire multitudinem, ut omnes simus unū in Christo, & nō sint in nobis schismata, Si-  
 mus autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia, ut  
 id ipsum dicamus omnes, idemq; sapiamus, & in eadem per-  
 maneamus regula. Merito debuerat uos à nouis doctrinis  
 detertere illud Apostoli ad Galatas. Et nunc iterum dico uo-  
 bis, si quis uobis Euangelizauerit præter id quod accepistis,  
 Anathema sit. Et illud eiusdem ad Thessalonicenses. Ro-  
 gamus autem uos fratres, ut non cito moueamini à uestro  
 sensu, neq; terreamini neq; per spiritum, neq; per sermonem  
 neq; per epistolam tanquam per nos missam, Sed stete &  
 tenete traditiones quas didicistis.

1. Cor. 1.  
Phil. 3.

Gal. 1.  
2. Thessa. 2.

Charitas dis-  
iuncta unit.  
1. Cor. 13.

Non ignoratis fratres, quàm necessaria sit ad salutem  
 Charitas, quæ disuncta unit, ac dispersa in unum congre-  
 gat. Si enim linguis hominum loquar & angelorum, & si ha-  
 buero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem  
 scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes trans-  
 feram, charitatem autem non habuero, Nihil sum. Vt igitur  
 reuertamini nobiscum in unum, & qui à nobis exiistis, ad  
 nos redeatis, dabitur uobis placida ac plena audientia, su-  
 per omnibus punctis & articulis, propter quos discessionem  
 à nobis fecistis, ac schismata contra Ecclesiæ unitatem ex-  
 citastis, Si hæc aut similia uobis placide dixerit Ro. Pon-  
 tificex, Areni, publice in Concilio, quid habes quæso, quod  
 uel excipias contra hæc, aut illi opponas: A R. Cum hæc  
 pacis & unitatis uerba sint, neq; excipere neq; opponere con-  
 tra ea quicquàm libet. Nam & ego unitatis audius existo,  
 ac discessionem ab Ecclesia probare non possum. Quam &  
 Lutherus ualere præhendit olim in plærisq; libris suis.  
 Veruntamen à pura Euangelij doctrina & fide Christi,  
 propter traditiones Pontificum & Scholasticorum impuras  
 nugas, logorum.

Luth. in epis-  
tolâ ad Gal-  
la. c. 6.

Traditiones  
Ro. Pont. &  
Doctrinæ  
scholastico-  
rum Theo-  
rum

Dialogus Io. Cochläi

Non omnes  
Laici Ger-  
maniae Lus-  
therani sunt

Heb. 11.

Hæresis fidei  
dei contra-  
ria.

nugas desciscere nō possum. P A. Aequa dicis Areni, si modo probare possis, Pontificum traditiones & scholasticorum Theologorum subtilitates, quas tu nugas uocas, esse contra doctrinā Euangelij fideiue Christi. A R. Hæc nostris multis probauere libris. P E. ad Laicos scilicet indoctos ut cunctis probauerunt. Experieris autē propediem in Concilio, quā difficile sit illa probare ad uiros doctos, et ex omni natione in unum congregatos. Tametsi nequaquam adhuc omnibus Germaniæ Laicis ista persuasistis, ut interim de laicis aliarum nationum taceam, qui dogmata uestra maxime abhorret ac detestantur: Quem obsecro non mouistis lapidē, quē non subiistis labore, quo non estis usi dolo aut subdolo uerbi Dei pretextu? Quos non subornastis persuasores, ut in sectā uestram traherent Nobilissimū Regē nostrū ac magnos quosdam Principes, tum Electores Imperij ut Albertū Cardinalem & Archiepiscopū Mogontinū & Magdeburgensem, ut fratrem eius Germanū, Marchionē Brandeburgensem, ut Ludouicū Comitē Palatinū Rheni Ducemque Bauarię, Tum alios haud obscuros Roma. Imperij Principes, ut GEORGIVM Ducem Saxonię, ut Henricū, Ducem Brunswic, ut Vuilhelmū et Ludouicū fratres, Duces superioris Inferiorisque Bauarię omnesque Principes & Potentatus inferioris Germanię, &c. Neque tamen quēcumque eorū per tot iam annos atque etiā annorū iultra persuadere ac lucrari, hoc est, seducere ac perdere potuistis. P A. Hæc missa faciamus Petrei, & ad rerum, de quibus disceptamus, capita intendētes, primum de fide confabulemur, Quæ in rebus diuinis, uelut fundamentum primū, maxime necessaria est, Sine fide enim impossibile est placere Deo, ut ait Apostolus. Nisi enim fides recte habeat, quæcumque superstruxeris, corruent. P E. Recte mox nes Pæce, Adeo enim nobile ac necessariū donum est fides, ut sit

Abac. 2.  
Rom. 1.

Ad Tit. 2.

Paradoxa  
Lutheri de  
fide.

ut sit uita animæ, & sine ea iustus uiuere non possit. Iustus enim ex fide uiuit, ut ait quidam propheta & Paulus Apostolus. Quapropter grauissimū malum est heresis, quæ tam nobile donum Dei corrumpit, & animam omnibus despoliat uirtutum bonis. Ideo hæreticum hominē iubet idem Apostolus post primā et secūdam correptionem deuitare, uelut subuersum ac delinquentem, proprio iudicio condemnatum. P A. Hoc est ergo, quod mihi hoc tempore maxime dolet, tot esse apud nos hæreses & sectas intra XV. annos exortas, & ab inferis in lucem reuocatas. ARENIVS. An & Lutheri partem sectam aut hæresim dicitis? PET. Quis dubitat? Omnis enim pars multitudinis à toto seu uersiuerso suo separata, secta latine, à secando, & hæresis Græce dicitur. ARE. Quis uero frequentius aut copiosius criusue fidem his nostris temporibus, docet, astruit ac defendit quā tot libris sermonibusq; & epistolis fecit Lutherus? PET. Vtinam uerbum omnino nullum de fide scripssisset. AR. Quid ita? PE. Rogas? Cui enim unquam profuit no uis suis de fide Paradoxis? Quot uero strages corporum? Quot interitus animarum? Quot Ecclesiarū perturbatio nes atq; ruinas? Quot uitæ pestes, morum corruptelas, religio nis priscae & timoris Domini exufflationes, pestiferis suis de fide disputationibus procurauit ac dedit. ARE. Quando nobis hæc unquam probabis? PETREIVS. Nunc statim, si uis. ARE. Quāuis hæc tua dicta mihi maxime & Paradoxa & incredibilia uideantur, iudicium tamen patienter, ne dicat Paccus, me, qui postremus adueni uerstrum perturbare colloquiū. Dic ergo, ubi tot malis causam fide sua dedit Lutherus? PE. Dicam Areni, nō illius odio, sed ueritatis amore incitatus, in ædificationē sane & utilitatē proximorū, non ad destructionē aut iniuriā ullius mors

Dialogus Iohan. Cochlaei

**Mala non** **non** **talium.** Primum igitur dico illum suis de fide paradoxis ne-  
**paucis ex no-** **mini** profuisse, obtuisse autem innumeris. **AR.** id ostende  
**ua fide Luz-** **PE.** ostendo id hac ratione. Nam per suam de fide doctrinā  
**theri** **minuit** cultum Dei, induxit contemptum sacramentorum,  
attulit neglectum & omissionem bonorum operum, & falsam  
**Incapit. Ba-** **ostēdam.** Primum namq; q̄ minuit cultum dei, hinc patet,  
**by.c. de Eu-** **q̄ scripsit** in sua Babylonia, Nos cum Deo nunq̄ aliter agere  
**char.** **re posse** quā in uerbum promissionis eius, quia opera  
Deus nihil curet, nec eis indigeat. **AR.** Quid hic mali est?  
**Fides Luth.** **PE.** plusq̄ expedit, Nam per hoc dictum tollitur laus dei et  
**tollit laudem** gratiarū actio de præteritis bonis, quæ Deus hominibus cō-  
**Dei gratias** tulit, cum uerbum promissionis non sit nisi de futuris. Dein  
**rum actionē** de tollitur primū & maximum mandatū legis & Euange-  
**& dilectionē** lij, quod est, Diligas deum ex toto corde tuo &c. Quia Luz-  
**Dei.** **therus** docet nos nō nisi fide cū deo agere posse. Ait itaq; nos  
**Math. 22.** **debere** Deo fidem, proximo dilectionē. Quid amplius: tolle-  
lit præterea omnem cultū & honorem dei, quē homines deo  
**Exod. 15.** **in templis** exhibere solent, dum asserit, q̄ Deus opera nihil  
**Luc. 10.** **curet.** Hos tres errores breuissime tribus scripturæ dictis cō-  
futabo. Primum per illud Moyſi canticum, Cantemus do-  
**Pſalm. 61.** **mino,** glorioſe, n. magnificatus est &c. Secundum per illud  
**Ro. 2.** **Christi** uerbum ad Legis peritum. In lege quid scriptum est  
**Prophanat** &c. Hoc fac, et uiues. Tertium per illud Pſalmistæ & Apo-  
**Sacramen-** **ſtoli,** Tu reddes unicuiq; iuxta opera sua. Vides ne iam Ares-  
**ta.** **ni,** quā contumeliosus & iniquus Deo sit per suam de fi-  
**Luth. In af-** **de doctrinam** Lutherus? **AR.** Noſtri non ita declarant.  
**ſer. art. 1.** **P A.** satis superque & breuiter & aperte declarata sunt.  
**P E.** Audite igitur nunc alterum malum, idque grauissi-  
**ſimum,** quo sacramenta Ecclesiæ hominibus contemptibili-  
**lia**

lia fecit. Ait enim in assertione sua. Non saluat baptis-  
mus, sed fides baptismi, Non sacramentum, sed fides  
sacramenti iustificat. Item. Nos autem dicimus, nec noui  
nec ueteris Testamenti sacramenta, sed solam fidem iustis-  
ficasse. Docet itaq; sacramenta Ecclesiæ tantummodo esse  
signa externa, quæ non dent gratiam recipienti illa. Hinc or-  
ta sunt maxima sane & quàm plurima in populo Dei mala.  
Quinq; enim sacramenta blasphemæ ac contemptibiliter re-  
iecta sunt ab omnibus nouis sectis, quæ ex Luthero natae  
sunt. Duo residua multis erroribus iniurijsq; prophanata.

Inde negatur baptismus paruulis apud Anabaptistas, et  
rebaptizantur adulti, tâquàm baptismus paruulis, qui nõ-  
dum credunt neq; fidem per ætatem habere possunt, nihil  
profit. Aduersus hunc errorem Lutheri multa scripserunt  
Episcopus Roffensis & Iohannes Cochläus, quæ referre  
longum esset. Hic sufficiat eam tribus confundere scripturæ  
locis. Quorum primus est in Euangelio Iohannis, Hic est  
q̄ baptizat in spiritu sancto. Alter Pauli ad Galatas, Qui  
cumq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.  
Tertius Petri in priori Canonica, Quod & uos nunc similis  
formæ saluos facit Baptisma. AR. Istim Lutheri sententiã  
clarius et copiosius asseruit in locis communibus Philippus  
noster. PA. At ubi uiderunt tanta inde exoriri mala, pœnitẽ-  
tendo aliter scripserunt ambo, tum contra Rebaptizatores,  
tum in uisitatione Saxonica & in Apologia sua Philippus.  
PE. Neq; tamen ibi sincere & absq; errore scripserunt. Et si  
nihil erroris ibi esset, apud Anabaptistas tamen nihil ampli-  
proficerent, qui semel haustum ac deuoratum errorem mor-  
dicus per omnia supplicia tenent. Rei sunt igit ( ut uereor )  
ambo coram deo uniuersi sanguinis, quem Anabaptistæ tã  
atrociter fundunt, quia falsum istud dogma deside, contra

Anabaptis-  
tarum origo.

Ioh. 1.  
Gal. 3.  
1. Pet. 3.

Dialogus Io. Coc.

Neglectus  
bonorū oꝝ  
perum.

Luth. cōtra  
Iō. Cochleū

baptismum, illis suggererunt. P A. Perge ad tertij mali de-  
clarationem. P E. Tertiu dixi malum, q̄ attulit neglectū &  
omissionem bonorū operum. Bone deus quantum hic mali  
dedit ac procurauit, dum docuit aduersus Cochleum, in re  
conscientiarum solam fidem totū esse, opera nihil esse. Hinc  
innumeri sacerdotes & Monachi omiserunt horas Canonis  
eas & multa alia deuotionis & pietatis exercicia. Hinc Qua-  
dragesima cum alijs Ieiunijs in crapulam transferunt, Hinc  
pauperibus subtrahunt elemosynas, adeo, ut in plæriss  
que oppidis Misnia, Lusatia, Slesia &c. ubi prius nutrie-  
bantur CC. aut CCC. scholares pauperes, nunc per an-  
nos aliquot, post hanc Lutheri aduersus opera de fide do-  
ctrinam, uix alantur XX. aut XXX.

Luth. In ser-  
mo. Ita deus  
dilexit mun-  
dum.

Dixit enim alicubi Lutherus. Angusta est uia, oportet te  
fieri tenuem, si uis peream transire, ac per petram penetrare.  
Qui autem operibus onerati sunt, sicut conchilibus circum-  
septi sunt peregrini S. Iacobi, ij penetrare nō poterunt. Ideo  
oportet te tenuem & gracilem fieri. Si uencris cum magnis  
saccis, operum plenis, deponere oportebit, alioqui penetrare  
non poteris.

Matth. 10.

Ib. 16.

Ib. 6.

Apoc. 14.

2. Timo. 1.

At contra has falsissimas insanias eius, manifeste dicit do-  
minus in Euangelio. Quicumq; potum dederit uni ex minis-  
tris istis, calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipu-  
li, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Item. Et tūc  
reddet unicuiq; secundum opera eius. Item Thezaurizate  
uobis thezauros in celo. Et Iohannes in Apocalypsi. Ope-  
ra enim illorum sequuntur illos. Et Paulus ad Timotheum.  
Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depo-  
situm meum seruare in illum diem. P A. O quam durum  
erit Luthero, de tot bonorum operum omissionibus per su-  
am doctrinam procuratis, Deo rationem reddere, Cum ex  
Euangea

Euangelio manifestum sit, quia Christus in nouissima die *Math. 23.*  
ad operum misericordiae omissores diciturus sit, Esuriui &  
non dedistis mihi manducare &c.

Sed perge ad declarandum nobis Quartum ( quod com- *Falsa securus*  
memorasti ) malum, quod Luthero impingis. PE. Vtinam *ras de salute.*  
falso impingerem illi, sed uerba eius nimium sunt manifesta  
Ait enim in sua Babylone. Ita uides, quàm diues sit homo *De Capri-*  
Christianus siue baptizatus, qui etiam uolens non potest p- *Babylo. c. de*  
dere salutem suam quantiscunq; peccatis, nisi nolit credere, *baptismo.*  
Nulla enim peccata eum damnare possunt, nisi sola incredus-  
litas, Caetera omnia, si redeat uel stet fides in promissionem  
diuinam, baptizato facta, in momento absorbentur per ean-  
dem fidem. Hec & similia dicta eius ita reddunt plerisque sto-  
lide securos, ut credant se nullis peccatis salutem perdere pos-  
se, dum credunt sibi in baptismo semel & peccata remissa  
& uitam aeternam promissam ita fuisse, ut nulla peccata,  
que post baptismum fiunt, promissionem illam irritam reddere quant.

At haec falsissima esse, quis dubitet? Nam ipse dominus *Reprobatio*  
ait, seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, uapulus *Luc. 12.*  
labit multis. Et Paulus. Vide ( inquit ) bonitatem & seueritatem *Ro. 11.*  
tatem Dei in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, In te  
autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate, Alioquin *1. Cor. 10.*  
& tu excideris. Item. Qui stat uideat ne cadat. Et Petrus, facta *2. Pet. 2.*  
sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat  
illis, non cognoscere uiam iustitiae, quam post agnitio-  
nem retrorsum conuerti &c. At Lutherus ita excutit om-  
nem Dei timorem e mentibus hominum per nouam de  
fide doctrinam suam, ut in alio quodam loco dicat, quod fides  
nullo modo esse potest, nisi sit uiuax quaedam & indubitata *In commen-*  
ta opinio, qua homo certus est super omnem certitudinem, *ta. super*  
se se placere Deo, se habere propitium & ignoscentem *Psal. 13*  
Deum

Dialogus Io. Coc.

Deum in omnibus quæ fecerit aut gesserit, propitium in bonis, ignoscentem in malis. Quid enim est fides (inquit) quæ non est talis opinio?

Ecclesia. 9.

Ad hæc & id genus innumera Lutheri falsa de fide Paradoxa, quid putas, Arni, in Concilio dicturos esse Doctos viros ex omni Natione in unum congregatos: An nõ obijcient hic protinus illud Salomonis. Sũt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei, Et tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. AR. Huic obiectioni iam pridem responderunt Lutherus & Philippus. PE, facile quidem respondent ad plebem indoctam, cui tam plausibilia placent, sed uiderint, quid Deo aliquando responsuri sint, & doctis in Concilio uiris. P A. Mihi sane ista excusatu difficillima uidentur, utpote absurda, scandalosa, & scripturis atq; etiam rationi naturali contraria. PE. Sed adhuc magis absurda infinitis amarulissimisq; contentionibus docuit Lutherus de fide, dum contendit, quod sola fides iustificet, Quod & Philippus eius affirmat, sed extat contra hoc eorum paradoxum bene longa confutatio per Cochleum in Tertia Philippica, Nusquam enim probare aut ostendere possunt, quod hæc uox, Sola, sit in scripturis fidei adiuncta, dum ei tribuitur iustificatio. Et haud obscure ipsimet hoc ipsum redarguunt, dum affirmant, ueram fidem sine operibus non esse, quemadmodum nec ignis sine calore est, nec aqua sine humore. Et ramẽ, cum dicunt, Sola fides, maxime opera excludere & à fide separare uolunt. P A. Nimis intricata docent, dum sic docent, implicent enim contradictionem. PE. Ita est, sed ipsi importuna uerbositate omnes obtundere satagunt. AR. At nihil docent contra XII, articulos fidei, qui ponuntur in Symbolo Apostolorum. P E. Si docti uiri in Concilio examinauerint

An sola fides iustificet

runt eorū Catechismos, multos apponēt (haud dubito) obeliscos. Nos pauca quædā indicasse sufficiat, ne uerū esse putēs, quod supra dicebas, neminē defendisse fidem acrius aut copiosius quā fecerit Lutherus. Manifestū est em̄, quod nunc multo debitor sit fides in mentibus hominum quā fuit ante annos xx. anteq̄ Lutherus de fide scribere cœpisset. Si ergo ex fructibus arbor recte cognoscis, quid dubitas, malā istā dānare ac maledicere arbore, ex q̄ tā mali nati sunt fructus?

## DE ECCLESIA ET EIVS membris. Caput VI.

**P**ACE. Multas audio passim contentiones de Ecclesia  
mēbrisq̄ eius, quas expediret p̄ Cōciliū determinatio  
nē tolli. AR. Si hic app̄barēt regula, quā docet Lutherus,  
mox omnis cessaret cōtētio. PA. Quæ est illa regula? AR.  
Signum (inquit) quo cognoscis certissimū, ubi Ecclesia sit,  
est uerbū Dei, Ecclesia em̄ sit uerbo Dei, non ipsa facit uer-  
bum. Non enim ideo uerbum dei est quia Ecclesia dicit, sed  
quia uerbum dicit, ideo ecclesia est. Hęc Lutherus. Male igi-  
tur iactitant se Papistæ, qui traditionibus hominum nitun-  
tur, quod apud ipsos sit Ecclesia, cum non habeant uerbum  
Dei, p̄ quod Ecclesia sit et cōsistit. PA. Quid tibi uidēt Pe-  
trei? admittis istā Luttheri regulā, et hanc illationē Arenij?  
PE. Quamuis pacis gratia libenter admittā, quicquid bona  
conscientia et salua fide admittere possum. Attamen hęc  
tum Lutheri, tum Arenij uerba simpliciter admittere non  
possum. PA. Quam habes aduersus ea causam? PE. Dicā,  
Si enim uerbum dei signū certissimū est ad cognoscendū,  
ubi nam sit Ecclesia Christi, Iudæi quoq̄ & heretici haberēt  
apud se Ecclesiā Christi. Nam & ipsi habent uerbum Dei.

Regula Lu-  
theri de Ec-  
clesia.

Luth. de ab-  
rogāda Mis-  
sa.

Reprobatio

Dialogus Iohan. Cochläi

**A R.** Iudæi & hæretici solum habent uerbū scriptum & literam mortuā. Ecclesia aut̄ habet uerbum Dei uiuum & spiritum uiuificantem. Illos litera occidit, Ecclesiam spiritus uiuificat. **P E.** Recte dicis Areni, At Iudæi quoq; et hæretici asserunt se habere uerū & uiuū uerbū dei, non mortuā literam, sed spiritum uiuificantem. Quid ergo, si de Ecclesia nobiscum cōtendant? Quis inter ipsos & nos discernet? **A R.** Spiritus ueritatis, qui iuxta promissum Christi, docebit nos omnia. **P E.** At illi non minus quam uos illum spiritū ueritatis sibi arrogant. **A R.** Quis eis credat? **P E.** Quid si ē conuerso dicant, Quis credat tibi? **A R.** Nos habemus testimonia scripturæ sacræ, ubi Christus dicit, Dic Ecclesiæ, & Paulus, an Ecclesiam Dei cōtemnitis. **P E.** Eadem uerba profese adducunt et hæretici, Iudæi aut̄ ea quidem non recipient, sed alia pro sese longe antiquiora producent, ex lege, ex psalmis & ex prophetis. In lege enim scriptum est. Non intrabit Eunuchus ecclesiam Domini. Et in Psalmis, In medio ecclesie laudabo te. Item, Laus eius in Ecclesia sanctorū. Deniq; in prophetis ait Hieremias in Threnis, De quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam. Et Iohel, Sanctificate ecclesiam.

**Obiectio Iudæorum.** Quid ergo, si dicant nobis Iudæi, se antiquiora ex scripturis habere iura ad ecclesie nomen quā nos habemus? **A R.** Quid hic dicam aut respondeam, non satis scio, Non enim recordor, ubi nodum istum dissoluerit Lutherus aut Philippus. **P E.** Ita ne totus pendes ex Luthero et Philippo? **A R.** Hi mihi præcipui uidentur, & præ cæteris placent. Forsitan autē & ipsos cum Virgilio dicere oportet. Non omnia possumus omnes. Si tu autem habes in promptu, quid hic iudicis hæreticisq; respondeas, rogo, ne graueris dicere, & rem istam

istam explicare, ne nos altercando rem totam perdamus, a  
 lijs eam sibi uendicantibus. P. E. Si dicendū mihi sit qd sen  
 tio, sub correctione, saluo semper meliori iudicio, dictū uos  
 lo. P. A. Nullus adest hic Cenfor seuerus, rigidusue hæretic  
 cæ prauitatis inquisitor, qui uerba tua duriter captet, aut ad  
 rigorem normę suę examinanda contorqueat. Dic ex bo  
 no & æquo, iuxta animi tui sententiã, secundum dicta  
 men scripturę & sanctorum patrum. P. E. Primum igitur  
 Iudcis ita responderim. Etsi Maiores nostri ante Christi sal  
 uatoris nostri natiuitatem, qui Christum expectabant & in  
 eum credebant, ueram habuerunt Ecclesiam ac uerum uer  
 bum Dei & spiritum uiuificãtem atq; adeo ipsimet uera do  
 mini Ecclesia fuerant, De qua iam adductæ à me supra, in  
 telligi debent scripturę. Auentu tamen domini nostri Iesu  
 Christi uetula facta est & sterilis atq; effœta Iudæorum Ec  
 clesia, De qua scriptum est in cantico Annę. Et quę multos  
 habebat filios infirmata est. Et in Esaya, Multi filij desertæ  
 magis quam eius quę habebat uirum.

Responsio

1. Reg. 9.  
Esa. 54.

Meretrix,

Esa. 1.  
Hierc. 9.

Ezech. 16.

Dan. 9.

Synagoga  
Satanę.

Morte autem domini non solum sterilis uetula sed etiam  
 crudelis & blasphema meretrix facta est, sine lege, sine rege,  
 sine unctione. Cui impropert Dominus per Esaiam di  
 cens. Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis. Et per Hie  
 remiam. Frons mulieris meretricis facta est tibi. Item per  
 Ezechielem. Propterea meretrix audi uerbum Domini.  
 Hęc dicit Dominus Deus. Iudicabo te iudicijs adultera  
 rum effudentiũ sanguinem. Item per Danielelem, Et post  
 hebdomadas L XII. occidetur Christus, & non erit eius  
 populus qui eum negaturus est.

Scelere igitur crudelitatis & infidelitatis suę facta est gens  
 Iudæorum Ecclesia malignantiũ & synagoga Satanę, ac ue

Dialogus Ioan. Cochlaei

Psalms 71.  
Gen. 22.

rae Ecclesie tum nomine tum dignitate et gratia iuste despoliata. Christus enim in cruce aliam sibi sponsam ex gentibus uelut secundus Adam, de latere suo produxit, De qua dicit Psalmista. Et benedicentur in ipso omnes tribus terrae, omnes gentes magnificabunt eum. Et longe ante eum dixerat Deus ipse ad Abraham. Benedicetur in semine tuo omnes gentes terrae. Hæc breuiter Iudæis responderim, quibus uerbum Dei factum est panis luctus & mensa scandalii, luctus occidens & poculum fletus, Sicut ait prophetice Psalmista, fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum, obscurantur oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorum semper incurua. P A. Pulchre profecto retudis Iudæorum superbiam, mutuatis ex propria eorum pharetra sagittis, dum ex ueteri testamento probas cuncta que dicis.

Psalms 69.

Heretici Lapide sunt Centauri.

Nunc si ex nouo testamento hereticorum superbiam identidem retuderis, & sponsam Christi sanctam Ecclesiam ab eorum impuro complexu uindicaueris, non minori laude mihi dignus uideberis, quam Poetis est Theseus, qui sponsam Pirithoi ab iniurijs Lapitharum et Centaurorum armis & graui periculo afferuisse fert. Quid enim aliud sunt heretici quam monstruosa forma, trucesque Centauri: qui sub pelle ouina rapaces sunt lupi, ac uere Hippocentauri, qui sponsam Christum rapere, et in perfidia castra abstrahere moliantur. P E. Vereor, Pance, ne forte Arenius existimet in se dictum, si liberius que sentio in hereticos dicturus sim. A R. Tu me igitur pro heretico habes: P E. Ego te ut ueterem amicum libenter pro bono uiro accipio atque habeo, modo non sis nimium addictus Lutheri, quem necessario pro heretico me habere intelligis A R. E

Lutheri, necessario pro heretico habendus est.

N I V S. Quid necessarios: P E. Cogente me publicorum iudiciorum autoritate. Quomodo enim pro heretico non habeam eum, quem & summus Pontifex Romæ cum omnibus Cardinalibus & Theologis suis in Bulla Apostolica, quem Ro.

Imperator Vuormaciæ cum omnibus Principibus & stati-  
 bus Imperij in publico Edicto, Quæ tot Vniuersitates præ-  
 clara per suos Doctores, Iurisiurandi religione constrictos  
 & in examen adductos, solenni more in suis determinatio-  
 nibus, pro heretico declarauerunt ac damnauerunt publice  
 Nonne reus essem & Idololatriæ per peccatum inobediens  
 tig, & læsæ Mæstatis per contemptum, si illum non pro he-  
 retico, sed pro Doctore Catholico & approbato tenerem,  
 maxime si & Doctrinam eius acceptarem & sequer, Quæ  
 à summis potestatibus, uelut hæreticum tot iam annis præ-  
 iudicatum atq; damnatum non ignorem? An non incide-  
 rem atq; per inobedientiam impingerem & in Canonem, il-  
 li Apostoli. Omnis anima potestatibus sublimioribus sub-  
 dita sit. Qui enim potestati resistit, Dei ordinationi resistit.  
 A R. Dura sunt hæc Petrei, sed de persona sua uiderit ipse  
 Lutherus, Ego Euangelio potius quàm illius persone sum  
 addictus. P E. Contra Euangelium nihil unquam dicere  
 sciens prudensq; uolo. A R. facile igitur te audiam, dic, ut pe-  
 tit Pæceus. P E. Audistis iam supra, Iesum Christum, Do-  
 minum & saluatorem nostrum, dato synagogæ libello repu-  
 dij, aliam sibi in cruce sponsam, ex latere suo produxisse atq;  
 copulasse, & quidem indiuiduæ coniunctionis uinculo, De  
 quo Apostolus ait. Sacramentum hoc magnum est, ego au-  
 tem dico, in Christo & Ecclesia. De quo & ipse met demis-  
 nus prædixerat in Euangelio, Ego si exaltatus fuero à terra,  
 omnia traham ad me ipsum. Et præcesserat mox ab initio  
 creaturæ pulcherrima huius sacramenti & sacratissimæ des-  
 sponsationis & copulæ figura, in primo Adam dormiente,  
 ex cuius latere formata fuit Eua, uirgo, sponsa & uxor eius,  
 De qua ipse, à somno excitatus, prophetice dicebat, Hoc  
 nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc sublimis

1. Reg. 13.

Ro. 13.

Sponsa  
Christi.

Eph. 5.

Ioh. 12.

Gen. 2.

Dialogus Io. Coc.

ille diuinorum percrutator myſteriorum Paulus, in terciū  
celum raptus, clare cognoscens, in epistolis ſuis paſſim inſi-  
nuat nobis, pro modulo captus noſtri. Ait enim ad Corin-  
thios. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de mem-  
bro. Item. Factus eſt primus Adam in animam uiuentem,  
nouiſſimus Adam in ſpiritu uiuificantem. Item. Deſpon-  
dit uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Et ad E-  
pheſios. Et ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, que  
eſt corp⁹ ipſius & plenitudo eius, qui omnia in oibus adim-  
plet. Item. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut et Chriſtus dile-  
xit Eccleſiā, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctifica-  
ret, mundans eam lauacro aque, in uerbo uitæ &c.

Hanc igitur Eccleſiam, dominus, ex hoc mundo diſceſ-  
ſurus, Petro regendam commiſit, quando dixit ei, Simon  
Iohannis, diligis me plus his? Paſce agnos meos, paſce oues  
meas. Hunc Chriſti Vicarium, & præcipuum ouium Chri-  
ſti paſtorem, cui traditæ ſunt clauſes regni cœlorum, uelut  
ſupremum uerticem in Eccleſia Dei, uenerabiliter agnouer-  
unt omnes alij Apoſtoli cum toto credentium in Chriſtū  
numero, Quemadmodum & ex Actibus Apoſtolorum &  
ex traditionibus ſanctorum patrum manifeſte conſtat.

In omnibus enim Eccleſie negocijs ipſe primatū tenuit,  
Nam mox poſt aſcenſionem Dñi, anteq̃ completi eſſent  
dies Pentecoſtes, cum alius eligendus eſſet in locum Iudæ  
proditoris, Exurgeus Petrus in medio fratrum, cauſam p-  
poſuit, Et accepto in linguīs igneis ſpiritu ſancto, Petrus  
ſtans cum Undecim, eleuauit uocem ſuam, & locutus eſt  
Iudæis admirantibus, Cūq̃ multi corde compuncti dicerent  
Quid faciemus uiri fratres, non alij reſponderunt Apoſto-  
li, præſente Petro, ſed ei tanq̃ ſupremo ceſſerunt loquendi  
ac præſiniendi autoritatem, Ita & Iohannes, quem maxime  
diligebat

1. Cor. 12.  
Ib. 15.  
2 Cor. 11.  
Eph. 1.  
Ib. 5.

Eccleſia Ch-  
riſti Petro  
commendas-  
ta.  
Ioh. 21.

Primatus Pe-  
tri.

A. A. 1.

Ib. 24.

diligebat Iesus, cessit Petro in sanatione claudi, Cumq; capti  
 iam essent, rursus Petro cessit loquendi autoritatem, Ita et in  
 prauaricatione Ananiæ & Saphyræ Petrus præ alijs corripiendi  
 autoritatem habuit, Cumq; Iudæi sacerdotes præcep-  
 iendo præcepissent Apostolis ne docerēt in nomine Iesu,  
 Respondens Petrus et Apostoli dixerunt, Obedire oportet.  
 Deo magis quàm hominibus. Si iam nihil prerogatiue præ  
 alijs Apostolis habebat Petrus, Cur ubiq; nominatim & spe-  
 cialiter præ alijs commemoratur? Cur ait Lucas, Respon-  
 dens Petrus & Apostoli dixerunt, Cum breuius dicere pos-  
 tuisset, Respondentes Apostoli dixerunt: Longum foret  
 omnia ex Actibus Apostolorum loca commemorare.

Ib. 2.

Ib. 4.

Ib. 5.

Quæ est ergo  
 uera &  
 Catholica  
 Ecclesia.

Ioh. 10.

Coloss. 2.

Obiectio cõ-  
 tra Ro. Eccl.  
 Gen. 19.

Ea est igitur uera & Vniuersalis Ecclesia Christi, quæ Pes-  
 trum & successores eius, uelut supremum pastorem & Vis-  
 carium Christi agnoscit, eique obedit, & pro eo orat, Quæ  
 admodum in publicis precibus dicere solemus. Oremus  
 pro pastore nostro, hoc est, pro Papa, seu Ro. Pontifice.  
 Quisquis ergo hunc Ecclesiæ pastorem & Principem sum-  
 mumq; sacerdotem non audit, sed contemnit, hic non est de  
 Ecclesia Dei, nec de ouibus Christi. Vocem enim pastoris  
 audiunt oues Christi, uocem alieni nõ audiunt, ut affirmat  
 ipse Dominus in Euangelio. Quicumq; igitur separant se à  
 Ro. Ecclesia, quæ caput est omnium Ecclesiarum, de uera Chris-  
 sti Ecclesia esse non possunt, Quia non tenent caput (ut ait  
 Apostolus) ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones  
 subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei. AR.  
 Si Papa temporibus nostris talis esset, qualis Petrus & suc-  
 cessores eius permultifuerunt, nemo quereretur ab eo seperari,  
 Cum aut Ro. Curia sit quauis Baby'one corruptior, qd  
 mirum, si uiri boni ab ea exire festinent, ut saluent animas su-  
 as: Clarum enim habemus eius rei exemplum & autoritatē in  
 factis

factis

Dialogus Ioan. Coch.

- Gen. 19. sacris literis, Nam cum Loth de Sodoma exire tardaret, Angeli iubebant, immo rogebant, et apprehensa manu eduxerunt eum, dicentes, Salua animam tuam, noli respicere post tergum. Et propheta clamat, Recedite Recedite, Exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius. Et Apostolus.
- Esa. 52. Scripsi uobis in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Itē.
1. Cor. 5. Solutio. Non commisceamini cum illo, ut confundatur. PE. Hæc sunt ficulnea illa perizomata, quibus pudenda hæreticis tegit Diabolus, ut retineat eos extra Ecclesiæ unitatem, in certō aeternæ damnationis statu. Quemadmodum enim nemo extra arcam Noë in generali diluuiō saluari poterat, Ita nemo potest extra Ecclesiam (quæ teste Aug. per Arcam figurata fuit) saluari unquam poterit. AR. Tu sacrę scripturæ loca, Diaboli perizomata dicis? PE. dico, si male intelligantur, aut in reprobō sensu plebi proponantur. Nosti enim quot scripturæ sacrę allegationibus ipsum dominum, qui omnia nouit, in præcipitiū dare uoluerit Tentator. AR. Ego nullum hic locum scripturę in reprobū sensum retorsisti. PE. Aliter tamen intelligis, aut intelligi uis, quā oportet. Loquuntur enim adductæ scripturæ, de externa & corporali cohabitatione seu conuersatione, Tu intelligis aut intelligi uis de interno spiritus uinculo, quo Christi membra & sibi inuicem per charitatem & fidei unitatem, & capiti per obedienciæ officium, connexa sunt, & inseparabiliter coniuncta permanere debent, ut sint unū in Christo, Quæ admodum Christus ipse perit, & Apostolus docuit. Obsecro (inquit) uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis, Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, solliciti, seruare unitatem spiritus, in uinculo pacis. Et alibi ait. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.
1. Pet. 3. Utinam
- Aug. de ci. u. De lib. 15 c. 26. & 27.
- Ioh. 17. Eph. 4.
- Gal. 6.

Vtinam uero Areni hic diligenter legeres atq; relegeres Luth. proſ  
theri commētarium super hunc locum Pauli ad Galatas, ut prio iudicio  
inde intelligeres, quam scelestum & impium sit Ro. Eccleſ  
ſiam, propter prauos mores eorū qui Romæ sunt, deſerere,  
& per ſeparationē ſchiſmaticam ab ea diſcedere. AR. Legi  
proſecto, ſed nihil tale ibi inueni, quod tu dicis. PE. Forſi  
tan incidisti in exēplar posterioris æditionis. Poſteaquā  
enim ipſe met à Ro. eccleſia manifeſte deſciuit, ne uideretur  
ſeiſum damnare, omiſit ibi multa, quę prius ediderat anno  
Domini M. D. XIX. AR. Vnde id noſticit PE. Certa ex  
perientia, Nam anno domini M. D. XXIII. Cum obij  
cerem Lutheranis quibusdam locum illum Lutheri, ipſi ne  
gantes talia ibi haberi, offerebant mihi exemplar posterioris  
æditionis, Quod cum perlegerem in eo loco, & nihil tale re  
perirem, ipſi ſubridendo fatebantur, data opera omiſſum  
ſuiſſe quod ego querebam. P A. Si ad pacem & unitatem  
(quam deſyderamus & colloquio iſto quærimus) ſeruiunt  
aut conducunt, quę perperam ibi omiſſa ſunt, ne graueris  
quęſo, ex priori eius æditione pauca ex ijs recitare. PET.  
Prolixiora ſunt quam ut hic commode recitari omnia poſ  
ſint, ſed ut mones, pauca recitabo.

Hęc em̄ ſunt eius uerba. Alioquin (inquit) Cur nō Moſ  
ſes quoq; reliquit duræ ceruicis populū? Cur nō Helifeus & Verba Lut.  
prophætæ reges Iſrael Idolatras? Cōſequens eſt, quod Boeſ ſum, & con  
morū diſcidiū à Ro. Eccleſia, nulla poſſit excuſatiōe defenſ  
di, quin ſit impium, & Chriſti omnibus legibus contrariū. tra Bohemo  
Quia contra charitatem, in qua oēs leges ſumman̄, perſtat. rum diſcidiū  
Nam hoc, quod unice allegant, ſeſe timore Dei & concien  
tiæ deſeciſſe, ne inter malos ſacerdotes & pontifices uiuerēt,  
hoc eos maxime omnium accuſat. Si em̄ ſunt mali pontifi  
ces, ſacerdotes, aut quicunq;, & tu uera charitate ſerueres, nō  
diffuſ

Dialogus Io. Cochlaei

diffugeret, sed etiam si in extremis maris esses, accurreres, fleres, moneres, argueres, prorsus omnia faceres. Et hanc Apostoli doctrinam secutus, non commoda, sed onera ferenda tibi esse scires. Itaque claret, totam Boemicae istius charitatis gloriam, esse meram speciem & lucem, in quam se angelus Satanæ transfiguratur.

Attendite o lector.

Nunquid & nos, qui ferimus onera, & uere importabilia monstra Rom. Curia, ideo fugimus & discedimus? Absit, absit, Reprehendimus quidem, detestamur, oramus, monemus, Sed non scindimus ob hoc unitatem spiritus. Non inflamur aduersus eam, scientes, quod charitas super omnia eminent, non tantum super rerum corporalium damna, sed etiam super omnia monstra peccatorum, ficta charitas est, quae non nisi commoda alterius ferre potest. Haec ibi Lutherus in forma, quod aiunt, Ex quibus facile intelligitis, quale maneat iudicium uniuersos Lutheranos, qui in fine usque pertinaciter in diffidio isto suo perdurauerint. P. A. Pulchra sunt haec & scitu necessaria.

Ad Areni tamen locos nondum satis clare uidetur abs te responsum esse. Si enim exeundum & recedendum est a malis corporaliter, quomodo seruetur cum illis unitas spiritus in uinculo pacis? Quae enim unitas spiritus, quae pax est inter praesens? P. E. Causae recedendi a malis corporaliter sunt multae. Vna, ne boni simul cum malis pereant, ingruente Dei uindicta, siue de caelo ut in Sodomis, siue per bella ut in Hierosolymis. Altera, ne scandalis exemplisque et contagione scelerum deprauent etiam boni, iuxta illud Apostoli, Nolite seduci, Corruptum mores bonos colloquia mala. Tertia, ut mali inde confundantur, & per confusionem uerecundiae ad meliorem frugem reducantur. Haec ad tria per Arenium adducta scripturae loca breuiter dicta sunt. Ceterum quomodo seruent boni cum malis

Esa. 57.

Causae recedendi a malis corporaliter.

2. Cor. 15.

malis, p̄ij cum impijs, in Ecclesia Christi, unitatē Spiritus & uinculū pacis, Vtinā hoc uobis tam bene explicare possem, quā libenter uellem. Si em̄ hoc Hussitę & Lutherani recte intelligerent, à multis p̄fecto erroribus per hoc liberarentur. P A. Dic ut potes superuenient alij, qui sumpta hinc occasione, melius explicabunt postea, Facile est enim inuentis addere. P E. Ne igitur in æquiuocis absq; distinctione confuseloquamur, præmittam generales quasdam distinctiones, uulgo receptas.

Quarum prima hæc est, Ecclesia Christi in patria aliter Duplex Ecclesia, militans & triumphans. considerat̄ quam in uia. In patria triumphans, in uia militans dicitur, una quidē secundum substantiā, diuersa secundum considerationē & statum. Triumphans etenim per omnia sancta est & immaculata, non habens maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, ut ait Apostolus. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationē faciens & mendaciū, ut dicit in Apocalypsi Iohannes Apostolus. Ephē. 5. Apoc. 21. 2. Tim. 2. Militans uero est magna & ampla domus dei, In qua non solū sunt uasa aurea & argētea, sed etiā lignea et fictilia ut ait Apostolus. Et quedā qdē in honorē, qdā autē in cōtumeliā.

In militante igitur Ecclesia non omnes sunt sancti & Boni et mali simul in Ecclesia militant. immaculati, sicut in Triumphante, sed sunt in ea simul boni & mali, Quemadmodum in arca Noæ erant simul munda & immunda animalia, pardi & hædi, lupi & agni. Et de hac militante Ecclesia ait Dominus in Euangelio. Simile est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & superfeminauit zizania in medio tritici, &c. Gen. 7. Matth. 13. Ib. 22. et. 25. Item simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & Item simile est ex omni genere pisciū congregati. Item simile est regnū cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Itē simile est

Dialogus Ioan. Cochlaei

Decem uirginibus, quarum quinque erant prudentes & quinque fatue. P. A. Quid negant ista Hussitæ aut Lutherani? P. E. T. Negare non possunt tam clara Euangelij uerba, sed adulterino sensu corrumpunt, ut malos prælatos à membris Ecclesiæ separent, sed de ijs postea.

**Duplex fides, formata & informis.** Gal. 5. Nunc aliam audite distinctionem, fides in Christum, formata dicitur, cui formam dat charitas, De qua dicit Apostolus, fides quæ per dilectionem operatur. Informis uero dicitur quæ etsi omnia credenda credit, amissa tamen per peccatum mortale charitate, nihil prodest ad salutem. De qua dominus in Euangelio ait. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei. Et Paulus ad Corinthios, Etsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. P. A. Quid hic desyderant Lutherani. P. E. Nolunt agnoscere fidem informem.

**Duplex gratia.** 1. Cor. 15. 2. Cor. 12. Tit. 7. Sed ut perueniam quo tendo, aliam rursus distinctionem præmitto. Est gratia Dei gratum faciens, quæ peccata remittit & Deo gratum facit, De qua ait Apostolus. Gratia Dei sum id quod sum. Et Dominus ad eum, Sufficit tibi gratia mea. Et ipse ad Titum, Iustificati gratia ipsius. Est item gratia Dei, gratis data, quæ dona dei in nobis multiplicat. De qua pulcherrime differit Paulus Apostolus in plerisque locis, quos commemorare longum fuerit. Et hæc secundum multiplicia dei dona, multiplex est, Ait enim Apostolus. Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiritus. Item habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes. Et Christus in Euangelio, Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eijcite. Gratis accepistis, gratis date.

Differt autem talis gratia, quæ gratis data dicitur, ab ea quæ

quæ gratum faciens appellatur, Quia hæc sine charitate nõ est, nec stat cum peccato mortali, Illa uero sæpe etiam malis contingit, quia datur in utilitatem Ecclesiæ, possunt autem & mali homines alijs secundum dona Dei prodesse Quales sunt, de quibus Dominus ait. Multi dicent mihi in illa die, Domine domine, Noñe in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus; Et tunc confitebor illis, Quia nunq̃m no uiuos, discedite à me omnes qui operamini iniquitatē. PA.

Matth. 7.

Necessaria sane mihi uidetur ista distinctio. Quid Lutherani, negant eam: PE. Negant & explodunt, uelut scholastica adinventionē, Quā tamen tot scripturis fundatam uides & hinc in multos decidunt errores, ut audies paulo post.

Duplex corpus, Homogeneum &amp; Hæterogeneum.

Nunc Quartam super addam distinctionem, quæ & ipsa contra illorū errores necessaria uidetur, De membris Ecclesiæ. Etenim Ecclesia corpus Christi dicitur, ut patet supra ex Apostolo. Corpus autem aliud Homogeneum, quod eiusdem naturæ partes habet cū suo toto, Verbi gratia, omnis pars uini uinum est, omnis pars aquæ, aqua est, omnis pars ligni lignum est, omnis pars terræ terra est, Aliud Heterogeneum, quod diuersæ naturæ partes habet, differentes scilicet & inter sese & à suo toto. Verbi gratia, partes corporis humani sunt, caput, pectus, uenter, crura, pedes, brachia manus. Partes arboris radix, stipes, rami, Partes domus, fundamentum, parietes, tectum.

Secundum hanc duplicem corporis considerationem Duplicia sunt membra Ecclesiæ, Quædam secundum gratiam gratumfacientem, quæ quum soli Deo cognita sit (Nescit enim homo utrum amore dignus sit an odio) non facit manifestam nobis inter Ecclesiæ membra distinctionem, Non enim nostrum est iudicare, an homo in gratia Dei sit

Duplicia Ecclesiæ membra. Eccl. 9.

Ro. 14.

Dialogus Io. Coc.

nec ne. Aitenim Apostolus. Tu quis es qui iudicas alienum  
 seruum? Domino suo stat aut cadit. Quædam uero sunt Ec-  
 clesie membra, secundum gratiam gratis datam, De quibus  
 loquitur Paulus ad Ro. ad Corin. & ad Ephesios. Quod si-  
 cut in corpore humano non eundem actum habent omnia  
 membra, Ita & in Ecclesia, quæ corpus Christi est, non om-  
 nia membra eundem actum habent, sed alia alium habent  
 actum, secundum diuersa dona spiritus, seu gratiæ gratis da-  
 tæ. Et secundum diuersa membrorum officia & ordinum  
 distinctiones Aliud est enim officium Prophetæ, aliud Do-  
 ctoris, aliud Pastoris, aliud interpretis etc. Neque dicenda sunt  
 hæc ad inuentiones hominum, cum sint ordinationes Chris-  
 sti & sancti spiritus, sicut manifestissime docet Apostolus,  
 In epistolis supra allegatis. Diuisiones ( inquit ) gratiarum  
 sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministratumum  
 sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt,  
 idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus, Vni-  
 cuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. His  
 igitur recte intellectis, facile est Catholicis, omnes de Eccle-  
 sia & membris eius Lutheranorum captiones & errores esse  
 fugere. P A. Id nobis declara. P E. Primum. Inique, falso  
 se, impie & blasphemè dicunt Ecclesiam Papæ esse Eccle-  
 siam Antichristi & Synagogam satanæ. Quia nulla Eccle-  
 sia in mundo potest ita continuam & certam successionem  
 in prelatibus suis ostendere per annos M. D. sicut potest Eccle-  
 sia Papæ ( quæ utique Romana est, à Petro fundata & suc-  
 cessoribus suis ab eo relicta ), cui Christus Petrum & suc-  
 cessores eius, ipsemet præfecit, His & id genus alijs uerbis,  
 Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam  
 meam, Tibi dabo cl. reg. cæ. Tu aliquando conuersus con-  
 firma fratres tuos, Rogauit pro tene deficiat fides tua, Tu si  
 diligis

Ro. 12.  
 I. Cor. 12.  
 Eph. 4.

I. Cor. 12.

Ecclesia Ro.

Matth. 16.  
 Luc. 22.  
 Ioh. 21.

diligis me plushis, pascue oues meas. Nonne igitur ualde impium & blasphemum est, contra tot sacratissima uerba Christi, Papam dicere Antichristum, & Ecclesiam eius (quæ utiq; alia non est quàm Ecclesia Christi, quam ipse Petro regendam & pascendam commisit) Synagogam satanæ? A R. Possunt ne tot mali homines Romæ, qui nulla Christi mandata seruant, sed omnibus uitijs maculati, etiam paganis peiorem uitam ducunt, esse Ecclesia Christi, sponsa illa sancta & immaculata, ut ait Apostolus. Cui in Cantico Canticorum dicit sponsus, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te? P E. Iam supra dixi, quod alia est ratio Ecclesiæ militantis quàm triumphantis.

Ephe. 5.  
Can. 4.

Quomodo  
mali sunt  
membra Ec  
clesiæ.

Abacuc. 2

Quomodo  
mali habent  
spiritu Dei.

1. Cor. 12.

Mali igitur non triumphantis, sed militantis Ecclesiæ per fidem & sacramentorum communionem officijq; ministerium pars & membra esse possunt. A R. At qui sic uiuunt in omni turpitudine & nequicia, ueram in Christum fidem non habent, fides enim iustificat à peccatis, iuxta illud Prophetæ, Iustus ex fide uiuit. P E. Audisti supra tales habere fidem, non formatam, sed informem. A R. Quomodo igitur seruant in Ecclesia unitatem spiritus, qui spiritum non habent? secundum carnem enim ambulant. P E. Dicitur est supra, qd tales etsi non habent spiritum Dei secundum gratiam gratum facientem, Qualem habuit Apostolus, ubi ait, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, Habent tamen aliquo modo spiritum dei, secundum gratiam gratis datam, Ordinationes enim ministeriorum in Ecclesia Christi à spiritu Dei sunt. Ait enim Apostolus. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanctorum in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij

Dialogus Ioan. Coch.

alij discretio spiritum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis pro ut uult. Audisti iam supra, Areni, hæc dona spiritus etiam malis in Ecclesia Prælati dari posse, in ædificationem & utilitatem aliorum in Ecclesia.

Quemadmodum igitur sacramenta possunt secundum gratiam gratum facientē utiliter etiam à malis prælati pio populo administrari, Ita & Dona spiritus secundum gratiam gratis datam dari possunt uel pessimis hominibus, ut Caiphæ donum prophetiæ, Iudæ proditori operatio uirtutum & gratia sanitarum, ad utilitatem aliorum. Nam unicuiq; datur (inquit Apostolus) manifestatio spiritus ad utilitatem, Si ergo Iudas Scarioth, mortalium omnium pessimus, potuit esse Apostolus Christi, demonia eijcere, insanos curare, & alia gratiæ & spiritus dei dona in se habere, & ad utilitatem aliorum in opus perducere, Cur non possent id ipsum minus mali, quam ille fuit, in Ecclesia Prælati, Papa, Cardinales, Episcopi, Abbates, Pastores & alij quicūq; uelam habent in Ecclesia administrationem aut officium? A R.

Opinio Lutherianorum de malis prælati.  
Facile admitto, qd tales possunt esse in Ecclesia Dei, sed non sunt Ecclesia Dei nec membra Ecclesiæ dei, quia Ecclesia est corpus Christi, Illi autem in peccatis mortui non possunt esse uiua membra Christi aut Ecclesiæ eius. De quibus Iohannes ait in sua Canonica, Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum, P E. Hic est nodus Gordius, Areni, ad quem bene secundum opus nobis est gladio spiritus, quod est uerbum Dei. Hic triumphat, & acutus sibi uidetur in Dialogo suo Bucerus Apostata, per hanc quam proposuisti distinctionem, qua uult, malos prælatos esse quidem in Ecclesia, sed non de Ecclesia nec membra Ecclesiæ. Et intelligere oportet hæc

1. Cor. 12.

Ioh. 11.

1. Ioh. 2.

Ephes. 6.

hæc eius verba de Ecclesia militante, In triumphante enim nulli possunt esse mali.

Sed dic mihi Areni, si boni tantum, qui fidem formatam habent, hoc est, q̄ in peccato mortali non sunt, Ecclesia Christi sunt, in terris hic militans, Quis me de ecclesia Christi certiorē reddet, quæ nam sit aut ubi sit? Cum ego scire nō possim, qui nā homines uere boni & sine peccato mortali sint. Et si quos scirē tales esse, incertus tamē adhuc essem, an semper boni & sine peccato essent permansuri. Scriptū est enim Septies in die cadet iustus & resurget. A R. Nos Ecclesiam Christi non scimus ubi sit aut quæ sit, sed credimus, Ita enim ait Lutherus. Quis Ecclesiā illam nobis monstrabit, cum sit occulta in spiritu, & solum credat̄, sicut dicimus, Credo Ecclesiā sanctam. P E. Quomodo ergo Christus dicit, Dic Ecclesiæ, & si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus? Item Apostolus, An Ecclesiam Dei contemnitis? Et quomodo Lucæ laus erat in Euangelio per omnes Ecclesias, si Ecclesia nobis occulta & incerta est.

Iam uides, opinor, quo tendat ista Apostatarum doctrina, Nempe ut tollant nobis omnē autoritatē ordinationēq̄ & institutum Ecclesiæ, omniaq̄ nobis reddant dubia & incerta, ut nesciat homo Christianus, ad quam fugiat Ecclesiam, cui credat, cui obediat, à quo nam prælato sacramenta & absolutionem petat & accipiat. A R E. Vnde hoc nostis? P E. Tu nondum uides? Si enim nemo est de Ecclesia aut membrum Ecclesiæ, nisi qui sine peccato mortali est & fidē formatam habet, Tu uero scire non possis, quisnam talis sit, aut quam diu sine mortali peccato permansurus sit in fide formata. Iam dubitare poteris, an ullum sit uerum in uniuersa terra Ecclesię membrum, Quia de nullo certus es, an fidem formatam charitate habeat, aut quam diu habiturus

Reprobatio

Prouer. 24.  
Luth. de abs.  
rogan, missaMatth. 18.  
1. Cor. 11.  
2. Cor. 9.Lutheranis  
incerta et dubia  
est Ecclesia.

Dialogus Ioan. Cochläi

fit, si habet, Nam & Apostolus ait. Itaq; qui existimat se stare, uideat ne cadat. Et in uitis patrum reperiuntur, qui sanctissime uixerunt usq; ad diem mortis. In mortis autem articulo defecerunt, tentationibus Satanæ uicti. Quem igitur audias in Ecclesia ut dicit Christus; aut cui obedias prapposito seu Prælato Ecclesiæ, ut præcipit Apostolus, si Ecclesia occulta est & res quædam Mathematica, quæ sine certo subiecto & materia sit, uti docent Lutherus, Philippus et Bucerus? A R. Audiam eos qui Euangelium docent, eisq; obediam. P E. Quis te certum faciet, eos habere fidem formatam & Ecclesiæ membra esse? Nonne & Iudas Scarioth Euangelium docuit & signa fecit, & quidem longe plura quam omnes fecerunt & faciunt hodie Lutherani? A R. Quomodo igitur tu nos de Ecclesia membrisq; eius certos reddes? P E. Per uerbum Dei, quod omnium est certissimum. A R. Dic age. P E. Ausculta itaq; diligenter, res non leuis momenti est. A R. Fateor. P E. Primum, audisti supra, Christum Ecclesiæ suæ Petro tanq; supremo pastori regendam cõmississe, hinc intelligis, nullam Ecclesiã uere Catholicã esse nisi quæ Petrum et successores eius p ueris agnoscit ouium Christi pastoribus, Excluduntur itaq; per hoc à uera Ecclesia omnes hæreses & sectæ, quantumuis de uerbo Dei glorient, quæcũq; Rõ. Ecclesiæ subesse nolunt. P A. Hoc ualde durum uidetur, Quæ multæ enim sunt in Orbe terrarum nationes & provinciæ maxime, quæ in Christum credunt, & tñ Papæ non obediunt, neq; pro supremo pastore suo agnoscunt, ut Græci, Rutheni, Moschi, Armeni, Indi, Aethiopes, &c. P E. Siue molle sit siue durum, Ego aliter dicere non possum. Oportet enim sub uno uniuersali pastore unam esse uniuersalẽ Ecclesiã, ut sit unum ouile & unus pastor, Et non sint in Ecclesia Dei schismata: Quia una est columba & perfecta sponsa Christi.

1. Cor. 13.

Heb. 13.

Nemo est in Ecclesia Catholica, nisi qui Papæ ut pastori obediat.

Ioh. 10.  
1. Cor. 1.  
Can. 6.

sti. Videant igitur quicumque populi, tribus & linguæ, ut si nondum agnoscunt Ecclesiã Ro. & supremũ Ecclesiæ in terris pastorem, agnoscere quã primum satagãt. Est enim hoc de necessitate salutis, Quemadmodum doctæ & copiosè probauerunt contra Græcos & Armenos San. Thomas de Aquina, & Richardus Armeanus. P. A. Tu igitur tot Myriades hominum per tot latissima regna in Christũ per tot sæcula credentium, propter autoritatem unius hominis, Rom. Pontificis asserendam, damnare & externis supplicijs adiudicare non uereberis: P. E. Non est meum, iudicare uel damnare ullas Nationes, Est qui iudicet, Cui pater omne iudicium dedit, & cuius uentilabrũ in manu sua est. Hic clara uoce dixit Petro, Pasce oues meas. Qui igitur hunc pastorem agnoscere nolunt, oues Christi non sunt nec ad ouile Christi pertinent.

Sed aliud est, nolle agnoscere, quam non agnoscere. Hoc excusabile est in longinquis nationibus, ut Indiæ & Aethiopiæ populis. Illud rebellionis & inobedientiæ damnabile crimen secum affert, Quemadmodum faciunt nunc (proh dolor) Lutherani & omnes aliæ sectæ nouæ, ex Lutheri doctrina hisce annis recens enatæ, quæ olim agnouerunt, nunc uero per impiã defectionem agnoscere amplius nolunt, Nationes autem supra dictæ non ita resistunt Ro. Pontifici. Agnouerunt illum uenerabiliter tũ in multis Cõcilijs generalibus, ut est hodie cernere in eorum appensis sigillis & titulis, circa antiquas Bullas Constantiensis & Florentini Concilij, Tũ in publicis Legationibus suis, quas Romam aliquando miserunt. Agnoscunt igitur Romanum Pontificem, si nõ auctu, saltẽm aptitudine. Et excusabiles mihi uidentur, propter locorum distantiam, si modo sanam & integrã habeãt fidẽ, nulla heresi maculatã, Et tantũ de Ro. Pont. qui uicariũ sub

S. Tho: contra errores  
Græcorum  
Et de regimine Principũ  
li. 3. c. 10.

Ioh. 5.  
Math. 23.

Excusabiles  
Indi, nõ Lutherani.

Dialogus Iohan. Cochlaei

**Vicarū ca-** Christo Ecclesiae Catholicae Caput est. Ideo nemo iam in-  
**put Ecclesie** certus de Ecclesia esse potest, qui Papam non ignorat. Ad quem  
**Ro. Pont.** omnes maiores Ecclesiae causae, uelut ad Caput, referendae  
 sunt, uti docent, non solum antiquissima Concilia, Sed etiam anti-  
 quae historiae & sanctorum Patrum ac Martyrum libri &  
 Epistolae.

**Irenaeus li. 3.** Hic breuitatis causa sufficiat unius Irenaei breue dictum  
**cap. 3.** in tertio aduersus haereses libro. Maxime (inquit) & antiq-  
 uissimae & omnibus cognite, a gloriosissimis duobus Apostolis  
 Petro et Paulo, Romae fundatae et constitutae ecclesiae, eam quam ha-  
 bet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidei  
 per successiones Episcoporum uenientem usque ad uos, indicantes,  
 Confundimus omnes, qui quoquo modo uel per sui placen-  
 tiam malam, uel uanam gloriam, uel per caecitatem & ma-  
 lam sententiam, praeterquam oportet colligunt. Ad hanc  
 enim Ecclesiam, propter principatum, necesse est omnem conuenire  
 Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles. Haec ille

**Ad Papam**  
**semper in**  
**dubijs recur-**  
**rendum est.**

Semper igitur certum habemus refugium ad hanc Romae Eccle-  
 siae petram, siquid Ecclesiae dicendum occurrat. AR. Euan-  
 gelium longe certius est quam Papa, qui Euangelium parum  
 curat, & nunquam docet aut praedicat. PE. Euangelium quidem  
 secundum se certissimum est utique, sed ubi uarie exponitur  
 a diuersis, ex contentione disceptantium fit sensus eius apud  
 nos homines incertus, Ad Papam igitur recurrendum est, ut Eu-  
 uangelium, certum quidem in se, nobis quoque in uero sensu cer-  
 tum faciat. Non potest igitur ulla certior uia aut regula de-  
 monstrari, ubi nam uera et Catholica sit Ecclesia, quam ista,  
 Vbi Papa, ibi Roma, ubi Roma, ibi Ecclesia Catholica.

**Aug. contra** Quemadmodum pulcherrime docet S. Augustinus in  
**episto. Man-** libro contra Epistolam Manichaei quam uocabant fun-  
**nich. c. 4.** damenti, sic dicens. In Catholica enim Ecclesia, ut omittam  
 synce

syncerissimam sapientiã ( ad cuius cognitionem pauci spiri-  
 ritales in hac uita perueniunt ) multa sunt alia , quæ in eius  
 gremio me iustissime teneant. Tenet consensus populorum  
 atq; gentium, Tenet autoritas, miraculis inchoata, spen-  
 dita, charitate aucta, uetustate firmata. Tenet ab ipsa sede  
 Petri Apostoli ( cui pascendas oues suas post resurrectio-  
 nem dominus commendauit ) usq; ad præsentem Episcop-  
 atum successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum Cas-  
 tholicæ nomen, Quod non sine causa inter tam multas  
 hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, Ut cum omnes hære-  
 tici se Catholicos dici uelint, quærenti tamen peregrino æ-  
 licui, ubi ad Catholicam conueniatur, nullus hæretico-  
 rum uel basilicam suam uel domum audeat ostendere. Hęc

Aug.

Vis ergo iam tandem audire, quàm longe à uero absint  
 Lutherani, dum stulte & impie arrogant Catholicæ Ec-  
 clesiæ nomen sectæ suæ. A R. Veritatem audire non pi-  
 get, modo sine contumelia dicas. P E. Dicam breuiter ac  
 modeste. Errant primo, dum partem suam schismaticam  
 pro Catholica Ecclesia haberi uolunt, Quoniam constat  
 Catholicam durasse M. D. annis, Lutherana autem secta  
 nondum XX. compleuit annos. Errant secundo, dum uer-  
 bum Euangelij sensum arrogant sibi, adimunt sedi Apo-  
 stolicæ, Contra Christum, qui dixit Petro, Rogauit pro  
 te, ne deficiat fides tua. Errant tertio, Dum ecclesiam putant  
 occultam in spiritu & solum credendam, Quod reproba-  
 tum est supra, & ipsimet reprobant hoc ipsum, dum Ec-  
 clesiæ traditiones consiteantur, quasdam etiam tenendas  
 ceseant. Errant Quarto, dum non distinguunt inter Tri-  
 umphantem & militantem Ecclesiam, neq; inter fidem in-  
 formem & formatam, neq; inter gratiam, gratum facientē

Errores Luth-  
 eri de Ec-  
 clesia.

I.

II.

III.

Luc. 22.

III.

Dialogus Io. Coc.

& gratis datam, Cum sint hæc omnia superius ex literis  
 V. sacris comprobata. Errant Quinto, Dum eos tantum pro  
 Ecclesiæ membris habent, qui fidem formatam tenent.  
 Quia per hoc totam Ecclesiam cum omnibus membris  
 suis incertam nobis reddunt. Quandoquidem nemo nos-  
 trum uere sciat, quinam homines sint absque peccato mor-  
 VI. tali, atque charitate formatam fidem teneant. Errant Sex-  
 to, Dum Prælatos Ecclesiæ malos, pro Ecclesiæ mem-  
 bris non agnoscunt, & per hoc tollunt ab eis potestatem cla-  
 uium & administrationem sacramentorum, quæ Ecclesiæ,  
 sponse & corpori Christi data sunt. Iam si mali prælati, Ecc-  
 lesiæ membra non essent, non reciperent influxum à cae-  
 litate, quia essent membra præcisa & mortua, quæ gratiæ in-  
 fusionem accipere non possent.

Peccata Lu-  
 theranorum  
 I.

- II. Qua propter grauissime peccant. Primo contra Deum,  
 q̄ potestati Papæ resistent, per hoc enim Dei ordinationi  
 resistunt. Ro. 13. Secundo contra Christum, q̄ nolunt res-  
 III. cognoscere eius Vicarium pastorem. Tertio contra spiritum  
 sanctum, q̄ ordinationes eius in Ecclesia perturbant, con-  
 fundunt atq̄ etiam reijciunt. Ethic certe multiplex eorum  
 peccatum est. Nam eos quos spiritus Christi posuit in Ec-  
 lesia Episcopos, Doctores & pastores, ipsi contemnunt,  
 atq̄ etiam reijciunt, ac seiplos inordinate in locum eorum  
 ingerunt, aut alios Apostatas & rebelles intrudunt.

Act. 20.

Rei læse Ma-  
 iestatis diu-  
 nae.  
 1. Cor. 12.

Et per hoc rei fiunt læsæ Maiestatis diuinæ. Ait enim Ap-  
 postolus ad Corinthios ( qui utiq̄ non omnes erunt sancti  
 nec omnes habebant fidem formatam, quia in multis ab Ap-  
 postolo repræhenduntur ) Vos autem estis corpus Christi,  
 et mēbra de membro, Et quosdam quidem posuit Deus in  
 ecclesia, primum Apostolos, secundo prophetas, tertio do-  
 ctōres, Deinde uirtutes, exinde gratias curationum, opitulas  
 tiones,

tion es, gubernationes, genera linguarum, interpretationes  
 sermonum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes  
 Prophetæ &c. Item. Omnia autem honeste & secundum Ib. 14.  
Heb. 5.  
 ordinem fiant in uobis. Et in alio loco. Nec quisquam sibi  
 sumit honorē, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron. At  
 Lutherani sibi ipsis sumunt honorem, quos per sacram or-  
 dinationem legitime nemo uocauit. P. A. Qualē igitur pu-  
 tas esse illorum Ecclesiam? P. E. Turpissimam profecto, ac Turpissima  
Ecclesia Lu.  
 magis inordinatam ac barbarice confusam, quam ulla unquē  
 priorū hereticorum fuisse legitur. Quę n. unquē fuit heresis a-  
 deo contumax & superba, quę sic oīa sacramenta uel impie  
 reijceret uel male inuenteret; quę sic cōtemneret ac blasphemaret  
 omnes sacros ordines & gradus Ecclesię; quę sic pro-  
 phanaret templa, aboleret missas calcaret uota, nuptui daret  
 Moniales; Breuiter, quę sic omnem ordinationem bonam  
 Ecclesię uel tolleret uel pessime immutaret; Sed desino, ne  
 uidear uobis, criminādi potius studio quam explicandę uer-  
 ritatis amore hactenus de Ecclesia disseruisse.

Vt autē hęc nostra disceptatio, grauissio aliq̄ testimonio Hiero. con-  
tra Luciferi.  
 corroboretur, addā ea, quę S. Hieronymus in Dialogo ad-  
 uersus Luciferianos sub finem proposuit. Verum (inquit)  
 quia iam multū sermocinati sumus, & prolixitas concerta-  
 tionis audientiū studia lassauit, Breuē tibi aptāq̄ animi mei  
 sententiam proferam. In illa esse ecclesia permanendum, quę  
 ab Apostolis fundata, usq̄ ad diem hunc durat. Sicubi au-  
 dieris eos, qui dicuntur \* Christi, non à domino Iesu forte \* Chri-  
 stis, sed à quocūq̄ alio nuncupari, utpura Martionitas, stiani,  
 Valentinianos, Montenses siue Campates, scito, non Eccle-  
 siam Christi, sed Antichristi esse Synagogā. Ex hoc n. ipso  
 q̄ postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros A-  
 postolus prænunciauit. Nec sibi blandiantur, si de scriptu-  
 rarum

Dialogus Io. Coc.

rarum capitulis videntur sibi affirmare quod dicunt, Cum  
& Diabolus de scripturis aliqua sit locutus, & scripturae,  
non in legendo consistant, sed in intelligendo. PA.

Gravis certe ac notatu digna est hæc Diui  
Hieronymi sententia, atq; omni  
hæreticorum uerbofitati  
longe præferenda.

FINIS DI A LOGI, DRES-  
dæ scripti. Anno 1535.

MISCELA

# MISCELLANEO

RV M IO. COCHLAEI, LI-

bri Secundi Tractatus Primus.

## ADRIANVS DIVINA

clementia Papa & seruus seruorum Dei, Illustrissimo Prin-  
cipi & Electori Friderico, Salutem & Aposto-  
licam benedictionem.



Dilecte fili, satis & plusquam satis sustinui-  
mus, dilecte in Christo, si forte Dei pietas  
tuam animam dignaretur inuisere ac dare  
pœnitentiam ad cognoscendam uerita-  
tē, ut respisceres à diaboli laqueis, à quo  
captiuus detineris, Nouimus te paterne  
monitū à fœ. Re. prædecessore nostro, ut à te separares  
illam perniciem Christianæ religionis, Martinū Lutherū,  
Cum iam orbi manifestæ sint scelestissimæ machinationes  
eius, sperabamus & te ad cor pœnitens reuersurum, Sed u-  
uam expectauimus, & ecce labruscas, quia frustra cōflauit  
conflator, Maliciæ enim tuæ non sunt consumptæ, Coc-  
git nos miseratio, uos paternis monitis adhuc cōmonere, ut  
uel tandem respiscatis, anteq̃ plane in uos conueniat quod  
mox subdit Propheta, Argentum reprobum uocate eos,  
quia dominus proiecit illos, Et quid dicemus uobis, quam  
ut Galatis fuit dictum, O insensati Saxones, quis fascinauit  
uos ueritati non obedire, currebatis bene.

Pernicies  
Christianæ  
religionis.

Esa. 5.  
Hier. 6.  
Commiserat  
tio.

Iere. 6.  
Galla. 5.  
Deut. 32.

Interrogate patres uestros & dicent uobis, maiores ue-  
stros & annuntiabūt uobis, Quod ab ea etate, qua unā tem-  
pore Saxones à  
Carolo ma-  
gno cōuersi.

Epistola Adriani Papæ VI.

Adrianus  
Papa. I.

pore eodem uixere Adrianus Romanus Pontifex. Et  
Carolus ille magnus Imperator Saxonicæ fidei plantator  
res, ad nostrâ usq; et Clarissimi in Christo filij nostri Carolo-  
li tempora, Aui ac Proauu uestri, atque adeo Saxones om-  
nes semper habiti estis, ueluti pacis & fidei propugna-  
tores, & per omnia obedientiæ pacifici filij, Talesque, ut  
non immerito Gregorius quintus nationis Saxonicæ olim  
Romanus Pontifex Saxonie ducem in Romani Imper-  
ratoris constituerit Electorem.

Increpatio  
paterna.  
Thren. 4.

Quomodo ergo tam cito mutatus est color optimus?  
Cur tam facile transferimini, ab eo qui uos uocauit in gra-  
tiam Christi in aliud Euangelium: quod non est aliud nisi  
sunt quidam qui uos perturbant, & uolunt conuertere Eu-  
uangelium Christi, Quis uineam domini tam pulchre plan-  
tatam est demolitus? certe exterminauit eam aper de sylua  
& singularis ferus depastus est eam, Sed uæ illud à uobis do-  
mesticis & amicis & cruciatu præcordialiter, Obsecramus  
te fili dilecte in Christo, leua oculos tuos in directum, & uis-  
de ubi sis prostratus, consydera quantâ Ecclesiæ Christi tot  
malis undiq; circumuallatæ ac penè oppressæ, per opem qua  
illi subuenire debueras, cladem in super intulisti.

Psal. 79.

Varie oppu-  
gnatur Ec-  
clesia.

Oppugnatur foris ab infestissimo illo ac potentissimo  
Christiani nominis hoste, dissident intus Principes Reip-  
publicæ, & in mutuam armati perniciem cruentissimos  
dij inter se conflictantur, & in fraterna uiscera ferrum strin-  
gunt, ut uix Ethnici inter se crudelius.

Maximum  
malum, foue-  
re hæreticū.

At hæc tibi ita uisa sunt non satis grauiâ, nisi contritio-  
nem induceres super contritionem, Nutriens ac fouens ser-  
pentem Lutherum illum in sinu tuo, qui ueneno lingue sue  
Ecclesiam & terras infecit, adeo ut iam peruenerit gladius  
usq;

Ad Ducem Fridericum Electorem Saxonie. 99

usq; ad animam. Quanto autem pluris est anima quam corpus, tanto grauius est prædictis omnibus horrendum illud ac plusquam tartareum uenenum, quo per hæresum & schismatum contagionem tot myriades animarum interierunt, intereuntq; adhuc omnes, quotquot nunc passim ab unitate matris ecclesie recedunt. Quo subuertitur indoctum uulgus, ac mille præstigijs ac fascinationibus retrahitur à fide quam suxit ab ubere matris, Quo basilicæ sunt sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, Sacerdotes sine debita reuerentia, & sine Christo denique Christiani, quod sacramenta fidei non sacra censeantur, Quod sacramentum Dei sanctum esse negatur, quod dies festi festiuis frustrantur solennijs, quod homines moriuntur in peccatis suis, rapiuntur animæ ad tribunal terrificum, nec poenitentia reconciliati, nec sacra communione muniti. Quod pulcherrimus ille ordo tabernaculi confusus sit. Et pro Christiana pace ac tranquillitate ad rebellionem rapinas & cedes et incendia cum magno & manifesto Reipublicæ discrimine, ueluti classico passim excitati, pro quibus egregijs tuis in Ecclesia Christi meritis, quo premio, quo non supplicio dignum censeamus?

At dicis forte, serpens me decepit, dignam certe mercedem, qui illum enutristi in sinu tuo, Sed ita ne stultus es & sine corde, ut in eis maximis rebus, in quibus errare damnari est, uni homuncioni cooperto peccatis quam tot sanctissimis ab initio patribus, qui in lege dei meditati sunt die ac nocte, Et quam tot uniuersalibus concilijs, aduersus quæ impudens os illud, ueluti sepulchrum patens se aperire non erubescit, Sanctæ denique & Catholicæ ECCLÉSIAE (cuius ritus & consuetudines ac decreta à

Catalogus  
malorum à  
Luthero.  
Verba S.  
Bernardi epistola. 240.

Accerbior  
increpatio.

Epistola Adriani Papæ VI.

temporibus Apostolorum ad nos usque rationabiliter obseruant, quæ unus iste sacrilega temeritate deprauare præsumit, plus credere potuisti: O cæcam dementiam ac potius Iudaicam cæcitatem.

Omnes hæretici ex scripturis sua præbare conantur.

At fortassis hoc tibi imposuit, quod ueterator ille Martinus & eius sequaces de Capitulis scripturarum uisi sunt sua confirmare. Et quis tandem hæreticorum ita non fecit: an non sunt ueteris serpentis astutiæ, qui hac ueluti esca adducto hamo miseris animabus mille technis & uersutis semper est insidiatus, Quique quo angularem infringeret ueræ fidei lapidem, ac Christianam scinderet unitatem, in scripturarum agrum, suum seminare semen, & peruersam scripturarum intelligentiam, non iam pridem est aggressus.

Difficilis intelligentia scripturarum:

Apoc. 5.

Quanta Ex cæcatio contra sanctos patres.

Hiere. 4.

Cum itaque maxima semper pars Ecclesiarum imperita turba sit, Et uix unus reperiatur aut alter qui spiritualibus oculis de scripturarum intelligentia digne ualeat iudicare, Siquidem librum signatum legimus, quem solus leo de tribu Iuda dignatus est aperire, aut soluere signacula eius. Quæ tandè est illa diabolica ex cæcatio, uni carnali hominioni, semper eructanti crapulâ & potu quâ orbi uniuerso, quâ tot spiritualibus patribus, quorû uoluntas semp fuit in lege dñi qui uitæ sanctimoniam & ostensione spiritus & uirtute, glorioso denique martyrio suâ doctrinâ comprobarunt, in scripturarum intelligentia plus fidei habuisse & habere potuisse? O cæcitatem nouam et inauditam, unus apostata tibi potuit persuadere, fefellisse priores uniuersos, errare posteros, & in solum se & quos decepit peruenisse regnum Dei, peruenisse totas miserationum diuitias ac gratiam & uniuersitates. Et quid nondum dicimus cum Propheta, heu domine ergo ne decepisti populum tuum, quin potius, cur

cur non deuitatis secundum apostolicum præceptum quæ-  
 stionibus ac pugnis uerborum, ex quibus oriuntur inuidie,  
 contentiones & blasphemie suspitiones malæ, conflictiones  
 hominum mente corruptorum & subuertüt corda audien-  
 tium, ex operibus suis iuxta dominicam designationem stu-  
 disti cognoscere pseudo prophetam istum, qui ad uos uer-  
 nit primo in uestimentis ouium, lupus intrinsicus rapa-  
 cissimus.

1. Timo. 6.

Matth. 7.

Siquidem non ex folijs, non ex floribus, sed ex fructibus  
 arbor cognoscenda erat, An non manifesti sunt nequissi-  
 simi fructus istius? Siquidem sacrilegus hic aduersus  
 deum, Imagines sacras, atq; adeo ipsam crucem Christi scele-  
 ratis manibus confringere et pollutis pedibus conculcare,  
 non formidat, Contra sacerdotes dei furore impio, temeras-  
 rius non desinit laicos ad lauandas sibi in eorum sanguine  
 manus sedulo concitare, Ecclesiam Christi parricidalibus  
 armis oppugnans, hoc agit assidue ut suffocentur homines  
 in peccatis suis, hoc unum elaborat, ne Diuina misericordia  
 suis sacramentis ( quæ peccatorum remedia efficaciter esse  
 uoluit ) uulneratos in ecclesia sua curet, Ita enim ea aut su-  
 stulit uniuersa, aut hæreseos suæ pestifero infecit ueneno, ut  
 toxicum magis requirat quam animarum medicinas, præ-  
 cepit suis, ne indignanti deo quis satisfaciat, ne Ieiunijs, oras-  
 tionibus, Lamentationibus peccata redimat, Ne hostia illa  
 placens deo corpus & sanguis domini nostri Ihesu Christi à  
 sacerdotibus offeratur quottidie pro peccatis nostris, uota  
 docet non reddere deo suo, Et cum sit ipse apostata ac pro-  
 fessionis suæ desertor, ut plurimos sui faciat similes, Sancta  
 illa uasa polluere non ueretur, Consecratas deo uirgines &  
 uitam monasticam professas, extrahere à monasterijs suis et  
 inimico, imo Diabolo reddere quem semel abiurauerunt,

Ex fructi-  
 bus cogno-  
 scitur Luth-  
 erus.

Epistola Adriani PP. VI.

Quod in ueteri lege umbraticis sacerdotibus dominus non tulit, quod ethnicis idolorum suorum flaminibus homines sunt abhominati, Christi sacerdotes uilissimis copulat meretricibus, doctos illos patres, quorum uita & doctrina illustrauit uniuersum orbem, non solum debito honore non persequitur, sed multo quam Gayn scelestius despicit, deridet, contemnit, & insectatur, Sacris seculis omnibus uniuersalibus concilijs impudenti ore palam contradicit, ac sacrilegalinqua detrahit, libertatis spem licentiosam quandam uitam nullis constrictam legibus, ac fere ferinam inducere conatur.

Vnde & exlex homo contemptor & uiolator legum omnium, in tantam erupit mentis uesaniam, ut sanctissimorum patrum decreta & ecclesiasticos canones igne publico concremare non formidauerit Et breuiter christianam ueritatem, omnium rerum ordinem, pulcherrimam denique faciem ecclesie, à Christo ab Apostolis Apostolicisque uiris ac sanctissimis patribus ab initio constitutam, unus hic post tot centenos annos discindere inuertere, ac deformare molitur.

Quod si nondum satis etiam interno scis, de Christiano magisterio, an de Antichristi spiritu ista proficiscantur, Si ita te fascinauit prestigiator ille, ut credere possis, unum perfidissimum apostatam uelut alterum Heliseum habere duplicem spiritum Helie, aut alterum esse (quem se iactat) Danielelem, in quo sit spiritus amplior & intelligentia scripturarum maior, quam in omnibus olim sanctissimis illis doctissimisque uiris, quam in sacrosancta Catholica ecclesia, Quid te uno cecius? Aut si iam ex fructibus arborem congno scens, in errore persistis tamen, quid te miserius? Sed esto transfiguratus sit contra te sathanas ille in Angelum Lucis, & quæ manifesta sunt carnis ac Diabolica,

Lutheri con-  
natus cons-  
tra omnes le-  
ges.

Non creden-  
dum Luthero  
de spiritu  
quem iactat.

2. Corin. 11.

lica, spiritus esse & Christi opera uenenata, sua facundia  
 persuadere potuerit, nunquid non ubique uel hoc ipse pro-  
 didit cuius nam spiritus sit? Ut omnis sermo eius ama-  
 rusest, uirulentus, arrogans, ac maledicentissimus, nullus  
 quàm non scatere conuicijs, blasphemijs ac scomatibus  
 plusquàm uenenatis aduersus omnem pietatis, modestiæ,  
 mansuetudinis, ac benignitatis officium, Nunquàm ita  
 docuit Paulus cuius iactat se spiritum habere, cum nullus  
 la eius extet epistola, quæ non pacem unitatem & alia id  
 uirtutis genus redoleat, An non Romanos suos hortatur  
 in domino, ut in charitate fraternitatis se diligant in-  
 uicem, Sectentur quæ sunt pacis, & quæ ædificatio-  
 nis custodiant? Corinthijs, an non testatur se docere in  
 ecclesijs deum, non dissensionis sed pacis deum esse, Et  
 breuiter nonne ubique clamat, ubique docet Euangeli-  
 ca illa tuba, Ut digne ambulemus in omni humilitate ac  
 mansuetudine cum patientia supportandi se inuicem in  
 charitate, solliciti seruire unitatem spiritus in uinculo pa-  
 cis, utque deponamus omnem iram indignationem  
 blasphemiam, maliciam, turpem sermonem? Quo-  
 igitur pacto maledicentiam, amaritudinem, iram, indis-  
 gnationem, blasphemiam, inflationem, iactationem (quæ  
 ita huic peculiaria sunt, ut Paulo ac illius discipulis uni-  
 uersis, mitis & humilis corde) non Paulini, non Chris-  
 tiani, Sed Diabolici spiritus esse, certissimo indicio uel  
 cæco non clarissime apparet ex uerbis illius.

Quomodo intellexisti eum Christum in corde suo an ue-  
 ro Antichristum habere, secundum quod ipsa ueritas in Euangelio  
 ait, progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui cum  
 estis mali, de habundantia enim cordis os loquitur, ut cum  
 scriptum sit, quod maledicti regnum Dei non possidebunt,  
 Iterum

Qualis sermo  
 & stilus  
 Lutheri

Rom. 16.

1. Cor. 14.  
 Qualis spiritus  
 & doctrina Pauli  
 Gal. 6.  
 Ephe. 4.  
 Colos. 3.

Maledicentia  
 Lutheri.

Matth. 12.

Epistola Adriani PP. VI.

Iterum in Euangelio dicit Iesus, Quicumque dixerit fratri Racha, reus erit consilio, qui autem dixerit fatue, reus gehennæ incendio, Illum autem Antichristi apostolum esse, cuius quàm obscurum esse poterit?

Qui non modo sacerdotes dei, Sed et principem sacerdotum, Petri Successorem, Ieiū Christi in terris uicarium, tam nephandis, insanis nominibus, tam inauditis contumelijs conuicijs & blasphemijs nusquàm non lacerat discerpit, sectatur, ut ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures castæ, Qui Apostolicam Cathedram, in qua præsedit caput Apostolorum Petrus, cui præfuerunt tot sancti Pontifices ( Quam ecclesiam unde sit orta principaliter unitas Sacerdotalis, Sanctus Cyprianus ac gloriosus martyr non dubitat & affirmat ) Impio ac pestilenti ore cathedram pestilenticam antichristianā, diabolicam, & si quæ potuit excogitare nefandiora, toties appellare non cessat, Qui scholas christianas, quæ tam multos doctissimos sacratissimosque uiros, tam egregias in ecclesia dei columnas nobis protulerunt, impudica lingua sua, Lupanaria, Sodomas, & Gomorras ubique docere non ueretur.

Qui non satis omnipotentis dei habet sacerdotes probris omnibus, conuicijs, contumelijs, ac blasphemijs horredis ac inauditis nusquàm non publice & palam insectari & quibusuis casibus uiliores facere, nisi etiā laicos concitet ad lauandas manus in sanguine ipsorum, Cum tamen quanto amore haberi uelit suos sacerdotes, maxime principem sacerdotum, Idem ipse dominus in Deu. testatus est dicens, Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas tuas uideris uerba uariare, Surge

1. Cor. 5.  
Macth. 5.

Blasphemie  
Luch. in Sec  
dem Apo  
stolicam,

Cypri. lib. 1.  
epistola 7.

Seditiosa uer  
ba Luch. in  
sacerdotes.

Deut. 17.

Surge & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus  
ueniensque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui  
fuerit illo tempore, quareque ab eis qui iudicabunt tibi iudi-  
cij ueritatem, & facies quaecumque dixerint qui praesunt loco  
quem elegerit dominus & docuerint te iuxta legem eius se-  
querisque sententiam eorum, nec declinabis neque ad dextram neque  
sinistram, Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis  
imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex de-  
creto iudicis morietur homo ille, et auferes malum de domo  
Israel, cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps  
tumescat superbia.

Et Samuel cum sperneretur a filiis Israel, an non dicit do-  
minus, Non enim te spreuerunt, sed me, ne regnem super  
eos, manifeste ostendens, inuisibilem se contemni, Cum ui-  
sibilem quis spernit sacerdotem, Quare & Moyses mur-  
murante aduersus se populo respondit, Non aduersum me  
murmurastis, sed aduersum dominum Deum uestrum.

Quod si Leuiticos illos sacerdotes tanta honoris prae-  
rogatiua praecellere uoluerit dominus qui exemplari & um-  
brae tantum deseruierunt, caelestium in umbratico illo taber-  
naculo sacrificiorum officia consumantes, Quo tandem ho-  
noris loco eos habere uoluerit, quibus tradidit clauis regni  
caelorum, tantamque tribuit potestatem, ut quae ligauerint  
super terram ligata sint & in caelis, & quaecumque soluerint  
super terram, soluta sint & in caelis, utque quorum ipsi dimit-  
terent peccata, dimissa forent, quorum retinerent, forent re-  
tenta, Qui non sanguinem hircorum & Thaurorum & ui-  
tolorum, Sed hostiam uiuam, sanctam, immaculatam, cor-  
pas & sanguinem Domini nostri Ihesu Christi offerunt  
quotidie pro peccatis nostris, conficiunt uerbo suo, tractant  
manibus, & breuiter sacramenta omnia, quibus homi-  
nibus

1. Reg. 8:  
Qui sacerdo-  
tes spernit,  
deum spernit.  
Exo. 16.

Maior debe-  
tur honor  
sacerdotibus  
nouis quam  
uet. Testa.

Epistola Adriani Papæ VI.

nibus uita salusq; tribuitur animarum, suis perficiunt orationibus.

Honorandi  
sacerdotes.  
Luc. 10.

Quanto, inquam, honore hos præcellere uoluerit dominus, quis tandem dubitabit, quod nec idem ipse tacuit in Euangelio, cum dicit ad eos, Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit, qui autem spernit me, spernit eum qui misit me. Et quid consequitur quam inaudientium exemplum blasphemia & maledictum qui sacerdoti Christi aut blasphemat aut maledicit, An non hoc exemplum mandatum in retributione, honora patrem & matrem ut sis longæuus super terram, qui autem maledicit patri & matri morte moriatur, nunquid ad carnales parentes tantum illud est referendum & non intelligendum ad eos, qui nos Christo regenerauerunt, per quos Christiani sumus, qui nobis peccata dimittunt, qui nos cœlestibus pascunt sacramentis?

Honorandi  
& mali sacerdotes.

Matth. 10.

Quid si peccatores sunt & mali sacerdotes? quid si & parentes? nunquid propterea eos non honorare, aut eis maledicere licebit? Nunquid & Iudas erat inter eos quos dominus minus misit ante faciem suam & ad quos dicebat, quis cunque non recipit uos neq; audierit sermones uestros, exiit euntes de domo foras à ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris, Amen dico uobis tollerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorreorum in die iudicii quam illi ciuitati. An non præcepit ista Apostolus, Obedi te præpositis uestris & subiace te eis. Quod si malis & peccatoribus non sit obediendum, quibus tandem? quoniam si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est.

Heb. 13.

1. Ioh. 1.

Quis es, noli discutere pastorem, noli te iudicem Dei  
cora

constituere & Christi, an non ita præcepit Dominus in Evangelio dicens, Supra Kathedram Moyſi ſedebant ſcribæ & Phariſæi, omnia quæ dixerint uobis, ſacite, Secundum uero opera eorum facere nolite, manifeſte ſignificans habere eos dignitatem, tamenſi uitæ exiſtant perditæ. Nunquid idem Dominus cum poſtea tempore paſſionis a lapam accepiffet à ſeruo ſacerdotis, dicētis ſibi, Sic reſponde Pontifici, aduerſus Pontificem quicquam dixerit cōtumelioſe, Quin magis innocentiā ſuam aſſerens & oſtendens, Si male inquit, &c. An non & Paulus cum cedere in Concilio iuſſu Ananiæ, diceretq; ad eum, percutiet te deus paries dealbate, & tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti, audiens ab aſtantibus, Hic inſultulas ſacerdotes dei, maledicendo ipſum tantum inane nomen, Et umbram quandam ſacerdotis cogitans expauit, Nefciebam inquit fratres quia Princeps eſt Sacerdotum, Scriptum eſt enim, Exodi uigeſimo ſecundo, Principi populi tui non maledices.

Quo magis miramur, quod ex iſtis diabolici ſpiritus operibus, ueluti fructibus nequiſſimis, arborem peſſimam nondum cognouiſti. Et quis eſt tandem ita hebes, ut non uideat, quo nunc prorumpant furioſiſſimi conatus iſtius? Cū ut quiſq; eſt facinoroſiſſimus, deſperatiſſimus, aut perditiffimus latro authomicida, ſub iſtis uexillis & ſignis conueniant, Eccleſiā iam parricidalibus armis et ſacrilegis manibus nō clam ſed palā oppugnantes, Conſecrata deo loca tēpla & monaſteria exurūt et pphanāt, Chriſto dicatas uirgines, Sacerdotes Chriſti et monachos crudeliſſime pſequuntur, Eccleſiarum bona diripiunt, & breuiter rapinis latrocinis, cædibus ac incendijs confundunt uniuerſa, Excecante

Ne Laleſtus  
dicent preſ  
byteros.  
Matt. 23.

Ioh. 18.

Furiſſi eos  
natus Luch.

Epistola Adriani Papæ VI.

nimirum eos iusto dei iudicio, & insaniam tam manifestam erumpere permittente, ut neminem iam latere possint scelestissimę machinationes istius, At hi qui pestifera contagione ipsius infectos sese nunc tandem cognouerunt, scilicet matrico errore deposito, ac hæretico furore deserto, unitatis ac ueritatis domicilium fidei sanitate appetunt.

Increpatio  
In Frid. Ele.

Inter quos dilecte nobis in Christo Iesu cum te non ex postremis recursurum ad sinum matris speramus, quę reuerentem libenter ut obuijs manibus excepissemus, bona spe tandem frustrati, uidemus supra firmam petram induruisse te faciem tuam, Videmus perniciem illam animarũ Lutherum sub tuo patricinio latitantem, suum adhuc uirus longe lateque spargere. Sed quoniam adhuc potens est Deus etiam de lapidibus istis suscitare filios Abrahamę, antequam egrediatur ut ignis indignatio eius, & succendatur, nec sit qui extinguat. Ideo filii dilecte in Christo, obsecramus per uiscera nunc redemptoris nostri Iesu Christi, per Christianam unitatem, per charitatem patrię, per tuam deuotionem ipse tuorumq; salutem, miserere Ecclesię Christi, tot malorum incursionibus iam undiq; exagitatae ac pene oppressa tua maxima culpa, aliquando ser opem, miserere patrię nostrę, quę syncerę olim fidei, eximie religionis sanctę, sub iugo domini ac religiosę obedientię insigni præcellens gloria, perniciem istam religionis Christianę, hinc rille ac fouisse uisceribus, nũc erubescit, Miserere deniq; tui ipsius, tuorumq; misere seductorum Saxonum.

Match. 7.

Admonitio  
paterna.

Quos, nisi resipiscatis, & quidem cito, manet presens ac certa ultio diuina, quam neq; in hoc seculo effugietis neque in futuro, hæc dicit Dominus, Audi popule stulte audi Princeps

Cõminatio  
de ultione diuina.  
Hier. 5.

principes, qui non habes cor, qui habetis oculos & non uide-  
 detis, aures & non auditis, me ergo non timebitis, & à facie  
 mea non dolebitis, nunquid non auditis quae fecerim à diebus  
 antiquis: legite scripturas in quibus putatis uos habere uitam æ-  
 ternam, & inuenietis quam grauis semper fuit & terribilis di-  
 uina uindicta in illos, qui in populo dei schismata concita-  
 uerunt, nunquid non legistis horribilem diuinam ultionem  
 aduersus Dauid & Abyron, quod multitudinem aduersus Moy-  
 sen concitassent, quos dehiscens sub pedibus terra & aperis-  
 ens os suum deglutiuit & omnia quae ad eos pertinuerunt,  
 ita ut descenderent uiuentes in infernum, Et aduersus Chore,  
 quem eandem ob causam cum ducentis & quinquaginta  
 uiris celestis flamma deuorauit.

Ioh. 5.

Nu. 16.

Quod si ob durius fortassis in ipsum Imperium, aut quos-  
 rundam pastorum seu ignauiam seu maliciam schismata ex-  
 citanda putatis, Nunquid non ex libro Regum audistis, in-  
 dignatum dominum fuisse aduersus decem tribus filiorum  
 Israel, & in omne semen eorum ut dimoueat eos & tra-  
 diderit in direptionem, donec proijceret eos à facie sua. Ob-  
 quam tandem culpam, nisi quod ob durius Imperium Salomo-  
 nis, Et imprudentius arrogantiusque responsum Roboam re-  
 gis Iherusalem, scissae fuerunt à tribu Iuda & Beniamin.

Ira Dei in schismaticos

4. Reg. 17.

3. Reg. 12.

Quam praesens semper fuit dominus uniuersis sacerdotibus  
 suis: An non Saul ab regio abiectus honore, Et Olias  
 rex Iudae percussus lepra, propterea quod quae sacerdotum erant  
 contra sacerdotes domini sunt ausi usurpare, sufficien-  
 ti potuerunt uobis esse argumento. Et breuiter, an non om-  
 nes testantur historiae, uniuersos ultrici manu domini infeli-  
 ci perisse exitu, qui in Christos domini sacrilegas manus  
 iniicere non formidarunt, Contra autem felicia omnia &  
 longam illis contigisse uitam, qui Christum in sacerdotibus

1. Reg. 15.

Uxor sacerdotum Deus.

2 Paral. 26.

Epistola Adriani PP. VI.

bus suis uenerati sunt: Moueant ergo uos exempla aliorum & cogitate quid uobis sit expectandum, qui uenerabilem dei chorum in manus tentatis tradere prophanas.

Terribile exemplum ultionis diuinae.

Nu. 16.

1. Cor. 5.

Imitari Paulum.

Admonitio pia.

Hiere. 6.

Ephe. 4.

Proinde quod dominus per Moysen praecepit uniuerso populo Israel ut separarētur à tabernaculis Chore, Datan & Abyron, nec tangerent quicquid quod ad eos pertineret, ne inuoluerentur in peccatis eorum, hæc & uobis præcipue & tibi dilecte fili, eiusdem domini nostri auctoritate præcipimus & obsecramus in Christo Iesu, ut seperemini à Martino Luthe. auferatis à uobis petram illam scandali, neque tangatis quod illius est, ne & uos diuina ultio inuoluat subito in peccatis illius, Expurgate quàm primum fermentum illud quod reliquam fidei uestræ massam corrumpit, ut sitis noua conspersio, nouaque creatura. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem sicut in ecclesiæ dei persecutione, tam grauem animarum perniciem sub tuo nutriendi patrocínio, Ita reuersus ad cor, effice, ut intelligant omnes conuersionem tuam. Utque qui per te sunt scandalisati, in te rursus glorificent deum, Maxime autem hoc præsta quàm primum, ut impurum illud os obstruatur, ut capuletur blasphemix lingua, quæ contra deum & sanctos eius loqui non cessat, & uirus suum undique spargit.

Et ut Prophetæ uos uerbis ammoneamus. State super uias & uidete ac interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus uestris, State inquam, & doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci, Interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona per quam ambulauerunt patres uestri, quam demonstrauerunt tot myriades martyrum, docueruntque tot milia confessorum, & ambulate in ea, Quod si à uobis impetrauerimus, sicut & synceriter speramus, erit quod gaudeamus cum angelis

gelis de peccatore poenitentiam agente, & perditam ac rur- Luc. 15.  
 lus inuentam ouem, humeris nostris ad ouile domini gau-  
 dentes deportabimus, paternaq; pietate quantum in nobis  
 fuerit, stolam uobis pristinam restituemus. Quod si dixeris  
 tis, non ambulabimus, & paterne salubriterq; moniti uos re-  
 sponderitis, Non audiemus, Ideo audite gentes, dicit domi- Hier. 6.  
 nus, Et cognoscite congregatio, quanta ego faciam eis. Ecce  
 ego adducam mala super populum istum, fructum cogi-  
 tationum eius, quia uerba mea non audierunt, & legem me-  
 am proiecerunt.

Sed & hoc tibi denunciamus in uirtute omnipotentis Comminatio de utroq;  
gladio.  
 dei & domini nostri Iesu Christi, cuius in terris uicarius sum-  
 mus, nec te in presenti seculo hoc laturum impune, & in fu-  
 turo aeterni te ignis expectare incendiū. Viuunt una Pon-  
 tificus, & religiosissimus imperator Karolus, meus Charis-  
 sissimus in Christo filius & alumnus, Cuius tu edictum  
 uere Christianum aduersus Luteranam perfidiam, Et quod  
 talem decebat imperatorē, non sine graui offensa ac uili-  
 pensione Cæsareæ maiestatis uiolare non timuisti. Non  
 committemus, ut quos olim cum magno Carolo Adria-  
 nus pontifex, in Christo genuerunt, Nunc Adrianus Pon-  
 tificus, Et imperator Karolus sub schismatico & hæretico Tyranno,  
 heresum ac schismatum sinamus interire cōtagione, qua  
 re reuertimini ad cor, ac respiscite tu tuiq; populi misere les-  
 ductorum Saxonum, nisi utrumq; gladium, Apo-  
 stolicum simul & Cæsareum olim  
 uelitis experiri.

SCRIPTA ROMÆ

Anno Domini 1522.

MISCELA

# MISCELLANEO RVM LIBRI SECUNDI Tractatus Secundus.

## ARTICVLI CONTRA QVENDAM Pastorem Miltenbergensem nomine Ioan- nem Draconem inquisitorij.

**I.**  Mprimis Iamdudus procurator fisci itaq;  
ponit & dicit, Et si necesse fuerit probare,  
intendit eundem dominū Iohannem pas-  
lam & publice prædicasse, Quod tempo-  
re quadragesimali ab escis carnū et lactici-  
norum minime sit abstinendum, Neque  
Christi fideles eodem tempore ad huiusmodi abstinenciam  
fore obligatos aut cogendos, cum in sacro Euangelio desus  
per nihil reperiatur contineri.

**II.** Item dixit, Quod omni die licitum sit Christi fidelibus  
uesci Carnibus & lacticiis, neq; desuper eis iugum impos-  
ni, neq; ad obseruantiam huiusmodi astringi quisq; debeat.

**III.** Item, Quod idem dominus Iohannes tempore quadra-  
gesimali proxime præterito lacticiis publice in hospicio  
sue *Rron* nō uigore indulti Apostolici, sed ausu proprio  
uesci non erubuit.

**IIII.** Item, Quod idem dominus Iohannes prædicasse dici-  
tur, Quod celebrare missas & psallere horas Canonicas, aut  
uigilias nihil sit, neq; animabus defunctis huiusmodi opera  
in aliquo sint suffragantia, aut cuiq; in aliquo meritoria.

Item

Item dicitur similiter prædicasse, Quod missa à Sacerdote V. malo celebrata, nemini sit meritoria utilis aut iusta, Neq; missam cuiquam fore meritoriam, nisi eam rite & legitime celebranti.

Item simili modo in concionibus suis dicitur prædicasse, VI. neminem fore obligatum ad celebrandū festa sanctorum, aut aliquem diem festum, præter diem dominicum festiuarū & celebrari debere neq; Sextis ferijs Sabatinis diebus ab esu carniū fore abstinendum, scilicet omni die licitum sit uesci carnis ad placitum.

Item idem Dominus Iohannes processiones in festo S. VII. Marci solitas et per Diuum Gregoriū Papā institutas, ac alias processiones diebus rogationū pagi solitas, publice fieri prohibuit, atq; desup dixisse fertur. *Jch bit dich vmb Christi Jesu blüt willen, du wöllest nit wallen oder mit den Creuzen ghen/dann es eytel nichts.*

Item dicitur procurator, Quod huiusmodi diabolica prædicti domini Iohannis suggestionū, populus more solito VIII. prædictis processionibus interesse neglexit, in diuini cultus diminutionē ac institutionis summorū Pont. derogationē.

Item idem dominus Iohannes publice docuisse et consuluisse dicitur Laicos, sub utraq; specie cōmunicari debere contra inueteratā & approbatam ecclesiæ consuetudinem. Ac IX. eundem sub utraq; specie communicare præsumpsisse.

Item, Quod dicitur prædicasse, quod licitum & permisum sit sacerdotibus ducere uxores legitimas, Sacerdotibus X. ex hoc, luxus incontinentiæ, ac lasciuia frena laxando.

Item, Quod Sanctiones decreta & Statuta summorum Pontificum & Conciliorum, contra prædictas ipsius dñi Iohannis Trach Conciones & persuasiones, adite sint huiusmanæ constitutiones ad quarū obseruatiā nemo sit cogendus, XI.


Responsio Ioan. Cochläi

- XII. Item, Quod idem dominus Iohannes prædictis erroribus hæreticis & detestabilibus insolentibus minime contentus, sed ut pacis & tranquillitatis inimicus ac fraternitatis iniuriator, nuper ab ingressu chori se tueri, ac præsentias nõdũ deseruitas recipere nisus, huius prætextu seditionis inter consulum & plebeios contra dominos & confratres suos de choro Miltenbergenẽ suscitasse dicitur.
- XIII. Item dicit Procurator prædictus, Quod licet prædictus dominus Iohannes sacris iniuriatus sit ordinibus, Idem tamẽ officium suum exequi, Canonicas horas persolvere, ac præmissas celebrare neglexisse dicitur, in animæ suæ salutis dispendium, & approbatæ consuetudinis uilipendium.
- XIIII. Item dicitur similiter publice prædicasse, quod ad ueram pœnitentiam sufficiat pœnitenti sola contritio, sine oris confessione, auferendo ut uerissimiliter præsumitur à pœnitentibus & uerecundiam et pudorem, ac delinquendi audaciam præstando.

RESPONSIO IOAN. CO-  
chlæi, contra eosdem articulos.

CONTRA ARTICVLVM I. DE  
esu carnium in Quadragesima

Esus carnium  
in Quadra-  
gesima.



Argumentum ab Euangelio & Paulo negatiue nihil ualet, sciunt etiam hoc pueri, Dialecticæ rudimentis imbuti. Negem præceptum est in Euangelio aut Paulo, quod dies Dominicus habeatur festus. Quem tamen uult festum haberi noster ille

ille Draco, Vbi autem scriptum est uel in Euangelio uel in Paulo quod in Quadragesima minime sit abstinendum ab esu carniū & lacticiuorum: Vbi legitur Christus aut carnes aut lacticiua comedis, praesertim in Quadragesima: ubi Apostoli: ubi sanctorum quispiam: Qua igitur temeritate noui isti Theologi audent, contra obseruantiam totius Ecclesiae & omnium sanctorum, per M. D. annos custoditā, incipere nouā Gastrimargiā, Epicureumque esum carniū in Quadragesima: Quis ante eos hoc fecit: Qua id faciunt auctoritate: qua lege: quo exemplor: At dixerint forsitan, Paulum arguere eos, qui abstinere i. Tim. 4. iubent à cibis quos deus creauit.

Sed non recte intelligunt Paulum, Non enim prohibet, Paulus in arguitue abstinentiam Quadragesimalem, sed errorem Quadragesima carnes nō comedi Pseudo apostolorum, qui fideles ad legis ueteris obseruantiam astringere uolebant, in qua à multis abstinebatur cibis, uelut immūdis, At immundi per se nō sunt cibi quos Deus creauit, Ab eis tamē abstinere bonum est gracia mactera di corporis, ut possit liberius uacare deo animus. Id quod diligentissime fecit Paulus. Ait enim, in labore & ærumna in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis. Ostendunt ipsi nobis, ubi unquam Paulus leporem aut perdicem aut quascunq; carnes in Quadragesima comederit. Quid autem respondebūt Paulo de grauissimo isto scandalo fratrum, quos per esum carniū scandalizant: Vtinam diligentius legant xiiij. Caput ad Ro. & Octauū caput i. ad Rom. 14. Cor. 8. Cor. 8. libere uinum, neque in quo frater tuus offenditur & scandalizatur aut infirmatur. Item si esca scandalizat fratrem meum

Responsio Ioan. Cochlaei

1. Cor. 8.

meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Quomodo autem nõ scandalizentur Laici per nouum istum carniem in Quadragesima esum, contra Ecclesiæ præceptum, contra exempla sanctorum, cõtra tam antiquam tot retro sæculorũ obseruantiam? Nonne ipsi & omnes maiores eorum abstinerunt? Sed & noui Apostoli isti abstinerũt, anteq̃ ad has declinauerũt in sanias falsas. Nos Quadragesimalis abstinentiæ habemus sanctissimi exempla. Mosen, Heliam, Danielem, Ioannem Baptistam, Christum, Apostolos et omnes sanctos. Quid habent ipsi pro carnali ista Gastrimargia & scandalosa uoracitate sua? Ostendãt saltem unum e tot Millibus sanctorum, qui carnes in Quadragesima sano corpore comederit.

II. DE CARNIBVS OM-  
ni die comedendis.

Matth. 14.  
& 15.  
Nemo Christianorũ omni die carnes comedit.  
Luc. ult.  
Iohan. ult.  
Num. 11.  
Acto. 15.  
Acto. 16.  
Matth. 18.

**V**bi scriptum est, quod licitum sit Christi fidelibus, omni die carnis uesci? Legimus Christũ ex quinque panibus & duobus piscibus quinque Milia uirorũ, Item ex septẽ panibus & paucis pisciculis Quatuor Milia saturasse, Atq̃ etiam post resurrectionẽ manducasse partẽ piscis assi et fauũ mellis. Et iuxta stagnũ discipulis dedisse panẽ & piscẽ prunis superpositũ. Quid simile de carnis legit Draco? An ignorat sepulchra concupiscentiæ? Ibi enim sepelierunt populũ qui desyderauerat carnes. Et in Actibus decreũ est ab Apostolis & senioribus, ut fideles ex gentibus abstinerent ab immolatis & sanguine & suffocato. Et Paulus præcipiebat custodire præcepta, dogmata & decreta Apostolorum & seniorum. Cum igitur Ecclesia præcipiat quibusdam diebus à carnibus abstinere, pro Ethnico habendus est, iuxta uerbum Christi, quisquis contra Ecclesiæ præceptum et cõsuetudinem, omni die uult carnis uesci, Quis enim sanctorum hoc fecit?

### III. DE LACTICINIIS

cum scandalo comestis.

**N**on ita docet Euangelium aut Paulus, uesci lacticijs  
 nijs ad scandalum laicorum in publico hospicio sacer  
 dotem sanum in Quadragesima, eum præsertim, qui &  
 uerbo & exemplo uult alios docere, An uero is non timeat  
 collo suo de mola asinaria? Quasi uero malum non sit hos  
 mini, qui per ostendiculum manducat, & percutit infir  
 mam conscientiam fratrum. Videat igitur, ut huic scan  
 dalo remedium clara reuocatione dignaque poenitentia &  
 fletu præbeat, si non uult subiacere molæ asinariæ & male  
 dicto Christi.

Sententia  
 Christi de  
 scandalo.  
 Math. 18.  
 Ro. 14.  
 1. Cor. 9.

### III. DE ABROGATIONE

missarum & horarum Canoniarum.

**G**rauiissimus profecto error est, pro nihilo habere sic  
 omnia religionis nostræ sacra, sine omni ratione et scri  
 ptura, Vbi enim scriptum est, nihil esse Missas, nihil horas  
 Canonicas, nihil uigilias: Nihil ergo instituit Christus: nis  
 hil Apostoli: nihil omnes sancti: Christus certe dixit Apo  
 stolis, Hoc facite in meam commemorationem. Et sexta Sy  
 nodus ait Iacobum fratrem domini atq; Basilium magnū  
 tradidisse nobis in scriptis Missæ celebrationem. Sed & B.  
 Dionysius Missæ ritum pulcherrime describit. Et De horis  
 Canonicis plena habemus testimonia in scripturis & sancto  
 rum traditionibus atque exemplis. Quis enim sanctorum  
 sacerdotum per M. D. annos horas illas non obseruauit?  
 Nonne Christus ipse dixit, Quoniam oportet semper ora

Luc. 22.  
 De cōsecra  
 dist. 1. Iacob  
 bus. Diony:  
 de ecc. hierar  
 c. 3. pertor.

Responsio Ioan. Cochlaei

Luc. 18.  
Luc. 6.  
Luc. 21.  
Act. 3.  
Act. 10.  
1. Cor. 15.  
Diony. sup  
pra c. 7.

te & non deficere : Nonne fuit ipse pernoctans in oratione dei : Quid aliud faciebat , quando noctibus morabatur in monte oliueti : Sed & Petrus & Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam . Et Petrus ascendebat in superiora , ut oraret circa horam sextam . Orare item pro defunctis semper fuit legitimum Christianis . Ait enim Paulus . Alioquin quid faciant , qui baptizantur pro mortuis : Si omnino mortui non resurgunt , ut quid & baptizantur pro illis : Et eius discipulus . Dionysius docet orare pro mortuis , sed & B. Augustinus de cura pro mortuis agenda scripsit . Denique Ecclesia tota pro mortuis orat , & in sacro Canone ( qui utique antiquissimus est ) eorum instituit memoriam .

V. DE MISSA A M A .  
lo sacerdote celebrata .

Ambro. de  
mysterijs in  
stantis .

**L**Vtherus ipse aliter sentit in sua Babylone . Et Augustinus contra Donatistas per 7. libros de Baptismo ostendit , sacramentorum gratiam per ministrorum peccata non impediri . Et Ambro. pulcherrime docet , non fieri . Adde quod à Luthero citatur Gregorius in testem , quod Missa mali sacerdotis non minoris ducenda sit quam boni cuiuscumque . Nec verum est , quod nulli sit meritoria missa , nisi celebranti , quia offertur ( ut est uidere in sacro Canone ) pro multis tum uiuis tum defunctis . Et Lutherus ipse publicam à priuata missa disceriat ,

V. DE

## VI. DE DIE DOMINICO ET de alijs festis.

**D**icat nobis Draco, cur magis simus obligati ad celebrandum diem dominicum, quàm alia festa ab Ecclesia instituta, Cum nusquam in scripturis sit præceptum de die dominico celebrando. Adde quod neque Christus, neque Apostoli diem dominicum, sed Sabbatum obseruauerunt. Obligat igitur omnes præceptum Ecclesiæ iuxta uerbum Christi Math. 18. In omnibus festis legitime celebrandis, quemadmodum et in alijs constitutionibus suis. Imo non licet edere carnes in sextis ferijs, quia contrariū est Ecclesiasticis regulis & consuetudinibus. Id quod olim prudenter Augustino respondit Ambrosius.

Obligant nos præcepta Ecclesiæ

Aug. In epistolis ep. 118

## VII. DE PROCESSIONIBUS.

bas & Peregrinationibus.

**C**ur obsecro prohibet Processiones Draco? An non dixit, Christus si duo ex uobis consenserint super terram de omni re quàmcumque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Sed neque uerum est, Gregorium primo instituisse processiones, Meminit enim processionum, quæ circa templa fiunt, etiam Dionysius Pauli discipulus. In legibus quoque fit mentio Letaniarum (quæ processiones sunt) longe ante Gregorium. Et quando unquam sine processionibus fuit Religio Christiana? An non superuenit spiritus sanctus ex alto, quando erant omnes pariter in eodem loco? Et quid aliud erat, quàm Letania aut processio quædam, quando pro Petro, qui seruabatur

Math. 18

In autem de sanctiss. Episcopis. Si uero & hic. Act. 2. Act. 12.

in cars

## Responsio Ioan. Cochläi

Math. 27.  
2. Cor. 8.

Luc. ub

Heb. 11.  
1. Pet. 2.

in carcere, oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum? Nonne uero & ex præcio Redemptoris nostri imprus est ager Acheldemach in sepulturam peregrinorum? Sed & omnes sancti aliquando peregrinati sunt, Et Paulus ait Lucam ordinatum esse ab Ecclesijs comitem peregrinationis suæ. Certe Christus quoq; in specie peregrini apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus. Et si nihil aliud boni fieret à peregrinantibus quàm quod significat animas nostras in hac uita peregrinari, satis esset rationis, q; tolli aut improbari non debeant, Ait enim Apostolus. Cõfidentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Et S. Petrus. Charissimi (inquit) obsecro uos tanq; aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs &c.

## VIII. DE PROCESSIONIBUS

per scandalum neglectis,

Math. 18.  
& Luc. 17.

**V**Tinam recte consideret Draco Christi sententiam de eo, qui unum ex pusillis scandalizauerit, ut possit agnoscere culpam suam, qua non unum ex pusillis, sed totum gregem pusillorum grauissime scandalizauit falsa cõtra processiones Letanias & peregrinationes doctrina, & à deuotione cultuq; diuino rudes laicorum animos, satis aliorum qui hoc tempore frigidus, abstraxit. Quid dicam decius tumacia cõtra totam Ecclesiam? Ad quid ualet eiusmodi doctrina? nunquid ad pietatem? nunquid ad bonos mores? ad salutem corporis aut animæ ad nihil omnino, nisi ad scandalum et seditionem. Nonne profecerunt Germani nostri in omnibus bonis, quàm diu letanias & processiones peregrinationesque approbatas deuote peregerunt? Quid profuit Græcis & Bohemis contra Ecclesiam rebellio?

IX. De

## IX. DE COMMUNIONE

sub utraq; specie.

**D**E Communicatione Laicorū sub utraq; specie egregie nuper cōfutauit Lutherū Episcopus Rossensis in Anglia circa XVI. articuli reprobationē Confutauerunt et alij satis efficaciter, Sed & Lutherus ipse in sua Babylone factetur, nō esse necessariū, Laicos sub utraq; specie cōmunicari, dicat autē nobis Draco ubi scriptū sit, quod Laici sub utraque specie debeant cōmunicari. Nam uerbū illud Christi, Bibite ex hoc omnes, ad Apostolos dictū est, qui sacerdotes Math. 26. iam erant, non ad Laicos, Sed & Laici sumunt sanguinem Christi sub specie panis, quia totū sumūt Christū cū carne simul & sanguinē, atq; etiam cum anima & deitate pariter. Et liberrimum est Ecclesiæ, usum sacramenti dare etiā alio mō quā Christus dedit. Nam & Apostoli aliter dederunt baptismum quam Christus præcepit, nempe baptizarunt in nomine Iesu, Cum Christus iusserit baptizare in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et hoc sacramentum Christus uespere dedit & cœnatis. Nunc autem recte datur ante prandium & ieiunis. Friuola est igitur ista attentatio & absq; necessitate.

## X. DE CONIUGIO SACER

dotum &amp; Monachorum.

**D**E scelerato sacerdotū Monialiumq; coniugio doctus Ioannes Fabri sime olim Hieronymus Iouiniano & nuper Ioannes Fabri Lutherō responderunt. Ostendit certe Fabri noster, non licere sacerdotibus uxores ducere ex Canonibus Apostolorū, ex plurimis & antiquissimis Concilijs, ex patribus, Ioannes Fabri responsione. 36.

Ee                      ex histo

## Responsio Ioan Cochlaei

ex historijs, ex Decretis antiquorū Pontificū & Martyrū, Insuper et ex Indorū, Moscouitarū, Græcorūq; & Iudæorū atq; etiā Saracenorū constitutionibus, Et non obscure conuincit, impuriorē esse hac in parte Lutherum quā fuit Mahometus. Tam copiose sane quæstionem istam discussit, ut omnino superflūū sit uel iota unum adijcere. Sufficit ergo hic, q̄ Christus castitatē suavit in castratis, p̄pter regnū cælorum, et q̄d Dauidi & pueris eius non dabant panes p̄positionis, nisi mūdi fuissent à mulieribus heri & nudius tertius. Item, quod Paulus etiā coniuges ad tempus propter orationem abstinere iussit, & eas damnat, quæ primam fidem irritam fecerant. Dissoluāt ergo salaces presbyteri et Monachi Monialesq; priusquam ineant incestuosa & sacrilega coniugia, Hieronimi & Fabri Argumenta.

Matth. 19.  
1. Reg. 21.  
1. Cor. 7.  
2. Tim. 5.

## XI. DE SANCTIONIBVS & decretis Pontificum & Conciliorum.

Matth. 16.  
Luc. 22.  
Ioh. ult.  
Ioh. 10.  
Hebre. ult.  
2. Timo. 5.

**V**bi scriptū quæso est, quod summorū Pont. sanctionibus et Decretis nō sit obediendū? Quis sanctorū eis obedire noluit? Certe Christus dedit eis potestatem soluendi & ligandi, Et pro eis rogauit, ne fides eorum deficiat & ouium suarum pastores instituit, Atq; pastoris uocem uult ab ouibus audiri. Ostendat nobis Draco, ubi talia scripta sint de Lutero & cæteris à sede Apostolica deficientibus. Certe Paulus diligēter nos admonet obedire præpositis nostris, eosq; honorare uel duplici honore, & seniore ut patrem obsecrare, non increpare. Sed hac de re copiosissime tractatum est à Fabro, à Caietano, à Catharino &c. Et Rossensis in 25. articulo pulcherrime & ex fundamento materiam istam pertractat. Habent pro se summi Pont. scripturas, Euangē

uangelium, Paulum, Concilia, Patres, Leges, Consuetudines & sanctorum omnium exempla longissimamq; præscriptionem. Quid habent Lutherani?

## XII. DE SEDITIONE Clericorum uuium contra Clerum suscitata.

Matth. 7:  
Luc. 6.

**C**hristus ait. Quod tibi non uis fieri alteri ne feceris. Et quisq; adeo non uult propter uilem pecuniam suscitari litem (multo minus seditionem) inter fratres, ut dicat, Et ab eo qui aufert tibi uestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue. Et qui aufert quæ tua sunt, ne reperas. Minime igitur Euangelicum aut Christianum est, petere ab inuitis, quæ tibi nullo iure aut consuetudine debentur, præsertim si per seditionem petis. Non ita fecit aut docuit Paulus, Pacem (inquit) cum omnibus hominibus habere, Cum patientia supportantes inuicem in charitate, Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, Et ipse, ne quod offendiculum daret Euangelio Christi, nõ est usus potestate sua, ut meteret carnalia eorum, quibus spiritualia seminabat. Argentum (inquit) & aurum aut uestem nullius concupiui, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Quis laudet igitur, propter præsentias contra ius & consuetudinem participandas in absentia, suscitare litem & seditionem, contra tribusq; conflare odium & inuidiam?

Ro. 12.  
Eph. 4.  
1. Co. 9.

Act. 20.

## XIII. DE OMISSIS OFFI-

cijis Diuinis.

Ec 2

Si Pe

Responsio Ioan Cochlaei

Act. 3. et 10.  
Psalm. 118.

**S**I Petrus ascendit iam in templum iam in superiora domus ad horam orationis sextam & Nonam, Et David septies in die laudem domino dixit, Et similiter fecerunt a temporibus Apostolorum in hanc usque horam omnes sancti & religiosi Episcopi & presbyteri. Non uideo, cur id non debeat & Draco noster facere, qui utique neque maior neque occupatior est Petro, Dauide, Ambrosio, & August. Vbi autem scriptum est, quod sacerdos ad horas Canonicas non teneatur? Vbi habetur in sacris literis, ut legibus superiorum suorum & laudabili consuetudini non obtemperetur? An non resistit dei ordinationi, qui potestatibus resistit? Omnis enim anima potestatibus sublimioribus subdita esse debet. Et praepositis nostris obedire oportet. Et S. Petrus etiam discipulis dominis uult obediri.

Rom. 13.  
Heb. ult.

1. Pet. 2.

XIII. DE SOLA CONTRITIONE absque oris confessione.

Matth. 18.  
1. Timo. 3.

**Q**uod non sufficiat sola contritio, sed requiratur etiam oris confessio & operum satisfactio, in ultimis conciliis, etiam in his quae sunt maxime sacro sancta, determinauit pia mater Ecclesia, Cui quisque non obedierit, pro Ethnicis haberi debet, iuxta uerbum Christi. Ipsa enim est (teste Paulo) columna & firmamentum ueritatis. Sed & B. Cyprianus (quem unum Lutherus contra omnes Romanistas sibi sufficere ait) in plerisque locis, tum uero copiose in sermone de lapsis, probat, Exhomologesin .i. confessionem, & satisfactionem poenitentibus necessariam esse, obseruauit hoc uniuersa ecclesia per annos M. D. Quis ergo nunc tam fatuus et praesumptuosus sit, qui confidat se nouo suo figmento totam Ecclesiam pervertere posse? Legat Hieronymum, Ambrosium, Augustinum

Aug. Hilarium, Athanasium, Chrysoftonom &c. An non ubiq; inueniat pœnitentiæ opera. Sed & Christus ipse non raro dixit, Si in Sodomis factæ fuissent eiusmodi uirtutes, et signa, egissent iam olim pœnitentiam in cinere & cilicio. Et surgent in iudicio contra Iudæos ( quibus prædicauit ) uiri Niniuitæ, qui pœnitentiam egerunt in fletu & ieiunio, in cinere & sacco &c.

Math. 21.  
Luc. 10.  
Ione. 2.

Scripta Franckfordiæ ad Mœnum. 15 22.

**H**ic Draco forsitan adhuc uiuit, Vidi enim Anno Domini 1542. Libellum ab eo æditum, super Psalmū illum omnium breuissimū, Laudate Dominū omnes gentes. Quem ille 117. Nos autem 116. Dicimus, ille cum senatu Ratisponensi dedicauit, in hæc uerba. Hunc ( inquit ) Psalmū 117. ob nihil aliud sub nomine uestro ædidi, nisi q̄ uehementer gaudeo, Deū procurasse uobis, quotidie audire Euangeliū, Taceo, q̄ in hac urbe talis de iustificatione ap̄ paruit doctrinæ consensus, ut sperem, Deum ea propter numq̄ ab hac urbe ablatū esse uerbum suum, eo q̄ articulus iste nihil aliud est q̄ fundamentum, super quod omnia ædificari oportet, quæcumq; in Christianitate de bonis operibus doceri possunt. Hæc ibi Draco, Qui iam aliud sibi nomen usurpat, Dicens se Draconitem, homo perfidus & profugus, qui ubi populum Miltenbergensem in hæresim et rebellionem contra Principem et Dominum suum, Archiepiscopum Moguntinum seditiose concitasset, neq; uisitationem neq; iudicium expectauit, sed nequiter aufugit, relicto in periculis populo, quem sceleratissime seduxerat.

Acta antiqui diffidij

# MISCELLANEO

RVM LIBRI SECVNDI  
Tractatus Tertius

ACTA ANTIQVA TEMPORE EBER-  
hardi Episcopi Vuormaciens, Ex codice quodam  
scripto excerpta Moguntia.

Liga Ciuita-  
cum.



Ira annos domini 1381. Ciuitates po-  
tentes Ratispona scilicet Nurenberga &  
36. Oppida Sueuia Circa Rhenum Basile-  
lea, Confluentia, Argentina, Spira, Vuor-  
macia, Moguntia, Colonia &c. Item in  
der Vuederau, Franckfurth, Friburg,  
Vuetzlar, Gelnhausen, & alia Oppida & Ciuitates rega-  
les, nec non aliqui Barones, nobiles, milites, & armigeri, et  
præcipue duo Comites Iohannes & Rupertus de Nafs-  
sau, & plures alij fecerunt ligam, nominatam, der Stett-  
bundt, conducentes multos armigeros lanceatos, quos ma-  
gnis stipendijs salariarunt, quibus uolebant resistere ras-  
ptoribus qui circumquaque uagabantur, Quia Principes  
terræ tales nequam raptores fouebant, Ita quod nullus  
securus audebat pertransire terram de loco ad locum.

Persecutio  
Cleri in Ci-  
uitatibus.

Interea Basilea, Argentina, Spira, Moguntia,  
Vuormacia, Colonia, Susara, maximam clero inferre  
bant persecutionem. Ita ut in quibusdam locis, uti Vuor-  
macia

maciæ, Moguntia, communioni Oppidanorum & Optimum emendo, uendendo, piscando &c. inhibuerint, In quibusdam, ut Basileæ, Argentina, Columbariæ, ad omnia onera Laicorum supportanda clericos compulerunt, & sic ipsos Clericos magis quàm Iudæos persecuti sunt.

Non curantes Principes terrarum sed proprias uoluntates exequentes, spretis iuribus Legalibus, Canonicalibus, nec curantes incidere pœnas Canonum & legum contra tales promulgatas pro nihilo reputabant. Insuper hæc duæ ciuitates, Vuormacia & Moguntia statutum fecerunt abhominabile, quot nullus conciuuium suorum deberent ferre mensuram antiquam à Clericis dantibus. Sic quod Clerici uina sua non potuerunt uendere.

Tandem in Octobri & Nouembri ciuitates & opida & alij ad confœderationem pertinentes obsederant Munitiõnem Burgksolms & tribus hebdomadis obtinuerunt & funditus destruxerunt. Erat autem illa Munitio firma habens possessorem loerum Simpertum, Laberi filium comitis in Solms.

Anno 1382. In fine Ianuarij exercitus ciuitatum Moguntinensium, Vuormaciensium, Spirensium, Hagenau, Argentinen, Franckfordiensium, circa CCCC. Lanceatos cum Sagittarijs profecti sunt contra Dñm Iohannem Rodenstein, oppidum, & castra dicta Schotten, & munitiõnem Ermsheim destruxerunt, & sic hæc ciuitates cū alijs opidibus Sæuiæ confœderatæ, multas exercuerunt insolentias contra Clerum, ualde in elationem elatæ, quia aliquândum prosperatæ sunt, quædam castra possidentes & dominos Arcium obsidentes. Et sic animum suum conuerterunt in clerum extirpandum, insurgentes in libertates Ecclesiæ, Quapropter in Moguntia cessatum est

Contemptus  
legum & Canonum.

Arx Burgksolms obsesa & expugnata.

Insolentia Ciuitatum in prosperis successibus.

Acta antiqui dissidij

Hæretici Ar  
ticuli,

est à diuinis per multos annos, quod ciues minime curarūt, imo deridebant, quia pullulabant in hæresi, præcipue hæbentes, 18. Articulos. Multotiens conuenerant tractantes de heresi eorum, præcipue illa quod nullus presbyter possit conficere corpus Christi nisi soli presbyteri coniugati. Item prohibuerunt dicere, Aue maria, & symbolum, & alia huiusmodi mencientes.

Clerus &  
Vuormacia  
recessit,

Anno autem 1385. Ciues Vuormaciensium. clero maximam uiolentiam intulerunt, & intercætera mala absecarunt eis in curijs & domibus eorum omnem structuram præminentem super plateas & angulos platearum, hinc clerus recessit à ciuitate, reliquētes bona & possessiones suas.

Cōtumacia  
Vuormaciensium,

Anno 1386. Ciues Vuormaciensium. sepius euocati à ciuitate ad tribunal regis Romanorum Vuentzeslai per clerum, propter magnam uiolentiam quam ciues intulerant clero. Ipsi autē ciues in sua rebellione persistentes, noluerunt cōparere nec se defendere, confidentes confœderationi scilicet der Stette bundt, & sic regali sententiâ fuerunt condemnati in nonnullas marcas auri.

Compositio  
facta inter  
Ciues et Clericos.

Tandem per Illustrissimū ducem Bauariæ Rupertum Iuniorē & Henricum Comitem de Spanheim uilis compositio inter clerum & ciues Vuormaciensium. facta est, uix durans ad 10. annos, & pace facta Neuhausen recuperata est. Continet autem litera compositionis hæc in se. Quod Sacerdotes uinum uendere possunt in ciuitate antiqua mensuræ quod de suis habent beneficijs uel bonis paternis per septem septimanas, incipiendo à festo Pasche, Sed postea in minoribus scilicet eis uendere mensura, de quo tñ facerent sicut ciues ipsi facere solent, inter se tamē propinare possunt, Sed non uendere &c. Item quod Sacerdotes pro absolutione ciuium Vuormaciensium, & ciuitatis sollicitè laborarent.

Anno

Anno autem 1387. feria sexta ante Martini, Ciuitates con- Bellum inter  
 federatæ scilicet, Moguntinensis, Vuormaciensis, Spiren- ciuitates &  
 sis, sexcentos congregantes terram intrauerunt ducis Ruper- Ducē Bauar-  
 ti Bauariæ, comburentes & uastantes omnia. Idē uero dux rię Rupertū.  
 suos congregans satellites, Ipsi obuiam dans eos audacter  
 inuasit & in eos insiliens ducentos interfecit, trecentos & ul-  
 ginti captos tenuit, & ad Altheciam duxit, inter quos erant  
 Sexaginta satellites ministri quos comburi in Kalkofen  
 præcepit, dicens, uos tempore nocturno terram meam com-  
 buistis, sed ego uos clara die comburi faciam, alios autem  
 copiose exactionauit. Actū feria tertiā ante Martini anno  
 1388. Postea idē Dux etiā suis lanceatis ante ciuitatē Mo- Dux uictor  
 guntinē omnes uillas circūsitos combussit, Hepheim, Bre- Ciuitatum.  
 zēheim, Bodēheim, Laubēheim, Eadē faciēs Spireñ, Vuor-  
 maciēñ, & Franckfordiēñ, Argentineñ & alijs ciuitatibus  
 existētibus in confœderatione, qui se nullatenus defendere  
 potuerunt, nec ullus ausus fuit exire oppidum ac ciuitates,  
 Et sic confœderati nihil fecerunt, sed uim & pudorem passi  
 sunt, prius magna arrogantia omnia super rura præsumes-  
 bant. Illis autem diebus in Almanix partibus aut regione  
 Rheni publicæ stratæ itinerantiū intrantium desertæ sunt,  
 quod graminā in eis creuerunt qualiter in pratis.

Post hæc proposuerunt ciuitates prædictæ amplius nolle  
 egredi ad terras principum inimicorum suorum nisi in locis  
 ualde propinquis, Ex quibus eadem nocte aut die ad suos  
 redire possint. Sic in istis prædictis guerris Principes & ciui-  
 tates multa damna inuicem fecerunt. Sed tū ciuitates multa  
 maiora mala perpeffæ sunt in absecatione uinearū, sulcatio-  
 num, agrorū, et pratorū, & in conculcatione segetū, et com-  
 bustione prædiorū. Postea circa Pentecostes, cum ciuitates  
 exeuntes in confœderationem, maximas exposuissent pe-  
 cunias

Quanta per  
 tulerint dam-  
 na Ciuitates

Act. Anti. dissidij inter Prin. & Ciuita. Germa:

pecunias circa conductum exercitum (nam habuerunt 1200. lanceatos, exceptis innumerabili uulgo ciuium mechanicorum rusticorum armatorum) & alia maxima damna intrassent, quia nihil utile egerunt, sed ubiq; succumbebant. Tunc dominus Adolphus Archiepiscopus Moguntinensis & Episcopus Badenburgen. cum magistro militie hospitalitatis sanctae Mariae teutonicorum qui dicebatur Ioannes de Vemingen, se interposuerunt, & pacem fecerunt, ut ciuitates diuersae magnas summas pecuniarum soluerent principibus pro damnis uillanis illatis, & rubore & pudore magnū in tanta expositione perpeffa sunt. Et sic cōspiratio cōfœderatiōis ciuitatū annihilata et soluta et lis sedata est.

Exscriptum Moguntiae, Anno 1522.

# MISCELLANEO RVM LIBRI SECUNDI Tractatus Quartus.

## DVÆ VIÆ AGENDI ad tollendum in religione dissidium Lutheranum.

### VIA MITIOR CONTRA Lutheranos.

I.  
Pristina Germanorū fœlicitas.



Audare antiquam pietatem & obedientiam Germanorum, per quam non solum foelicitatem in coelis, sed & gloriam opesq; ac dignitates cōsequuti sunt in terris. Itaq; esse hodie Germaniā opibus, potentia, honoribus ac optimis quibusq; uitae institutis longe

longe meliorem ac splendidiorem quàm unquam antea fuerit, permanendum igitur in antiquorū fide & religione, Ne simul cum religione perdant omnia alia bona, sicut perdidērūt Aphri, Aegypti, Orientales, Græci, &c. Qua de re duas scripsi exhortationes sub hoc titulo Roma Germaniæ.

De allegatis grauaminibus tunc oportune tractari posse II. Grauamina.  
 amice & fideliter, quando prius exterminetur hæresis, atq; in ecclesiæ unitatem populus reducatur. Obstare nunc animorum discordiam ac proteruiam, qua subditi putant se posse à superioribus suis extorquere quicquid uelint. Fore re mali exempli, si pax & unio sic redimatur, cum spõte redire debeant, qui friuole discesserunt.

Colligere articulos quā plurimos Lutheri, distincte secū III. Plurimi arti  
 dum diuersam materiam, & breuem adijcere singulis reprobationem ex scripturis, aut euidentibus alijs rationibus. Ita culi Luthe. à  
 enim & populo gratū erit, reāgi scripturis & rationibus, nō Catholicis  
 solum autoritate aut mādato, & Luthero difficile foret, om reprobati.

nes articulos ita reprobatos asserere. Certe pulcherrime reprobauit Doct. Ioan.  
 XL I. articulos (quos Bulla Apostolica damnauerat) Iohannes Dietenbergs  
 Episcopus Roffensis in Angliā, Ita & prior  
 apud Prædicatores Franckfordiæ CXX XIX. articulos  
 eius reprobauit de uotis Monasticis, & ego Teuthonice 154.

articulos eius de Missa & Eucharistia redargui. Sed & D.  
 Ioannes Faber copiosissime illi per CXXVI. responsiones  
 obuiauit. Possent igitur facile conquiri CC. aut CCC.  
 articuli erronei, paucis reprobandi, præter eos quos reprobauerunt  
 Bulla, Roffensis Prior, & Faber. Vt merito cæcus &  
 expes iudicaretur, quisquis tot articulorum reprobatione à  
 Luthe, hæresi non absterreatur.

Permittere Cæsari & septē Electorib. ut p euidentiori dog III L.  
 gmatum Lutheri corum falsitate depræhendenda, consi

Dux viæ ad tollendum diffidium:

Judices inter  
Luth. et eius  
aduersarios.

tuant certos iudices (absq; tamē prejudicio Sedis Apostoli-  
cæ, ad quam unam pertinet de fide definitiue iudicare) qui  
superintendant & iudicent inter Lutherum & eius aduersa-  
rios. Esse nanq; aliquos, qui sub iudicibus eiusmodi, cum  
ipso etiam usq; ad mortem cōtendere uelint, & hoc ad æqua-  
le periculum, absq; saluo conductu, ut uictus mox suat pœe-  
nam secundum quod decreuerint iudices. Hanc profecto  
conditionē pro fide Catholica & pro Ecclesiæ pace ac unita-  
tate libenter subibunt, Prior, Cochlæus, Mensingus & Em-  
serus, sed neq; Faber detrectabit, & Eckius neq; de fide neq;  
de ingenio suo diffidet. Certum est autem Lutherum minime  
ausum esse aut uelle, sub eiusmodi iudicibus designatis  
disputare, uti sepe confessus est, etiam publicis scriptis. Inde  
igitur non parua futura esset Ecclesiasticis ad populum cō-  
tra illū fides & beniuolentia, si uiderent illum nusq; esse aus-  
sum sine saluo cōductu comparere, nec ulli iudicio stare aut  
causam suam committere, Scit enim sese ab omni Catholico  
iudice damnatum iri.

V.  
Confutatio  
dogmatū.

Emittere interea plerosq; libros benefundatos tum ratios  
nibus tum scripturis contra illius maxime barbara & per-  
uersa dogmata, quæ etiam populo ipsi displicent uel uida  
& sine reprobatione.

VI.  
Disciplina  
Cleri.

Præcipere Episcopis, ut Clerū suum sub meliori, quam  
hactenus, disciplina teneant, in uestitu, in conuersatione, in  
sacro ministerio, & in sacrarū literarum studio. Ne habeant  
Concubinas, ne tota die ludant, ne semper sint ociosi sine li-  
bris, cum pauperum contemptu.

VII.  
Pij Concio-  
natores.

Constituere doctos & bonæ uitæ Concionatores, qui  
populo prædicent uerbū dei sincere in mansuetudine, secū-  
dum expositionē approbatorum ab Ecclesia doctorū, admi-  
scendo interim non affectatam, sed secundum materię pro-  
positæ exigentiā occurrentē & oportunā Lutheranorū do-

gnatum reprobationem, idq; modeste, sine conuicijs, fides  
liter & ex quadam compassione.

Aedere libros, praesertim Teuthonicos, in commenda-  
tionē Missae, Sacramentorū, Castitatis, B. Mariae uirginis, S.  
Laurentij & aliorum sanctorum, Taliū enim Laudes gra-  
tae erunt populo, maxime si fiant modeste & sine cōuiciant  
di amaritudine, Et non parum offensi sunt boni homines ex  
dictis Lutheranorum contra superius enumerata, facile igitur  
per horum laudes reduci poterunt.

Exponere populo, tum in Contionibus, tum in libellis  
aedendis, quid boni designent ritus & Cerimoniae in cultu  
diuino, praesertim in Missa, Nam ualet eiusmodi expositio  
ad excitandam in populo deuotionem, & ad odium & des-  
tationem Lutheranorum dogmatum, quae barbarice omne  
nem exteriorem cultum dei, non sine displicentia boni &  
communis populi, contemnunt.

Commendare antiquam Maiorū nostrorum pietatem, X.  
in Exequijs, Vigilijs & Anniuersarijs Mortuorum, qui ex  
acerbissimis Purgatorij ignis (quem derident Lutherani) defunctos,  
pœnis ad nos clamant, sicut in Euangelio Diues ad Ab-  
raham & Lazarum. Magnam itaq; esse & impietatem  
sic derelinquere maiores & propinquos nostros in tantis an-  
gustijs, & ingratitude, nihil boni conferre ijs qui nobis  
omnem substantiam & hereditatem reliquerunt. Iniustitiā  
deniq; non seruare fundationes, quas in salutem animarum  
pie instituerunt & persoluerunt defuncti. Displicet enim &  
ista Lutheranorum barbaries populo communi, qui pro fi-  
delibus defunctis haecenus libere orauit et elemosynas fecit.

VIA CONTRA LV.

therum Austerior.

Ff 3

Ceno

VIII.  
Laudes san-  
ctorum.

IX.  
Declaratio  
Ceremoniarum.

X.  
Pietas erga  
defunctos.

Dux viæ ad tollendum diffidium.

Liber C. Gra  
taminuor.

I. **C**onqueri apud Cæs. Matel. de tam varijs ac diuturnis  
in Sedem Apostolicam iniurijs & contumelijs, quæ ab  
impijs publice & impune fiunt in terris Imperij, præfertim uer-  
ro in ciuitatibus Imperialibus. contra eius Ediçtū. Et quod  
iniquissimum est, editū iam esse & latine & Teuthonice Li-  
brum, in quo, sub nomine Principum & Statuū Imperij, nō  
solum Lutherana quædam dogmata continentur, sed etiā  
Annatę totius Orbis inuidiose, ad maius excitandum in po-  
pulo cōtra Ro. Ecclesiū odiū, sunt enumeratę, et quidē falso.

II. Scandalosa  
quædam in  
eo libro.

Conqueri item apud Catholicos Principes, utpote apud  
Ferd. apud Duces Bauarię, apud Comitem Palatinū,  
apud Ducem Saxonię Georgium etc. q̄ sub nomine Prin-  
cipum & Statuum Imperij talia sint, non solum dicta et scri-  
pta in consilio secreto intra parietes, sed etiā in populū sine  
omni fructu & necessitate, in odium S. Ro. Ecclesię, euul-  
gata, Qualia cetera à Catholicis Principibus, ab ijs præfertim  
quibus Lutherana hæresis sic displicet & molesta est, neq̄ dici  
neq̄ scribi ullo modo decet, Sunt. n. pleręq̄ ex ijs friuola, in-  
iuriosa, scandalosa, atq̄ etiā reprobata, quæ Lutheranā factio-  
nē (quā ipsi persequi & opprimere dicunt) in pluris cōmēdāt.

III. Contra res  
sponsū Nū-  
cio Aposto-  
lico datum.

Expostulare cum Archiepiscopis & Episcopis Germani-  
nię, cum & ipsi sint membra Imperij, q̄ in tale responsum  
(in quo sic commendatur fautor et receptator Lutheri) cō-  
senserunt, cum nemini grauius immineat periculum quàm  
ipsis & eorum Clero atq̄ etiā ouibus & subditis.

III. Negligen-  
tia Episcopo-  
rum.

Arguere item Episcopos, q̄ tot lupis ululantibus ipsi sic  
dormiunt, ut neq̄ scribant aut prædicent ipsi, neq̄ scribentibus  
& prædicantibus auxiliares manus præbeant, Præcipere  
re insuper eis districtissime, ut de cætero quislibet in omni  
Diocesi sua prohibeat realiter & cum effectu, ne libri Luth-  
therani uendantur aut legantur, sed ubicunq̄ reperiantur,  
collantur

tollantur de medio. Contra rebelles procedant uia Iuris, aut si censura spernantur, ui & carceribus coerceantur.

Vt quilibet Episcopus habeat aliquem uirum practicum, upote Officiale aut Vicarium, qui districte procedat contra Lutheranos predicatores, At ne ui solû aut terrore agere uideatur, debeât ei ab Episcopo adhiberi duo aut tres Theologi docti (quales facile reperiuntur in Monasterijs & in collegijs aut Vniuersitatibus) qui errantes per piam in scripturis informationem reducant, si autem obstinati sint, prohibeantur amplius predicare, & procedatur cõtra eos prout de iure. Poterût certe sic multi absterri uel autoritate Iudicis & Affectorû, uel saltẽ metu pœnẽ & censurarû atq; scandali.

Mandare Episcopis, ut uiris doctis, qui contra Lutherana dogmata doctẽ scribunt, assistant, quo possint habere impressores idoneos, qui opuscula eorum excudant & uendant, utq; eos iuuent etiam mutuando non nihil pecuniẽ ad faciendas pro Impressione librorum expensas. Poterit enim talis pecunia uenditione librorum recuperari, si non tota, saltem sine graui damno.

Scribere Catholicis Principibus, ut sectã Luth. acrius persequantur, non solum iuxta Edictû Cæs. Maies, et ppter obedientiam, quã in talieasu maxime debet Sedi Aplice, sed etiam ppter salutẽ animarû et pprîũ periculũ, Quoniã Lutherani in pleriq; libris populum in Principes concitat sediciosus & calumniosus dictis. Nimum esse dedecus, tot Principes tam diu tolerare unius Monachi Apostatę tam superbi, & incõstantis maledicta, contumelias & minas.

Agere cum Heluetijs, ut nõ permittant amplius Lutheranos libros Basileæ imprimi, nec sinant Ulrichum Zuingliũ tantam deinceps infamiam per tot hæresum iam olim damnatarum instaurationem, famigeratę corû Nationi super inducere, et fortissimam gentem à patrum religione auertere.

V.  
Processus cõtra Lutheranos predicatores.

VI.  
Iuare scriptores Catholicos.

VII.  
Pericula animarum & Principum.

VIII.  
Heluetijs.

Duae uiae ad tollendum dissidium.

IX.  
Problemata  
Brunfelsij.

X.

Agere item cum Argentinensibus, ne tot & tam uarios  
& diuersos libros Lutheranos imprimi sinant, cum sit hoc  
Anno impressus ibi libellus quidam expresse contra Qua-  
tuor Euangelia. Admonere insuper Franckfordienses,  
ne posthac ullos libros Lutheranos in nundinis suis uendi  
sinant, quia inde cumulatim in omnem Germaniam export-  
tantur bis per singulos annos. Scripta Romæ, Anno 1523.

MISCELLANEO  
RVM LIBRI SECVNDI  
Tractatus Quintus.

NECESSITAS RESISTENDI  
Sectarum nouitatibus.

I.



X lege diuina, Nam contra ius diuinum  
occupant bona Ecclesiastica, Leui. 27.  
Quicquid semel fuerit consecratum, sanc-  
ctum sanctorum erit domino. Secundo  
periculosum est illis cohabitare. Nume. 16  
Recedite à tabernaculis impiorum homi-  
num, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini  
in peccatis eorum. Tertio, Tolerari non debent, Deut. 13.  
Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut  
filius tuus uel filia siue uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus  
quem diligis ut animam tuam, clam dicens. Eamus & ser-  
uiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, Non acci-  
quiescas ei nec audias, nec parcat ei oculus tuus ut misereas  
ris &

ris & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum &c. Matth. 5. & 18. Si scandalizat te oculus tuus, erue eum, & proijce abs te. Quarto, Hostis Turca uinci non potest, hæresi durante, Ios. 7. ait dominus. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollutus est de anathemate. Non ero ultra uobiscum, donec conteras eum qui huius sceleris reus est, Quinto, Metuendum est, si tolerentur, ne per eos Deus deponat Principes nostros, sicut deposuit Saul regem, quod nõ interfecerat omnem Amalech. 1. Reg. 15. Pro eo quod abiecasti sermonem domini abiecit te Dominus, ne sis rex. Sexto, Opprimunt reliquos Catholicos si non oppressi fuerint prius. Gal. 6. Quicumq; uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur, ut glorientur in carne uestra. Septimo, Alias quoq; Nationes inficiet libris & occultis prædicatoribus quos mittunt 2. Timot. 2. Multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Hæc magnopere consideranda sunt. Deus enim non irridetur Gal. 6. Nec mentitur. Nume. 23.

Ex lege humana, Quia plurimæ sunt leges in Codice, II. multi Canones in Decretis, ubi præcipitur, ut exterminentur hæretici & puniantur, At nulli unquam fuere hæretici uel schismatici istis pertinaciores, magis impij & blasphemj, magis sacrilegi, magis feroces, inquieti & seditiosi. Nisi igitur statim compescantur, præualebunt & opprimunt Catholicos. Quid enim habent, quod antea damnatum non sit in Iouinão, Heluidio, in Leonistis, Viclephistis & Hussitis? Non oportet itaq; expectare Concilium futurum.

Ex historijs. Quis fuit foelicior & uictoriosior in bellis, III. quis liberis, honoribus, omnibusq; bonis fortunatior aut affluentior Theodosio Magno & Carolo magno? At isti acer

Necessitas Resistendi Sectarum Nouitatibus.

rime pro fide contra hæreticos & infideles pugnaverunt, & inde meruerint de hostibus uictorias. Licet enim bellum gererent contra hostes barbaros, Hunnos, Gotthos, &c. Interim tñ & hæreticos legibus pœniscq; coercebant, Qui uero id neglexerūt, ut Henricus III. & Vuenceslaus, regna propria perdidērūt, & cum perpetua infamia perierūt in gloriam.

Scripta Nurenbergæ, Anno 1524.  
per Ioan. Cochlaeum.

MISCELLANEO  
RVM LIBRI SECVNDI  
*Tractatus Sextus.*

EPISTOLA IOAN. CO.

chlæi ad R. D. Vuilhelmum Episcopum Argentinensem, & Locum tenentem Moguntini Archiepiscopi.

S. P. D.



VM debita & reuerentia & obedientia, Reuerendissime dñe, Princeps obseruandis, mitto hic Reuerendis, D. V. libellos tres, qui his diebus impressi sunt hic labore meo, non sane, quod ulla in eis sit eruditio, sed ut sint qualiscunq; occasio diligentius, quam hactenus factū est, cogitandi de periculo sissima ista factione Lutherana. Nimum enim experti iam sumus quid Lutherani uelint, si possent. Poterunt autē, nisi religio se pro

se prospexerint Principes. Videmus enim quāstū sit ubiq; diffidium per omnē fere Germaniam. Nunc certe oportuissimū est uobis ecclesiasticis Principibus tempus & assensū religionis & liberandæ ab ultimo exitio patriæ. Nisi enim stent in parte uestra sæculares Principes, non satis erunt & ipsi tuti. Egent igitur & illi ope mutua, si à rebellionibus salui esse uolunt. Certissimum est autem, cum Lutherana doctrina neq; pacem neq; obedientiā stare posse. Id qd experti iā estis, & ex his meis libellis quilibet facile intelliget. Necessarium est igit̄ uobis utrisq; Principibus, in unū consentire, ac stare in parte Catholicorum, ut unanimiter concludatis semel, Imperialibus edictis, Apostolicisq; mandatis præbere & consensum & executionem. At Lutherizant (dicetis forsitan) aliqui Principes. Esto, plures tamen non Lutherizant, & quidem potentiores, qui Cæsare quoq; & omnes Ecclesiasticos in parte sua habent. Qui & ceteros in partem suam trahere poterunt, si gnauiter agent in proxime futura Dieta. A qua certe nequaquam abesse debet persona Reuerendiss. D. V. Quæ non solum Principes, uerum etiam Comites & Barones totamq; Nobilitatē, & consilio facundiæq; informare, & autoritate meritissq; permouere, sanguinis item propinquitate in sententiam suā pertrahere salubriter poterit, duce & adiutore Deo.

Vidi sane literas ex Ellinga ad amicum & consanguineū Reuerendiss. D. V. reuerendum & illustrem dominū Decanum Colonien̄ &c. datas, quibus significatur, Generalem dietam à Cæsare indictam esse, mox post festum Sancti Michaelis Augustæ celebrandam. De qua profecto bene sperandum nobis est, si uos Ecclesiastici Principes uigilanti solertia officii uestriū impleueritis, non sane, ut in uocale di

Experientia  
per seditiones  
Rusticorum.

Vt sæculares  
res & Eccles  
iastici Prin  
cipes cōsens  
tiant in unū

Ne disputes  
tur publice  
de hęc.

Epistola Ioan. Cochläi

disputationem coram Laicis, tot fidei causas & articulos (qui totam concernunt ecclesiam) deduci sinatis, quod ex licentis supra dictis intendi uidetur. Ex tali em̄ disputatione, clamor scilicet et cōtentiosa, maior sequutura esset cōfusio et scandalum, quandoquidē animi Laicorum magis fauent dictis Lutheri, quibus cōtra Clerū illis blandiē. Nam et Tertullianus ante mille trecentos años eiusmodi disputationes ad longum dissuasit. Quas & Valentinianus ac Martianus Imper. Aug. publica lege prohibuerunt. Quoniam omnes eius articuli prius multipliciter sunt in generalibus concilijs ab uniuersali ecclesia damnati. Et maxima pars eorum hoc quoque tempore confutata est infinitis scripturis & rationibus, nō solum à plerisque Germaniæ doctoribus, Verum etiam ab Italibus, Gallis & Anglis, ijsque doctissimis, quibus adhuc nihil, præter conuitia, responsum est à Luthero & complicibus eius. Quod si prolixas petant uidere cōfutationes, ostendantur eis libri Episcopi Rossensis, Iodoci Clichtouei, Ioan. Fabri, Ioan. Eccij, Ioan. Dietenbergij, Hiero. Emseri, Ambrosii Catharini &c. Si breues, ecce quingentos articulos in uno libello meo breuissime confutatos. Multos etiam ad longum in alijs libris tum Latinis tum Teuthonicis reprobauī, quibus adhuc nemo respondit. Nisi quod Lutherus ipse ad unum articulum semel mihi respōdit. Sed utinam liceret mihi sub certis, à Cæsare scilicet & à Principibus designandis, iudicibus, cum illo, super responsione sua pro uita & morte certa re, quam libenter uelim cutem meam in periculum uitæ patriæ & fide catholica tradere:

Si uidebitur igit̄, Reuerendissime dñe, in futura dieta uel necessarium uel opportunum, eade re quicquid dicere, poterit Reuerendissi. D. V. alacriter & secure, de me pusillo & minime subditorum uestrorum, polliceri reliquis Principibus et obijce

Tertullia. de  
prescrip. C.  
de summa  
Trini. L. Ne  
mo.

Multiplex  
confutatio li  
brorū Luth.

Ad quid se  
offert Cochläus.

obſistere Lutheranis quibuscunq; me paratum esse, sub uita & morte iudicium ferre, super uno illo & primo articulo, quem bulla apostolica reprobauit. In quem & ego scripsi. De gratia scilicet sacramentorum, & Lutherus scriptis mihi respondit, egoq; alio libello contra responsionem eius repli- caui. Nolo quidem uerbosa aut clamosa eum eo disputatio- ne coram Laicis contendere. Sed paratus sum, cum illo sta- re captiuus, ad certam mortis, uel meae uel ipsius, sententiam, sub quibuscunq; iudicibus à Caesare Principibusq; si non om- nibus, saltē Electoribus, deputandis. Obruli certe & Vuors- maciae me similiter, & quidem in faciem ipsi Luthero, super materia de sacramento Eucharistiae. Nunc autem non plus peto, nisi ut super primo articulo (quem Leo X. Papa dā- nauit) Lutheri meaq; scripta sub certa mortis sententia ius- dicentur. Non enim timeo, pro ueritate catholica mori, pre- sertim in tantis patriae & animarum periculis.

Nec ullum erit ibi praedictum aut fidei aut ecclesiae. Nam dato casu, qd ego morti à iudicibus illis adiudicarer, nequaquam tamen adhuc saluus aut uictor esset Lutherus. Nam in uno tantum articulo uinceret, non omnes sane, sed me u- num. Possunt autem inueniri mille, imo ter mille Doctores uiri doctissimi, qui cum illo super eodem articulo possent concertare. Quod si super uno articulo non ausus sit mecum capitale iudicium subire, quid faceret de quingentis? Quid de multo pluribus qui assignari possunt?

Agite igitur uiriliter uos Principes ecclesiastici, obturate se meliora Lutheranis. Nam si opus fuerit, spero me multos habiturum esse socios, qui similia pericula pro patria & salu- te animarum libenter subibunt. Non sane, ut uocali conten- tione corā Laicis disputemus, corā cōfusa multitudine, sed ut scripta nostra certis ac deputatis iudicibus, etiam sub uitae periculo.

Qualiter cū  
Luthero cer-  
tandum sit.

Epistola Io. Coc.

periculo, libèter submittamus. Quid amplius petere à nobis  
 possent omnes Lutherani? Nolo autem, cum Luthero iudicium sub saluo conductu inire. Hoc enim tenderet ad illius  
 pompam & ad maius scandalum populorum, sicut & Vuormaciæ contigisse uidetur, & Lipsiæ, sed si uocemur  
 sub æquali periculo, ut stemus captiui sub iudicibus, donec  
 feratur sententia, qua alter nostrum destinetur morti, libentissime profecto comparebo. Firmissime autem credo, Lutherum non compariturum esse sub tali conditione. Et si cõ  
 pareret, nihil profecto timerem, Scio enim q̄ euadere non  
 posset, nisi iudices essent ipso Luthero Lutheranos. Hac  
 tamen breuissima uia posset (ut mihi uidetur) multis popu  
 lulis, inique de ui & oppressione Euangelij falso conquest  
 rentibus, benigne ac liberaliter satis fieri à principibus.

Pia intentio.

Hęc Reuerendissime Domine bona sane intètionē scribo, non aliud querens (teste deo) q̄ & patrię pacem & salutem animarum. Scio enim certissime, sub Lutherana factione nullam fore pacem, nullã animarum salutem, sed cõ  
 fusionem dedecorosam ac uastitatem irrecuperabilem. Rogo igitur humillime, ut Reuerendissima D. V. hoc studium  
 propositumq̄ meū equo animo accipiat, sibiq̄ persuadeat, me omni honore reuerentięq̄ & obedientia præceptis ue  
 stris promptissime semper pariturum esse. Quam & optime ualere precor. Ex Colonia quarto Nonas Septembris,  
 Anno domini M. D. XXV.

Reuerendissime domine, Clerus Franckfordicẽ. male ue  
 xatur à Lutheranis, Nisi ei Reuerendissima D. V. succurre  
 rat, peribit in finem. Ego certe, ne in ullum articulum Lutheranum consentire cogat, longum patior exilium. Male  
 lem autem domi esse cum matre mea inter meos libros, ut  
 & officio Decanatus mei pro uirili satisfacere possem. Ne  
 qua

Ad Episcopum Argentinensem.

120

quaquam tamen redibo, nisi tutus ibi esse queam à Luther  
ranorum uolentia. Commendo igitur suppliciter pauperē  
& misere uexatum Clerum illum Reuerendissime D. V. ut  
opportuno sit ei presidio.

Reuerendissime D. V.:

Deuote subditus

Iohannes Cochleus.

Scripta Colonię Anno 1525.

MISCELLANEO  
RVM LIBRI SECUNDI  
Tractatus Septimus.

ADMONITIO IO. COCHLEI CONTRA  
seditiosum & sacrilegum libellum, Argyrophys,  
lactis, Spire in Conuentu Imperiali  
Anno 1526.



Non satis mirari queo Reuerendiss. ac Illus  
strissimi Principes, apud uos licere adhuc  
seditiosis ac pestilentibus uiris, post tot cla  
des uestre Reip. per eorum nouos contra  
pacē ac religionē libros datas & acceptas,  
nouis ad discordiā cōcinnatis nugis & ca  
lumnijs uerba facere. Cū nō aliud intēdāt sub p̄tento isto in  
Clerum

Seditiosi Cō  
cionatores  
& scriptores

## Admonitio Io. Cochlaei

Clerum odia, quàm ut discordiæ semina inter uos faciant, quo facilius liceat inquietis ac infensis per seditiosos eorum libros plebibus, in uos per discordiam diuisos insurgere ac sequi. Sciunt enim quàm alte infixum ac implantatum sit subditorum uestrorum animis, quod ipsi de libertate excutiendoq; iugo publice predicarunt ac scripserunt, Sciunt uestra authoritatem, per Luthericos contemptus minasq; & insultationes, apud subditos uehementer lesam ac immutatam esse, Sciunt quàm auidi sint ad rebellionem animi eorum qui clade superioris anni uel parètes ac propinquos dolent interfectos, uel graui mulctati ære difficulter exoluere possunt quod imperatum est.

Impium ad uobis ponunt, ac suadendo inculcant, Ecclesiarum ac Monasteriorum bona in pauperes ac Remp. cõuertenda peccatis quam in ociosos ac pingues ( uti quiritantur ) uentres Clericorum ) uos per discordiam abinuicem separare, ut sic diuisos ac dissidètes uos in plebium uestrarum manus ac potestatem tradant, Non enim ignorant, nulli unquam Regum aut Principum foeliciter cessisse sacrilegia, ad quæ uos nunc, sicut antea plebem, exhortari audent, ut per ea superueniat in uos ira ultioq; diuina, haud secus quàm in rusticos peruenit anno superiore uestros. Credite mihi Principes, si tam barbare simplices fueritis quàm Rustici uestri fuerunt, si tam Barrabaram istorum consilia sequi ( quod Deus auertat ) audeatis, non meliorem uobis, quàm rusticis dederunt uestris, mercedem retribuent, re male cedente, Male autem cedent proculdubio sacrilegia, ad quæ nunc uos, ut antea rusticos uestros, incitare audent, iuxta illud Sapientis. Nõ est consilium, nõ est fortitudo, non est prudentia contra dñm. Quis autem non uidet, maxime contra dominum esse, quod suadent

suadent uobis isti sectarum duces, spoliare templa, diripere monasteria, domos dei, insectari ac perdere dei ministros sacerdotes ac Monachos deo sacratos, abolere dei cultum laudēq; tā diurnā quam nocturnam, uertere in usus prophanos uasa uestesq; sacras; Heu quam graue inferunt uobis dedecus apud exteris Nationes Cōsultores isti pessimi, ubicūq; dicitur aut scribetur, talia ad uos consilia impune hic in tam splendido ac amplo Christianorum Principum conuentu per omnes passim angulos ac plateas circumferri ac diuēdi.

Si deus Pharaonem, regem potentissimū cū toto exercitu deleuit in mari, qd populū Iudaicum dño sacrificare prohiberat. Si regē Babylonīæ Balthassar eadē nocte, qua sacris templi uasis in pphano utebatur cōuiuio, manus dñi extinxit, Si Oziam regē Iuda thurificare præsumētē lepra percussit, Si sanguinē Achab regis Israel canes linxerunt, quod ministros dñi persequēbatur, Si Antiochū & Heliodorū in templam unū impia molientes, horrendo supplicio ultio diuina contriuit. Si Iulianū fortissimū ac potentissimū Imperatorem, sacerdotes Christi apostatice persequētem, impuīso telo sic percussit iusta dei uindicta, ut diceret, Vicisti Galilæe, uicisti: Quis obsecro uestrū, Clementis. Principes, presumat aut speret, inultum sibi fore si faciat quicquid serpens antiquus per nouos hos Pighardos contra Deum deiq; ministros & templa suggesserit.

Tanto nimirū grauior erit ultio expectanda, quanto maior fuerit Christiani quā Gentilis aut Iudæi Principis ingratitudo, Et tanto seuerius uestra (si consilia tam impia amplexi fueritis) quā rusticorum uestrorū sacrilegia puniet dominus, quanto maior fuerit culpa scienter ac scandalose peccatiū Principū quā fuit rusticorū, qui p simplicitatē male decepti ab his nouis doctoribus, ignoranter aut imprudenter

Exo. 14.  
Exempla uisionis diuine in sacrilegōs Principes.  
2. Paral. 26.  
3. Reg. 22.  
1. Macha. 6.  
2. Mach. 3.  
Historiæ Tripartitæ li. 6.  
c. 47.

Grauior in Principes q̄ in Rusticos uindicta si similiter fecerint.

Responsio Ioan. Cochläi

peccauerunt, putantes se obsequium præstare deo, si iuxta  
 nouorum prophetarū suorū doctrinam euerfis templis &  
 Monasterijs sacros calices ac cuncta præciosa uasa diriperēt  
 ac conflarent, è sacris uestibus diploidas ac saga militaria si-  
 bi facerent, Monachos exturbarēt, Moniales à uirginali ue-  
 lo ad incestas nuptias impellerent, missas abolerent, altaria  
 suffoderent omnemq; dei cultū semel abrogarent. At longe  
 aliter iudicauit Deus, & post rem male gestā ipsi quoq; pro-  
 phetæ nequissimi, qui simplicem populū ad tam nefaria scel-  
 lera (ad quæ & uos nunc incitare audent) cōcitauerunt, ali-  
 ter iudicabant, dicentes, miseros illos rusticos ob ea facinor-  
 ra & corpore & anima æternaliter damnatos, Quod & uer-  
 rum quidē est, sed non debebant neq; rustici neq; Principes  
 talia scelera à falsis illis prophetis doceri. Nolite Principes  
 huic serpentino sibilo aures credulas præbere sicut stulte  
 præbuerunt simplices rustici, nō em̄ fidelis est ista promissio  
 eorū, qua dicunt. Si egetis pecunia, en maximum uobis  
 thesaurū ostendimus. Sinite Monachos & Monachas abire,  
 & quicquid opum illis superest in usus uestros ac Reip.  
 pauperumq; conuertite, Ita enim promiserunt paulo antea  
 rusticis quoq; uestris, sed re male cedente illis, aliter loquuti  
 sunt postea. Ita & uobis facient, si ultionem diuinam per tot  
 sacrilegia, quæ isti uobis nunc publice (proh pudor) suadēt,  
 incurreritis. Incurreris autem proculdubio, si eos audieritis,  
 quemadmodum & omnes rustici uestri & omnes alij sacris  
 legi Principes regesq; incurrerunt ante uos, Faciet em̄ Deus  
 Germanos pugnare cōtra Germanos, sicut per uerū propheta  
 tam Esaiam prædixit, facietq; cōcurrere fratrem contra fratrem,  
 et amicū cōtra proximū suū. Non est consiliū contra dñm.  
 Si forte cogitatis, ditari uos posse lex bonis Ecclesiasticis,  
 sicut cogitauerunt rustici uestri, multū faller uos cogitatus  
 uester, quemadmodū iam olim fefellit Pighardos & Huls

Quale Ar-  
 gyrophila-  
 tis cōsiliū.

Prou. 21.  
 Esa. 19.

Exēpla Bo-  
 hemorum

fitas, Sic etenim cogitabant olim etiam Bohemi, donec ex regno florentissimo effecerunt alicubi horrendissimas latrociniorum cediumque speluncas. Factum est enim, indignante domino, ut primū varijs prælijs & cōflictibus uexarentur à Germaniæ Christianis Principibus & populis, Deinde in sua ipsorum uiscera crudeles cōuerterent enses, Bohemi contra Bohemos, Et quāuis primo impetu præualuerint Hussitæ in uicesimū usque annum, iusto tñ Dei iudicio ita conuersa tandem fuit fortunæ bellicæ rota, ut à Bohemis Catholicis uno die, capta Praga, occisa sint Hussitarū xxij. Milia, ac paulo post uno prælio inter Brodam & Coloniā ceciderint ex Hussitis circiter lxxx. Milia uirorum fortū, Reliqui in deditionem accepti à Bohemis Catholicis transmissi sunt paulo post ab Imperatore Sigismūdo contra Turcas in Ungariam, Nolite obsecro Principes simili ausu consimilem prouocare in uos Dei uindictam.

Quod si uicinum istud exemplum à sacrilego isto Barbarum nostrorū cōsilio animos uestros non deterret, deterreant saltem ea, quæ his annis proximis fieri uidistis & audistis, Quid profuit Nobilibus quibusdā (qui Apostatis quibusdā male credulas prebuerūt aures) antiquum ac uenerabilem Treuerorū Episcopatū inuasisse? Quid rusticis cōtulit tot Monasteriorū ac tēplorū direptio? Quid nouis pphetis rusticorum seditiosa cōuocatio? An non sunt pfecti à facie terræ sicut puluis quē proijcit uentus? Perpendite saltē uires hominū (si dei uisionē cōtēnitis) qui huic nouorū pphetarū scēte cunctis uiribus resistere cogitāt, quā periculosum foret, tot Catholicorū Principatus hominū simul cū ira & indignatione dei omniumque sanctorū eius in uos prouocare. Falsa pseudo prophetarum

Credite mihi, quēlibet uestrū, si pessimos hos sequutus fuerit cōsiliarios (qui nūc dicūt uobis, qd si iniuriā cōtumeliāque promissa,

Noua uindictæ Exēpla in Germania,

Responsio Ioan. Cochleari

diuis suis fieri clamitēt, finite diuos sese ulcisci) nō minus de  
ceptū iri pniciosissime, q̄p̄ decepti sunt miserimi rustici, à  
falsis pphetis, è q̄bus Luth. dicebat contra uos, Non rustici  
sunt, boni dñi, sed deus ipse est, q̄p̄ rusticos uestrā uult p̄fili  
gare tyrānidē. Muncerus autē dicebat, omnes Bombardarū  
globos in manicas suas impune se excepturū esse, alij alia  
cūtabant, donec omnis eorū acies, pecorū instar, mac̄ate ac  
disperse sunt, Quod si unus Angelus una nocte potuit occi  
dere clxxxv. Milia armatorū in castris Sennacherib, Quis  
uestrū p̄sumat impune contra se puocare posse tot Diatorū,  
qui cum Deo & Christo eius in perpetuum uiuunt & re  
gnant, Milia.

4. Reg. 19.

Vltio diuis  
na.

Dan. 5.

Luc. 18.

Apoc. 6.

Deut. 32.

Quisquis igit̄ uestrum eos ad sacrilegia p̄petranda sequu  
tus fuerit, is p̄culdubio sentiet manū dñi, quā olim sensit po  
tentissimus rex Balthassar, sentiet manum nō unius mō an  
geli, sicut Sennacherib, sed totius cœlestis exercitus, q̄t quot  
in cœlo diui sunt, quorū ultionē cōtemnere uos docēt Cōs  
sultores isti, cum tñ Christi ac Ioannis testimonio, p̄ uindictā  
c̄ta haud frustra clamēt die ac nocte, sentiet p̄tectorē omnium  
in se sperantiū deū, qui ait, Mihi uindictā & ego retribuam,  
sentiet deniq; & hominū iustū p̄ Catholicę fidei defensionē  
zelū, Quis em̄ credat oēs uos ad tam impia ac sacrilega con  
silia induci posse. Quid dicet religiosissimus simul & po  
tentissimus Imperator noster Carolus V. cuilibet uestrū, q̄  
nomē honorēq; ac dignitatē suā tam nefarijs maculare aulit  
sacrilegijs, quæ isti suadent, si propediē potenti manu post  
tot foelices uictorias ad uos redierit: Quid aliæ cogitabunt  
Nationes? An non poterunt dicere Bohemi, Si piū fuit  
Germanis contra Hussitas nostros bellum suscipere, arma  
inferre, Cur nobis non liceat in Lutheranos Germanorum  
pio zelo bella mouere? Abstinetē igit̄ ō Principes à tam nefarijs

Vltio huma  
na.

farijs perditorum hominū cogitatibus & consilijs, & si dare non uultis plura saltem relinquitte dei ministris que maiores uestri deo foeliciter dicarunt, scriptum est enim, Quæ Dei Deo, & que Cæsaris sunt Cæsari date. Istos uero Consultos res ac Prædicatores, ut seditiosos impiosq; ac lese Maiestatis reos dignis compescite modis.

Scripta Spiræ, Anno 1526.

MISCELLANEO-  
RVM LIBRI SECVNDI  
Tractatus Octauus.

RESPONSIO IO. COCHLEI AD IN-  
terrogationem Zuinglianam De Corpore  
Christi in Eucharistia,



Vando interrogatur, an Christus sit in sa-  
cramēto uenerabili sicut fuit in cruce: re-  
spondeo, Est utiq; sic ibi in substantia sua,  
sed non in accidentibus iisdem, Nam  
corpus eius in cruce erat uisibile, palpabile,  
passibile, mortale, calidum, etc. nihil horū  
accidentiū est sub uenerabili sacramēto in corpore Christi.

Idē corpus  
Christi sub  
diuersis acci-  
dentibus.

Tam uere est igitur corpus Christi secundum substantiam  
suā in sacramēto quā uere fuit in cruce, sed in accidenti-  
bus multa & uaria est differentia, in cruce erat localiter, pœ-  
naliter, uisibiliter &c. In sacramēto nō ita. Et Zuinglius in  
hoc maxime fallitur, q̄ non discernit diuersos modos essen-  
di In. ut loquuntur Dialectici. Non enim repugnat, Chris-  
tum uno & eodem tempore cum corpore suo esse & in cæs-

Error Zuino  
glij.

Responsio Io. Cochleari

lo localiter atq; in propria specie & in sacramēto sacramēta-  
liter atq; sub aliena specie. Concedimus itaq; ultro, non esse  
Christū in terris nunc sicut in cœlo est aut sicut ante passio-  
nem in terris fuit. Hinc tamen non sequitur, Christum nullo  
modo apud nos in terris esse, Quum dicat ipse, Et ecce  
ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem  
sæculi Matth. ult.

Error Luthe-  
ri.

Neq; item repugnat, carnē Christi & spiritualiter per fidē  
& sacramentaliter in propria substantia manducari. Id si disci-  
puli intellexissent, nō abiissent retro, Putabant autē carnē  
Christi manducandā esse, non sacramentaliter, sed carnalitē,  
sicut carnem bouinam ē macello, Talis autem caro non pro-  
dest, Et S. Aug. exponens, addit, caro, scilicet sola & absq;  
spiritu, non prodest, At caro cum spiritu multum pro-  
dest. Lutherus autem nunc stolide carnem solam ponit in  
sacramento ex improba contentione de utraq; specie, asser-  
rens in pane solam carnem Christi esse absq; sanguine et anima,  
Quid mirū igitur si abijt retro, quia talis caro nō pdest.

Externa itaq; manducatio absq; fide nō pdest, quia qui sic  
manducat, ille se nō probat, Quid mirū igit, si manducando  
indigne, iudiciū sibi manducet, nō dñudicans corpus dñi?

Corpus  
Christi & a-  
nimæ & cor-  
poris cibus  
est.

Nec recte infert Zuinglius, Christus non est cibus cor-  
poris sed animæ, ergo hæc uerba, hoc est corpus meum, de-  
bent intelligi spiritualiter tm̄. Nam Hilarij, Ambrosij ac Cyrilli  
testimonio corporis quoq; nostri aliq; modo cibus est hoc  
uenerabile sacramentū, q̄ Christo realiter unimur & in cor-  
pore & in anima, Iuxta illud Pauli Ephe. 5, Quia mēbra sus-  
mō corporis eius, de carne eius et de ossibus eius Et 1. Cor. 6.  
Nescitis quoniā corpora uestra mēbra sunt Christi? Nec itē  
ualet cōsequentia, Quia corpus Christi sacramentalitē digne  
sumptum cibus animæ esse potest. Et eiusmodi manducatio  
dicitur

dicitur spiritalis, non sane, q̄ ibi non sit corpus Christi uerū, sed q̄ spiritu & fide, non corporaliter nec oculis carnalibus apprehenditur, quia non est ibi uisibiliter & palpabiliter sicut est caro bouina dum editur.

Quando igitur contendit Zuinglius, Christum nō esse amplius corporaliter in mūdo, fallit falliturq̄ equiuocatio ne, Corporaliter. n. bifariā intelligitur. Quod si dicat, Christū nō esse in mundo corporaliter, hoc est uisibiliter & palpabiliter, sicut ante passionem fuit & sicut corpora nostra esse solent, libenter admittimus, Sin uero, per hāc uocem, corporaliter, uult intelligere, esse cum corpore, nequaquam admittimus, fatemur enim Christum corporaliter, hoc est, cū uero corpore suo, in uenerabili sacramento esse.

At dicit Zuinglius, de inuisibili reditu Christi nullā habemus scripturam. Quid tū? Neq̄ nos inuisibilem reditum uocamus, neq̄ omnia sunt scripta. Nimum sane fallit falliturq̄ Zuinglius, dum putat Christum ē cœlo ad nos in sacramento uenire motu locali, aut redire sicut abiens localiter redire solet. Nos nihil tale comminiscimur, sed dicimus, Christū localiter permanere in cœlo donec uenturus est ad iudicium, Esse autem eundem in uenerabili sacramento, nō motu locali aut trāsitu corporali, sed transsubstantiatione & conuersione substantiali, quando uirtute uerborum Christi substantia panis transit & transmutatur in corpus Christi, absque ulla, corporis Christi seu motione seu transmutatione.

Vna est igit̄ responsio nostra ad oēs textus, q̄s Zuinglius affert de Christo in cœlo, et nō in terra corporaliter existente, Nepe q̄ equiuocatio est in hac uoce Corporaliter, Cōcedimus enim Christū nō esse in Sacramento corporaliter, id est modo corporeo, sicut esse solet corpus naturale in loco uisibiliter,

Acquiuocatio in uocabulo Corporaliter.

Quomodo Corpus Christi uenit in Eucharistiā.

Fallacia Acquiuocationis.

Responsio Io. Cochlaei

ter, & palpabiliter, & per motum, Maxime tamen affirmamus Christū esse corporaliter in sacramēto, id est, cū corpore suo uero & substantiali, Neq; id sine scriptura dicimus, ut calumniatur Zuinglius, quia Tres Euangelistæ & Paulus apertissime dicunt uerba Christi, hoc est corpus meū, Hæc sunt uerba ueritatis quibus nitimur, quibus et ecclesia utitur columna & firmamentum ueritatis 1. Timo. 3.

Contemne  
re Ecclesiam

Ad dicta Pauli 1. Co. 11. Nō apte neq; uere Zuingliū rīdet, Quia uerbose arguit eos qui cænam dñi contemnunt, quū Paulus dicat, Aut ecclesiam dei contemnitis, non dicit autem, An cænam domini contemnitis, Quid opus est igitur ista uerbose de contemptu cænæ, quum Paulus arguat contemptum Ecclesiæ, quam Zuinglius & socij sui maxime contemnunt: Nos certe nūquam approbamus contemptum iniquum, longe tamen rectius intelligimus hic Paulum, q̄ ideo fit aliquis reus corporis & sanguinis domini, quia manducat & bibit indigne, non probans seipsum, neq; dijudicans corpus domini, sic enim loquitur ipse Paulus, Quomodo autem fieret reus corporis domini, si corpus domini non sumeret indigne: Quomodo autem summat, si

Corpus Do  
mini panis  
dicitur.

corpus illud non assit: Quod autem cauillatur Zuinglius q̄ Paulus non corpus sed panem manducari dicat, frivola est obiectio per locum ab autoritate negatiue, contra artem Dialectices, Neq; tamen ait usquā Paulus, q̄ corpus domini non manducatur, Et satis aperte de hoc loquitur, dū ait, Non dijudicans corpus domini, Et Christus ipse apertissime dixit Ioh. 6. Qui manducat carnem meam, Paulus autem sequitur hic consuetam loquendi modum, secundum sensum, quia sensui apparet esse panis, quāuis reuera post uerba consecrationis non sit panis, sed corpus domini sub specie panis. Vocatur itaq; adhuc panis propter remanentē speciem

speciem panis, Sicut & uirga Aaron dicitur uirga, quæ in colubrum uersa erat, Exo. vij. Sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum, scilicet magorum.

Ait Zuinglius, huic dicto, hoc est corpus meum, semper adiungi, Quod pro uobis traditur. Quid tum? Certe nos non aliud corpus domini, sed illud ipsum quod pro nobis in cruce traditum est, in sacramento asserimus & sumimus, Et tamen Mathæus & Marcus, hanc clausulam, Quod pro uobis tradetur, non apposuerunt. Nos autem non dicimus cum errante Luthero hunc panem naturalem esse corpus Christi, neque dicimus, Corpus Christi est panis pro nobis traditus, ut hic nugatur Zuinglius, Neque item dicimus, Corpus Christi in pane pro nobis traditus est, sed sine omni adfectione dicimus simpliciter cū textu, hoc est corpus meum.

Hoc est corpus meum.

Hostia Christi.

Grande mendacium Zuinglij.

Quod ait deinde Zuinglius, sufficere unam, quæ per Christi passionem facta est, peccatorum remissionem, ut non sit opus aliam consequi, Concedimus quidem hostiam Christi in cruce sufficere secundum se pro omnium redemptione & remissione peccatorum, uerum quum nos sæpe peccamus, sæpe nobis quaerenda est peccatorum remissio per Ecclesie sacramenta, quæ ex passione Christi uirtutem suam receperunt. Ait enim Christus Petro Matth. 18. Non dico tibi septies, sed septuagies septies. At grande & impudens est mendacium, maiorem partem ueterum Doctorum sensisse cum Zuinglio, Cuius contrarium latissime ac manifestissime demonstrat Episcopus Roffen. lib. 4. contra Oecolampadium in prologo, ubi & Augustinus citatur, Cuius dictum hic non repugnat corpori Christi in sacramento, quia corpus eius non sensibiliter aut carnaliter manducatur, sicut caro bouina, sed in mysterio sub aliena specie, ubi opus est fide.

Ceterum non est inconueniens uinum idemque corpus domini & signum

Responsio Ad Interroga. Zuinglianam.

signum esse & signatum respectu diuersorū, Est enim signū spiritualis unionis Ecclesiæ, quæ corpus Christi mysticum est, ad Christum caput suum, Est & signatum, quippe sub alienis speciebus panis mystice & sacramentaliter designatū.

Nouum Te  
stamentum  
significatiue

Postremo, dicitur hoc sacramentum Testamentum, nō essentialiter, sed significatiue, Sicut & in lege Moyfi, Exo. 24. dicitur. Hic est sanguis foederis &c. quia sanguis in cruce tere significabat foedus seu Testamentum uetus, quod & Paulus affirmat Heb. 9. sed non erat essentialiter Testamentum. Quod autem uult Zuinglius, non ualere Testamentum, nisi testatore iam mortuo, hoc de humanis Testamentis dictum est per similitudinem, quia & Christus mortuus est semel. De diuinis autem nō oportet, Quia testator deus in ueteri Testamento nunquā mortuus est, & tamen ualuit illud Testamentum, Sicut & Christi testamentum ualuit in cæna, licet Christus nondum esset mortuus, ualuit & post resurrectionem quando Christus rediuiuus spoliavit Infernum, Valetq; adhuc hodie, licet nunquam amplius mortuus sit ipse Testator.

Dresdæ die 6. Decembris, Anno 1529.

MISCEL

MISCELLANEO.  
 RVM LIBRI SECVNDI  
 Tractatus Nonus.

CONTRA CONFESSIO-  
 nem Augustanam, Dicta Martini Lutheri & Phi-  
 lippī Melanchthonis, per Iohannem Cos-  
 cblæum collecta, Anno,  
 1530.

DE TRINITATE PERSONARVM  
 in una Diuina essentia, iuxta Decretum Nices-  
 næ synodi. Articulus I.



Philippus Melanchthon in locis commu-  
 nibus, Pauca exempla huiusmodi tradi-  
 tionum repetemus, e quibus estimari pos-  
 sum. Contra Nic-  
 cenā Synod-  
 um.

fit, id quod toties monet scriptura, nihil  
 perinde pietati aduersari atque hominum  
 doctrinas. In Synodo Nicena constitutæ  
 sunt quædam pœnitentiæ formæ, non pronuncio, quo spi-  
 ritu decreuerint patres, At uideo bonam Euangelij partem,  
 immo uim germanam Euangelij obscuratam esse ea tradi-  
 tione. Nam inde primum natæ sunt satisfactiones. Obscu-  
 rata est gratia, & quod Euangelium fidei tribuit, cœptum  
 est satisfactionibus tribui. Quo quid est impium magis &  
 perniciosius? Et his malis certe occasionem dedit Nicena  
 Synodus.

Dicta Lutheri & Philippi.

Contra Ho-  
mouision.

Lutherus cōtra Latomum. Nec est quod mihi oblectes hoc uocabulum Homouision, Quod in Nicena Synodo infœliciter à patribus receptum est, Et multi eorum, etiam doctissimi illud non receperunt, Hieronymus ait se nescire, quid latentis ueneni sit in literis & syllabis huius uocis.

Idem, De uotis Monasticis, ait quod in Concilio Niceno fides & Euangelium decreuerunt, Humanæ autem traditiones inualuerunt;

Ecce in Confessione prætexunt autoritatem synodi Nicenæ, Cui in alijs scriptis suis tam atrociter derogant, Philippus ait, per eam synodum obscuratam esse bonam Euangelij partem, imo germanam Euangelij uim, Lutherus calumniose ait Homouision infœliciter ibi receptum esse,

Hiero. in epi-  
stola ad Damasum  
Pam.

se, & à Hieronymo atq; à multis doctissimis refutatum. In confessione autem longe alia est de Homouisia Trinitate (ut uocat Hieronymus) sententia.

DE PECCATO ORI-

ginali Articulus. II.

Contra Bas-  
ptismi effica-  
ciam.

Philippus in locis communibus. Scriptura non facit differentiam inter Originale & Actuale peccatum, Nam & Originale actualis est quædam praua concupiscentia. Lutherus in assertione ait articulo 2, Negare in puero baptisato remanens peccatū, est Christū & Paulum simul conculcare, Nec uult admittere ut illud quod remanet dicitur defectus & non culpa. Et pro insaniam habet, si libido etiā sanctorū parentū dū generant, nō peccatū sed defectus dicitur.

dicatur. In articulo item Tertio, ait fomitem peccati ( qui remanet in baptizato ) impedire animam ab ingressu coeli, etiam si nullum assit peccatum actuale.

DE DVABVS NATV.

ris in Christo. Art. III.

**P**hil. In Matthæum. Summa in Christo pauoris causa erat, q̄ sentiebat desertionem & iram diuinam, quando nutabat inter infernum & uitam. In eo pauore facta est desertio donorum in Christo & despoliatio charitatis, Nam subtrahente se diuinitate non flagrabat charitas.

Contra diuinitatē Christi.

Lutherus ad Vualdenses, negat & irridet Concomitantiam in uenerabili sacramento Eucharistiæ, & ait, Theologos incantare animam et diuinitatem in panem. In Confessione autem recte & religiose dicitur, q̄ duæ naturæ, diuina & humana in separabiliter in Christo coniunctæ sunt.

DE FIDEI IVSTIFI.

catione. Art. IIII.

**P**hil. In locis communibus, Non charitas iustificat sed fides quæ Charitati antefertur. Luth. Contra Cochleū, Paulus urget maxime, operibus iustificationem omnino auferre & soli fidei tribuere. Item. In rebus conscientia sola fides totum est, opera nihil sunt. Idem de Capti. Babylo. Per solam fidem possumus cum Deo agere. Opera ille nihil curat, nec eis indiget. Idem in assertione. Neq̄ ueteris neq̄ noui Testamenti sacramenta, sed sola fides iustificat.

Contra opera charitatis

Disputatio Lutheri & Philippi  
**DE VERBO DEI ET**  
de Sacramentis. Art. V.

Art. 1.  
Contra 7. Sa-  
cramenta.

Contra V.  
vniuersitates.

**L**Vth. In assertionione. Heretica est, sed usitata sententia, Sa-  
cramenta nouæ legis dare gratiam illis qui non ponit  
obicem, Item. De capti. Babylo. Principio (inquit) negan-  
da sunt mihi septem Sacramenta, & pro tempore Tria tan-  
tum ponenda. Item ad Vualdenses scribens reprehendit eos  
(quos tamen super omnes alios Christianos in plerisque lau-  
dabat) in eo, quod cum Romana & Papistica (ut ait) Eccle-  
sia Septem ponunt Sacramenta. Et ad senatum Pragensem  
dicit. Non esse unum sacramentum alio dignius, cum om-  
nia in uerbo Dei consistant. Idem in plerisque sermonibus per  
uerbum Dei iactitat omnia Pontificum & Conciliorum  
decreta, tanquam humanas traditiones rejici. Atque etiam  
vniuersitates rejiciunt, Quas Lutherus pro ultima & nos-  
centissima Antichristi facie habet, & per Idolum Moloch  
præfiguratas esse dicit. Philippus in Didymo suo affirmat,  
eas non tam Papæ quam ipsius Satane inuentum esse, Quo-  
bus nihil sit nocentius aut impium magis.

**DE BONIS OPE-**  
ribus. Art. VI.

Contra bo-  
na opera.

**P**Hil. In locis communibus, Omnium opera hominum,  
quantumuis laudabilia apparent, detestabilia sunt peccata  
& morte digna. Eandem sententiam asserit Lutherus  
quoque in articulis suis 31. et 32. quod iustus in omni opere bono  
etiam optime facto, peccet. Item. De uotis Monasticis ait,  
fidem & opera quam longissime inter sese distare & contra-  
rari, ut non possint opera absque fidei iactura doceri, Eum ergo  
qui in Christum credit, non posse per ulla opera, quantumuis  
uis mala, accusari. Item De Capti. Babylo. ait. Quonia opera  
ra nra

ra nihil ualere apud deum, aut si quid ualeant, omnia tamen  
sint equalia secundum meritum, Et contra Catharinum ait,  
Christum instituisse, ut nullum sit peccatum nisi incredulitas,  
nec ulla iustitia nisi fides. Deniq; de libertate Christ. ait,  
Mala opera non facere malum uirum.

DE ECCLESIA. Art. VII.

**L**Vth. In assertione art. 27. Certū est, neq; Ecclesiam neq; Contra Ecclē  
clesiæ & Cō  
ciliorum de  
creta,  
que Papam habere potestatem condendi articulos si  
dei, neq; etiam leges morum aut bonorum operum. Et Art.  
28. ait Non esse peccatum, agere contra Papæ & Ecclesiæ  
29. ait Non esse peccatum, agere contra Papæ & Ecclesiæ  
constitutiones, etiam si in ijs non erretur. Et Art. 29. sic ait.  
Via nobis facta est eneruandi auctoritatem Conciliorum,  
& libere contradicendi eorum gestis, et iudicandi eorum de  
creta. Item, de abroganda missa, Quod absq; uerbo Dei ordi  
dinatur, non ab Ecclesia, sed à Synagoga satanę sub nomi  
ne Ecclesiæ ordinantur. Ecclesia occulta est in spiritu & so  
luna creditur.

DE MINISTRIS VER.  
bi & Ecclesiæ. Art. VIII.

**L**Vth. ad senatum Pragensem. Cessent (inquit) homi  
num mendacia. Claves sunt totius Ecclesiæ & cuiuslibet Contra clas  
ues Ecclesię.  
bet membri eius tam iure quàm usu & omnibus modis, Et  
in assertione Art. 30. ait, Non aliquos, sed omnes articulos  
Iohannis Hus Constantiæ damnatos esse, ab Antichristo  
& suis Apostolis in synagoga illa Satanæ, ex sceleratissimis  
sophistis congregata. Confessio autem malis quoq; potesta  
tem clauium & ministerium Sacramentorum concedit,  
Quod Hus & Vuicleph negauerint.

DE

## DE BAPTISMO.

Art. IX.

Contra Bas  
prisma In  
tantum.

157  
 158  
 159  
 160

**L** Vth. de Capti. Babylo. Baptismus neminem iustificat,  
 nec ulli prodest, sed sola fides. Idem. Contra Cochle-  
 re, ne irrideatur Sacramentum & uerbum Maiestatis, Et in  
 quodam sermone, Baptismus (inquit) infanti nihil pro-  
 dest nisi fidem propriam habeat.

## DE EUCHARISTIA.

Art. X.

Contra sa-  
cram Com-  
munionem.

161  
 162

**L** Vth. de Capti. Baby. ij soli digne communicant, qui  
 tristes, afflictas, perturbatas, confusas & erroneas ha-  
 bent conscientias. Nam uerbum diuinæ promissionis huius  
 Sacramenti, cum exhibeat peccatorum remissionem, secure  
 accedit, quicumq; peccatorum suorum uexatur siue mor-  
 sue titillatione. Idem de abroganda missa. An non uides,  
 omnes sacrificios idolatras esse, & toties idolatriam perfice-  
 re, quoties sacrificant. Item ad Vualdenses. Non melior ex-  
 hibetur ibi honor Christo quam fuit honor illorum qui ge-  
 nū flexo dicebant ei, Aue rex Iudæorum, forsitan igitur ge-  
 curius est, non adorare quam adorare, quia in adoratio plus  
 periculi est.

## DE CONFESSIONE.

Art. XI.

Contra fet-  
cretam Con-  
fessionem.

**L** Vth. de Capti. Babylo. Admoneo Principes Babylo-  
 nis & Episcopos Bethauen, ut desistant, quosdam lib-  
 reserua

reseruare casus, Deinde ut potestatem audiendi confessionē liberā esse sinant omnibus fratribus et sororibus, ut peccator cuiuscumque uelit sua reuelet peccata, Consulo item, ut omnes circumstantiæ omnino cōtemnantur. Et in libro ad Franciscū de Sicking, Fidele consiliū meū hoc est, ut homo Christianus in tēpore Quadragesimę & Paschatis neq; cōfiteat neq; communicet, & cogitet sic. Propter hoc ipsum, quod homo, nempe Papa, præcepit, nolo facere, faciurus autem essem, si non præcepisset.

DE PARTIBVS POENITENTIÆ. Art. XII.

**L**Vche. in assertionē. Tres esse partes poenitentiaē, Cōtritionē, Confessionē, satisfactionē, non est fundatū in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis doctoribus. Vehemēter autē odi et sublatum uellem hoc uocabulū satisfactio. Item, Contritio quæ paratur per discussionē, collectionem et detestationem peccatorū, facit hypocritā, imo magis peccatorē.

DE VSU SACRAMENTORUM. Art. XIII.

**L**Vuth. Contra Cochlæum, Baptismus sine fide non iustificat, fides autē sine baptismo iustificat, Nulla igitur pars iustificatiōis tribui potest baptismo. Itē, De abroganda missa cōtēnit obseruationē antiquā de nō tangēdo Eucharistiā manibus pphanis & de non sumendo eam post alios cibos. Item, De confessione, ait omnia peccata hominū, que toto aņo fiunt, etiamsi totus annus Carnispriuiū foret, in q̄ compotatur & saltatur, non forent tamē tanta, quanta fiūt in ultima septimana Quadragesimæ et in diebus Paschatis.

Contra reuerentiam Eucharistiæ.

Dicta Lutheri & Philippi  
**DE ORDINE SACER-**  
dotali. Art. XIII.

Cōtra sacer-  
dotes no. le.

**L**Vtherus de Captiuita. Baby. Quinon prædicant, nec  
Luocant quidem ad prædicandū, Papistici sunt sed non  
Christiani sacerdotes. Itaq; horales & missales sunt sacerdo-  
tes. Id est, Idola quædā uiua, nomen sacerdotis habentia, cū  
sint nihil minus. Quales sacerdotes Hieroboam in Beth-  
uen ordinauit. Item de abroganda missa, pro stercore habito  
illo ficticio caractere & oleo, & raso uertice, & uestitu  
Pharisaico istorum sacerdotum. Non em̄ Deo, sed Satanz  
sacerdos est qui eiusmodi est. Proinde nihil in toto Mundo  
æque fugiendum detestandumq; esse arbitror (inquit) atq;  
speciosas huius sacerdotij laruas, missas, culturas, pietates et  
religiones, siquidem præstat publicum Lenonem aut latro-  
nem esse quam huius generis sacerdotem.

**DE RITIBVS ECCLE-**  
siaz. Articulus. XV.

Cōtra tem-  
pla & sacra  
uasa.

**L**Vthe. Contra Catharinū. Quinta facies Antichristi est  
illud egregiū p̄dendæ pecuniæ artificium, in struendis, et  
rigendis, locupletandis tēplis, Monasterijs, sacellis, altaribus  
& eius generis operibus. Omitto Calices, Imagines, uasa ut  
tensilia, aurea, argentea, lignea, tum uela, pallas, corporalia,  
& sine modo & numero ornamenta, lumina, lampades &  
siqua similia. Idem Contra statum Ecclesiasticū, Vbi alias  
habicaret Deus aut ubi maneret à Diabolo tutus, si sancti  
Episcopi non perfunderent & fumigarent lapides?

**DE SÆCVLARI PO-**  
testate. Art. XVI.

**L** Vth. De seculari potestate. Inter Christianos nec debet nec potest esse ulla superioritas, sed quilibet aequaliter subiectus est. Item, Inter Christianos gladio uti non esse gladius. Quare inter & sup Christianos gladio uti non potes. Idem, In Capti. Baby. Scio nullū regimen legibus bene gubernari. Phil. In locis communibus. Optarim etiā uti Christianos ea forma iudiciorum quā Moses prodidit. Itē plerisq; Ceremonijs. Præstaret enim uti Mosaicis illis quā cum gentilibus legibus, tum Papisticis ceremonijs. Idem super epistolam Pauli ad Rom. in annotationibus. Si Papa aut alia potestas præcipit tibi inire bellum contra Turcas, ne obedias, quia est contra ius diuinum.

Contra gladij potestatem

**DE EXTREMO IV,**  
dicio. Art. XVII.

**L** Vth. in serm. de diuite & Lazaro. Anima siue spiritus hominis nusq; quietē aut locū habet, ubi manere queat præterq; uerbum Dei, donec ad nouissimum diē ad claram Dei contemplationē puenerit, Quo circa sinū Abrahæ nihil aliud esse arbitramur, quā uerbū illud Dei, quo Abrahæ promissus erat Christus, utpote, In semine tuo benedicent omnes gentes. Infernum autē arbitramur esse malā conscientiam, quæ absq; fide & uerbo Dei est. In quam sepulta et cōclusa est anima extremū usq; ad diem, quo corpore simul & anima ad uerum corporeum Infernum homo detrudetur.

Quid sinus Abrahæ & Infernus.

**DE LIBERO ARBITRIO.** Art. XVIII.

**L** Vth. In assertionione, Liberum arbitriū post peccatū res est de solo titulo, Et dū facit quod in se est, peccat mortaliter.

Art. 36. Omnia nec cessario euenire.

Dicta Lutheri & Philippi

taliter, imo simpliciter debui dicere, Liberum arbitrium est figmentum in rebus, seu titulus sine re. Quia nullus est in manu sua, quippiam cogitare mali aut boni, sed omnia (ut Zuclephi articulus Constantiæ damnatus, recte docet) de necessitate absoluta eueniunt. Philippus in locis communibus. Quandoquidem omnia quæ eueniunt, necessario iuxta diuinam prædestinationem eueniunt, nulla est uoluntatis nostre libertas. Quid igitur? Nulla ne est in rebus contingentia, nihil casus, nihil fortuna? Omnia necessario euenire docent scripturæ. Et ego (inquit) nego uim esse ullam in homine, quæ serio ad effectibus aduersari possit. Christianus igitur cognoscet, nihil minus in potestate sua esse quam cor suum.

DE CAUSA PECCATI.  
ti. Art. XIX.

Deū omnia operari bona & mala. **P**hilip. in annotationibus super epistolam Pauli ad Romanos. Certum est, omnia à Deo fieri siue bona siue mala. Dicimus autem Deum non solum permittere creaturis, ut operentur, sed ipsummet omnia proprie operari. Quemadmodum igitur confitemur, uocationem Pauli fuisse, proprium opus Dei, ita & adulterium Dauidis, & læuicia Manlii, atque etiam proditionem Iudæ, proprium opus Dei fuit. Deus enim omnia in omnibus operatur principaliter & effectiue. Luth. in assertione. Quomodo potest homo sese ad bonum præparare, cum nec in potestate sit suas uias malas facere? Nam et mala opera in impijs Deus operatur.

DE FIDE ET BONIS OPERIBUS. Art. XX.

Luth. de X. præceptis. **S**upra, art. 4. & 6. declaratum est, quid de bonis operibus docuerint, Quoniam uero hic iacitant scripta sua de X. præceptis

Præceptis, referenda sunt ex ijs quædam breuiter, quæ ipsi nequaquam seruât, sed in peius mutauerunt, sic enim ibi dixerunt, In diebus festis quinque peragenda sunt, Audire missam, audire sermonem, orare, offerre, & de peccatis conteri. Et in his omnibus sequi debet unusquisque, non suum iudicium aut opinionem aut deuotionem, sed ordinationem & potestatem Ecclesiæ. Ecclesia enim errare non potest. Quis liber autem in sua deuotione potest errare. Non est igitur tutum, propriæ inniti deuotioni aut cognitioni contra apertos Canones, qui propterea constituti sunt ad recte dirigendum populum. Hæc ibi.

DE CULTU ET IN-

uocatione sanctorum. Art. XXI.

**L**Vth. In ser. de natiuitate Mariæ, ait sic. Nos Christiani sumus filij & hæredes Dei per Christum, Ideo sumus æque magni sicut Mater Dei, & sumus Mariæ fratres & sorores. Item. Per sanguinem Christi pariter mundati sumus à peccatis & in cælestia bona transpositi, si hæc ita sunt, sumus profecto æque sancti sicut ipsa est, Et tua oratio mihi tam chara est quàm illius. Cur ita? Quia si credis Christum habitare in te æque sicut in illa, poteris me tantum iuuare quantum illa. Item. In ser. de S. Cruce. Reliquiæ ( inquit ) nihil aliud sunt quàm deceptio populij, Deberent igitur omnino sub terra occultari, Vellem equidem nullam spinam coronam, nullam crucem sanctam ad lucem uenisse. Item. In Canone missæ non sanctorum sed Diabolorum nomina stare deberent, sicut & reuera Diaboli sunt. Item in ser. de Mammona, ait sic. Pro meritis S. Petri ne obulū quibus

Blasphæmiæ  
in B. Virgine  
nem.

Contra S.  
Crucem.

Contra S.  
Petrum.

Dicta Lutheri & Philippi

dem dare, ut me iuuare debeat, seipsum iuuare non potest.  
Quare mendicus quispiam utilior mihi esse potest quam  
S. Petrus.

Hæc exempli causa è plurimis pauca recitata sint, Ex  
quibus lector facili intelligit, quanta sit doctrinæ diuersitas  
in Confessione Augustana & in alijs Lutheri Melanchthoni  
nisq; & eorum complicum scriptis, E quibus nihil stabilis  
ter pro uera fide & religione Christiana colligi queat. De  
reliquis septem articulis, quos contra abusus addiderunt, breu  
ultatis gratia nihil recito. Inconstantia enim & dissonantia  
eorum ex iam dictis unicuiq; satis patere potest, ut ab eis ca  
ueat, & fidem suam super eorum doctrinam non fundet;  
Nedicatur ei illud quod in Esaia habetur, Ecce confidis su  
per baculum harundineum contraclum, cui si innisus fue  
rit homo, intrabit in manũ eius & perforabit eam, Sed con  
fidat potius & fundet se fidem ꝑ suam super illud uerbum

Domini ad Petrum, Rogauĩ pro te ne deficiat fides tua,  
Et super illud uerbum Pauli, Ecclesia est columna

& fundamētum ueritatis, Ne circumfera  
tur omni uento doctrinæ in nequi  
cia hominum mente corru  
ptorum, qui errant, &  
alios in errorem  
mittunt.

Scripta Augustæ, Die 3. Septemb. Anno 1530.

Esa. 36.

Luc. 22.

1. Timo. 3.

Ephe. 4.

2. Timo. 3.

# MISCELLANEO<sup>o</sup>

## RVM LIBRI SECUNDI

### Tractatus Decimus.

INSTRUCTIO PRO VISITATORI<sup>o</sup>  
 bus Catholicis per Io. Cochlaeum Inter  
 rogatoria Pastorum.



DE Doctrina & fide, quid credant ac doceant, circa Symbolum Apostolorum, circa Orationes circa X. praecepta, circa 7. Sacramenta, circa Ecclesiae Ceremonias, Circa conciones publicas.

Circa Symbolum, si doceant ac credant Tres personas unius & eiusdem simplicissime essentiae & equalis Maiestatis in Trinitate indiuidua esse, licet haec uerba in scripturis non sint expressa. Secundo. In Christo esse duas naturas in una persona diuina, non confusas nec commixtas, sed inseparabiliter unitas, licet & ista uerba non sint in scripturis prolata. Tertio. Matrem Christi Mariam esse Dei genitricem, & perpetuam uirginem ante & post partum atq; etiam in partu, quamuis & ista non sint in sacris literis expressa. Quarto. Christum pro nobis uere passum, crucifixum, mortuum, sepultum, ad inferos descendisse & ex mortuis resurrexisse, in caelum ascendisse ibique sedere ad dexteram patris & inde uenturum esse ut iudicet uiuos et mortuos. Quinto. Sanctam Ecclesiam Catholicam sanctos

Sext articuli  
 de fide in  
 Symbolo.

Instructio Io. Coc.

sanctorum communionem, extra quam nequæra fides  
 spes & charitas neq; salus animæ sperari debeat neq; remissio  
 peccatorum, Sexto. Omnes homines in die iudicii resurre-  
 cturos à mortuis, et ituros alios in uitã, alios in poenã eternã.  
 Ex his inferitur, primo damnandas omnes hereses ue-  
 teres & nouas contra Trinitatem exortas, In quibus & Lu-  
 theri error compræhenditur, qui nihil recipit nisi in scriptu-  
 ris sit expressum, unde & Homouision reijcit. Secũdo dam-  
 nantur Nestoriani & Entichiani atq; Acephali ueteres, &  
 noui Anabaptistæ, qui errant circa duas naturas in Christo,  
 quorum aliqui dicunt Christum non natura Deum esse, sed  
 gratia tantum, & prophetam fuisse potiusquàm Deum,  
 aliqui grauissime blasphemant eũ in cruce perdidisse chari-  
 tatem ac desperasse, qualia & in Melanchthonis quibusdã  
 scriptis reperiuntur, Tertio damnantur Heluidiani ueteres  
 & noui, qui dicunt Matrem Christi plures peperisse filios,  
 sicut sonare uidentur quedam scripturę loca de fratribus Ie-  
 su. Quarto. Damnantur Manichæi & alij qui negant Chri-  
 stum in uera carne humana passum resurrexisse & in cœlos  
 ascendisse, eo q; Paulus dicit Christum formam serui acce-  
 pisse & habitu inuentũ ut hominem. Quinto. Damnantur  
 Donatistæ ac omnes hæretici, qui seperant se à generali Ec-  
 clesia, & asserunt solum in parte sua ueram esse Ecclesiam,  
 quod & Lutherani nunc faciunt, contra manifestam scri-  
 pturam Psalm. 2. Postula à me &c. Et Psalm. 18. In omni  
 nem terram &c. Et damnantur omnes illi, non solum prop-  
 ter hæresim, sed etiam propter schisma, quia diuidunt  
 inconsutilem tunicam domini, iam non habent ueram fidẽ  
 nec charitatem nec remissionẽ peccatorũ, quia extra Eccle-  
 siam nihil horum est nec spiritus sanctus, ut pater ex Cypri-  
 de simp. prælatorũ, Sexto. Damnantur omnes illi qui negant

Hæresum  
 damnatio.  
 Luth. de ab-  
 rog. missa &  
 contra La-  
 tomum.

Phil. Mel. in  
 Annotatio-  
 nibus Mat.  
 c. fi.  
 Matth. 12.  
 17.  
 Act. 1.  
 Phil. 2.

Phil. in Apo-  
 logia.

gant carnis resurrectionem, immortalitatē animæ, Infernū  
& aliam uitam post mortem.

Circa orationes, Primo qua expositione utantur in Ora-  
tione dominica, quia noui Catechismi aditi sunt per quos  
seducit̄ populus, ut edū est igit̄ expositione Cypriani, Chry-  
sostomi, Aug. &c. & forma cōsuetā, secundo an & saluatio-  
ne angelica utantur tū privatim quotidie mane et uespere et  
in precibus suis tū publice ad populū in cōcionibus, ut petāt  
dici non solum pater noster sed etiam Aue Maria, more cō-  
suetō, quia noui heretici id nolūt facere, Tertio, An q̄tidie le-  
gant horas Canonicas secundū Rubricā Diocesis, Nam &  
has nostri hæretici omittunt ac uilipendunt, Et putant se  
ad eas non obligari quia sint inuentum hominum & consti-  
tutio humana. Contra quos innumera sunt & scripturarum  
loca & sanctorū exempla, pro Canonicis horis diligenter &  
integre obseruandis. Quarto, An salue Regina & Regina  
cœli seruent & canant more antiquo. Nunc enim hæretici  
quædā in ijs mutāt, dicētes Salue rex Iesu Misericordiæ, Ad  
uocate noster &c. tanquā non recte conueniant Mariæ ista  
cantica, quos reprehendit S. Bernhardus et tota Ecclesia, quia  
est uetus error Leonistarū, Pighardorū, Vuiclephistarū &c.

Circa X. præcepta, primo an recitent ea populo more an-  
tiquo, non secundū Catechismos nouos, In quibus & ordo  
& expositio uariatur, Secundo an examinent in ijs pueros  
confitentes ut recitent, Tertio an doceant adultos ex ijs colli-  
gere & memorare sua peccata, Quarto, an propter ea calum-  
nientur & contemnant præcepta Ecclesiæ & cōstitutiones  
Pontificum & Conciliorum tanquam inuenta hominum,  
ut faciunt omnes hæretici noui, Contra scripturam, dicen-  
tem. Quæ dicunt facite, Itē, Qui uos audit, me audit, Item,

Quatuor ar-  
ticuli circa  
Orationes;

Psal. 119.  
Art. 3.

Quinque pun-  
cta circa X.  
præcepta.

Matth. 23.  
Luc. 10.  
Matth. 10.

Instructio Ioan. Cochleari

Luth. in ser.  
Quousque  
Moyses legē  
dus sit.  
Matth. 19.  
Luc. 10.

Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri  
&c. Quinto, An forte cum Luthero alicubi negent nos X.  
præceptis obligari quia à Moysse tradita sint, Moyses autem  
nos non obliget. Hoc autem est contra omnes Ecclesie Do-  
ctores & contra scripturam, dicentem, si uis in uitam ingre-  
di, serua mandata. Item hoc fac & uiues, &c.

6. Puncta cir-  
ca Baptismū  
Luth. in as-  
ser. art. 1.  
1. Pet. 3.  
Phil. Mel. in  
locis cōmu.

Circa VII, sacramenta, Primum sane circa Baptismū.  
Primo, An pueris infantulis p̄sit baptismus qui nihil intelli-  
gunt aut credunt dum baptizantur, Decepti enim sunt per  
Lutherū Anabaptiste, dicentē, quod sacramenta noue legis  
nō dant gratiā, & quod baptismus non saluet, sed fides sola,  
&c. Contra illud Petri. Quod & uos nunc similis forma  
saluos facit baptisma. Secundo, Anabaptismum reiterare li-  
ceat, Nam Lutherani uolūt baptismum nihil aliud esse quā  
pœnitentiā quæ utiq; reiteratur. Tertio, An urantur forma  
consueta dū baptizant in exorcismo & in unctione Chris-  
matis, Noui enim hæretici hæc reiiciunt. Quarto, An bene  
dicant fontē baptismi more solito, quod hæretici omittunt  
& irridēt, utentes aqua cōmuni, baptizantes in pelui absq;  
necessitate. Quinto, An baptismus pueros emundet à pecca-  
to Originali & adultos ab omni peccato. Nam id negant  
noui hæretici, quorum alij negant peccatum Originale, alij  
negant per baptismum tolli. Sexto, An doceant de baptis-  
mo populum secundum nouos Catechismos & secundā  
uisitacionum formulas nouos, ubi multa traduntur falsa &  
erronea.

Luthe. in as-  
ser. art. 2.

8. Puncta.

Circa Eucharistiā. Primo, An cōmunicēt populū aut alii  
quos sub utraq; specie, aut doceāt, melius esse sub utraq; quā  
sub altera communicare, sicut contendunt post Bohemos  
Lutherani, contra Conciliorū determinationes. Secundo,  
An doceant sub una specie uere & substantialiter adesse cor-  
pus et

pus & sanguinem Christi, eius item animã & deitatem per concomitantiam, quã noui hæretici irrident. Tertio, An doceant, substantiã panis & uini uere cõuerti & transsubstantiari in corpus & sanguinem Christi per uerba consecrationis, ut postea non sit ibi substantia panis aut uini, sed solum accidentia eorũ, quod negant Lutherani, contra illud Christi, Hoc est corpus meum. Quarto, An doceant populum communicare tempore paschali iuxta c. Omnis utriusq; sexus extra de pen. & re. Hoc enim Lutherani contemnunt & in despectum eius nolunt eo tempore communicare contra illud 1. Regum .15. Melior est obedientia quam uictima. Quinto, An doceant nihil referre Ieiuno sumatur stomacho an post cibum, an debite quis confessus sit necne, sicut docent & faciunt noui hæretici. Sexto, An doceant Missam esse uerum & reale sacrificium, cuius oblatio proficit uiuis & defunctis, quod negant noui hæretici. Septimo, An obseruent utrunq; Canonem Missæ, Accessum item & Recessum altaris more consuetorũ quod non faciunt hæretici. Octauo, Quid sentiant de libris Lutheri et aliorum de abroganda missa, cum sint pessimi & impiissimi.

Circa Confirmationem. Primo, An sit speciale sacramentum, sicut Baptismus & Eucharistia. Nam hoc negant hæretici nostri. Secundo, An conferat gratiam rite summentibus. Tertio, An à quolibet sacerdote possit administrari, cum reuera à solis detur Episcopis, Lutherani non sacramentum sed Ceremoniam ex eo faciunt quod est erroneum, contra totam Ecclesiam & uetustissimos eius doctores Dionysium Areopagitam & Melchiadem Papam & Act. 8. & 17. martyrem, etc. et contra tot scripturæ loca de impositione manuum post baptismum facta.

Instructio Ioan. Cochlaei.

4. Puncta.

Luth. ad no  
bilitatē Ger  
maniae.  
1. Theff. 5.  
1. Timo. 5.

Circa sacros Ordines, Primo, An ordo sacer sit speciale sacramentum, quod negant Lutherani et alij hæretici noui. Secundo an conferat gratiam & imprimat characterem inindelibilem, sicut testatur S. Augustinus lib. 2. contra Parmenianum & Decretum 1. q. 1. in multis c. Et hoc negant & irrident Pighardi antiqui & noui. Tertio, An Laicus per baptismum æque bene sit sacerdos sicut presbyter aut Episcopus rite ordinatus, sicut uult Lutherus cum suis. Quod est contra totam Ecclesiã & contra Paulum in plerisque locis. Quarto an Laicus aut Clericus minor, aut etiam Diaconus possit conficere Eucharistiam & missam celebrare, ut putat hæretici, contra sacratissimum Concilium Nicenũ, & contra antiquissimas Canones Apostolorum & martyrum.

5. Puncta.

Phil. in locis  
cõmunibus.  
Luth. in als  
ser. art. 1.

Circa pœnitentiam. Primo, An sit speciale sacramentum à baptismo & alijs distinctum, quod negant heretici. Secundo, An rite suscepta conferat gratiam, quod itidem negant hæretici. Tertio, An habeat tres partes integrales & necessarias, Contritionem, Confessionem & Satisfactionem, Et hoc negant heretici. Quarto, An Confessio auricularis que fit sacerdoti per recitationem singulorum (quantum possibile est) peccatorum, sit necessaria ad remissionem peccatorum, si sacerdos haberi queat cui fiat loco Dei. Iuxta illud Iohannis uicesimo. Quorum remisistis &c. Quinto, An satisfactio pœnalis, quæ pro peccatis iniungitur, sit peccato rinecessaria, Cum hæretici dicant, Christum pro omnibus peccatis satisfecisse, nihil esse satisfactionẽ nostram contra Cyprianum & antiquissimos Canones.

6. Puncta.

Circa extremam unctionẽ. Primo, An sit speciale sacramentum. Secundo, An conferat gratiam rite sumentibus. Tertio, An obseruent in eorum ritum antiquum in unguendo, in precibus, & in sanctorum inuocatione. Quarto, Quid sentiant

sentiant de hæreticorum dictis & factis contra Sacrum illud oleum quod in hunc usum ab Episcopo consecratur.

Circa Matrimonium. Primo. An sit speciale sacramentum, quod negant hæretici, duo tantum ponentes Baptismum & Eucharistiam. Secundo. An conferat gratiam rite contrahentibus, Est enim Sacramentum sacræ rei signum, Et hoc Sacramentum magnum est in Christo & Ecclesia ut ait Apostolus. Tertio. An sit per adulterium ita separabile, ut liceat alteri nubere, priore adhuc uiuo? Quarto. An liceat præbiteris Monachis & Monialibus matrimonium contrahere. Quinto. An liceat absq; dispensatione in gradibus prohibitis contrahere. Sexto, an liceat marito aliam ueræ uxorem si uxor sua aufugiat aut alij adhæreat? Responsum nihil horum licet iuxta statuta Ecclesiæ, sed hæc omnia contemnunt heretici. Et tantum de septem sacramentis.

VI. Puncta.  
Luth. in ca.  
Babylo.  
Eph. 5.

Circa Ceremonias Ecclesiæ. Primo. An obseruent ritus antiquos in administratione sacramentorum, quia nouos excogitant hæretici, hoc est, an baptizent, cõmunicent, celebrent, ungant, copulent matrimonia more antiquo, Qui enim in ipsa Ecclesia non audit, est sicut Ethnicus & publicanus habendus. Secundo. An dominicis diebus benedicant aquam & sal, ac in circuitu populum aspergant, ac benedicto sale uti doceant & benedicta aqua more maiorum, hæc enim irridet heretici, contra Paulum 1. Timo. 4. quia sanctificantur per uerbum dei & orationem. Tertio. An benedicant more antiquo nuptias in publico, & herbas in festo Assumptionis Mariæ, cæreos in festo purificationis, carnes & oua in paschate, Nam & illa sanctificantur uerbo Dei & oratione, licet impie contemnantur ab hereticis. Quarto. An utantur consuetis Ceremonijs in Ecclesia coram populo diebus festis & dominicis thurificando, cantando, cele-

VIII. Puncta.  
sta.  
Math. 18.

Instructio Io. Coc.

Matth. 23.

brando, predicando, Quarum multas nō obseruante heretici in Ecclesiæ respectū, qđ est grauissimum peccatum uelut Idolatria 1. Reg. 15. Quinto, An patiant̄ ab edilibus minui expensas pristinas, q̄ impendi solent in cereos, in oleū lampadum, in ornatum Ecclesię, in uestes sacras lauandas & refartendas, in mundanda templa et altaria, Quę omnia heretici tanquā inutilia contemunt, sub pretextu isto, ut melius expendant̄ in usum et sustentationē pauperum. Ait aut̄ dominus, Hęc oportuit facere, et illa non omittere, Maiores ergo nostri utrumq; laudabiliter fecerint, et minus depauperati fuerūt quā nos. Sexto, An obseruēt ritus pristinos in dedicationibus & processionibus annuis quę fiunt in diebus rogationū & in Letanijs Quadragesimę ubi nominatim inuocant̄ sancti, Hęc, n. heretici aut omittunt aut mutant. Septimo, An seruent ritus ueteres in sepulturis, exequijs et anniuersarijs defunctorum. Nam et ibi contra uetustissimum Ecclesię morem multa abolent aut innouant heretici temeritate propria absq; omni autoritate & ratione, Octauo, An patiantur minui consuetos Ecclesiarum proventus in decimis et oblationibus alijsq; accidentalibus obuentionibus, quarū subtractione depauperatur Parochie, ut pastores nō possint alere amplius Capellanos et predicatores sicut prius, Heretici enim in odium Cleri ut fauorem populū sibi conciliarent, illas omittunt & dandas esse negant.

VL Puncta.

Circa Conciones publicas. Primo, An predicent singulis dominicis et dieb. festis more antiquo absq; innouatione temporis aut modi, Heretici, n. omissis missarū celebrationibus tantum predicant, & aliter quā prius procedunt in sermone, qđā omittūt Euangeliū de die & legunt ex libro patrum alterius Euangelijs qđ ex ordine predicant, ut sint, Catholicis per oia contrarij studio innouationū. Secūdo, Quibus

bus utantur libris & expositionibus pleriq; n. nunc prædicat  
 expositio illis Lutheri, ex Pomerani et aliorum hæreticorū, ex  
 positionibus, ex uisitatione Lutheranorū etc. Hi omnes de  
 factō sunt excōmunicati iuxta Bullam Leonis PP. X. et in  
 digent absolutione Papali. Vtilius ergo legent Postillas D.  
 Eckij, Centurias D. Nausee, Homilias patrū, sermones Au  
 gustini & Bernardi etc. unde non seducat̃ populus nec con  
 citetur ad rebellionem et seditionem sicut fit per libros here  
 tiorum. Tertio. An doceant uenerationē & Inuocationem  
 sanctorū et annunciet̃ eorū festa hebdomadatim more antiq̃  
 Multi. n. nunc ea omittunt et dissimulant, multi etiam palā  
 reprehendunt. Cōtra illud Christi, Qui uos spernit, me sper  
 nit. Et Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti  
 accipiet. Quarto. An pronuncient dies exequiarum & dies  
 anniuersarios pro defunctis, ac petāt pro eis orationes à po  
 pulo fieri more antiquo, Hoc enim omittunt & contem  
 nunt hæretici. Contra legem charitatis, quæ iubet orare pro  
 inuicem, & membra commembris suis compati 1. Cor. 12.  
 & 13. Quinto. Quid doceant de bonis operibus, de sola fide,  
 de gratia dei, de lib. arbitrio & de prædestinatione Dei.  
 In his enim multi sunt hodie errores & scandala hæreticoꝝ,  
 quæ uitari debēt, & ad populum uel taceri penitus uel  
 reprobari funditus. Sexto. Quid doceant & seruet̃ de Qua  
 dragesima & alijs Ieiunijs, de esu carniū sextis ferijs &c.  
 An eiusmodi transgressiones ligent consciētiam & sint ue  
 re peccata, quod negant hæretici & contemnunt uelut  
 statuta humana. ¶ De uita & conuersatione, Primo.  
 An legant quotidie horas Canonicas, & peragant diuina  
 officia more consueto iuxta foundationes approbatas.  
 Nam nihil horum faciunt hæretici, contra legem iusti  
 tiæ & contra obædientiam Ecclesiæ. Secundo. Quo  
 utantur

Luc. 10.  
 Matth. 10.  
 Iac. 5.

V. Puncta.

Instructio Io. Coc.

utantur uestitu, Hæretici enim in contemptum Cleri utuntur plerumq; breuibus tunicis & pileis uelut laici, nec deserunt rasuram coronæ in capite, nec utuntur suppellicijs in contione, ut laicorum fauorem per hoc sibi aucupent. Contra uenerandos Canones Pontificum & Conciliorum, quibus repugnare quasi peccatum ariolandi est & quasi scelus Idolatriæ nolle acquiescere 1. Reg. 15. Tertio. Cum quibus cõuerlentur in publico. Hæretici enim ut Clerum plebi despectum reddant, per omnia laicis assimilari uolentes, confectione de Episcoporum Canonicorum et Monachorum excessibus, negligentijs, opibus, comestationibus, libidinibus &c. Contra illud Christi, Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare & non condemnabimini. Et contra illud Pauli, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Quarto. Quorum utantur colloquijs & conuictu. Quidam enim incaute conuersantur cum uicinis hæreticis à quibus pedetentim corrumpuntur, Iuxta illud Apostoli, Quorum sermo serpit ut cancer. Item Corruptunt mores bonos colloquia mala. Quidam cum seditiosis & rerum nouarum cupidis, qui detrahunt superioribus, præsertim Ecclesiasticis, Quidam apud laicos conuenerunt contra Prælatos & Patronos suos quasi merant illi in ocio quod ipsi foris in labore & sudore seminant, et per hoc fiunt ingrati erga Patronos à quibus collatum habent beneficium, & absq; eorum collatione haberent nihil, Vnde reprehenduntur in Euangelio, ubi eis dicitur. Amice non facio tibi iniuriam, Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est & uade, Quinto. Qua utuntur domi familia, Quàmuis enim omni tempore illicita est fornicatio, nunc tamen maxime grauis & scandalosa est in sacerdotibus

Matth. 7.  
Ro. 14.

2. Timo. 2.  
1. Cor. 15.

Matth. 20.

dotibus qui concubinas domi alunt. In quorū odiū Hæretici uxores contra oēs Patrū sanctiones & contra Christi & Apostolorū exēpla ducūt, tanq̄ continere nō possint, contra illud Christi. Si potes credere, omnia possibilis sunt credenti. Item si quid petieritis patrē in nomine meo dabit uobis, Deferendæ sunt igitur concubinæ, & firma fide petendum est à Deo donum castitatis & dabitur nobis.

Mar. 9.  
Ioh. 16.

De cura & officio pastoralī. Primo, Quales habeant Capellanos, ne forte sint Apostatæ hæretici qui populū seducunt. Secundo, Qualia sint curæ onera, an habeant Ecclesias filiales, & iustam cōpetentiam, unde possint onera sufferre. Iuxta illud Apostoli, Nemo stipendijs suis militat. Tertio, Quales habeant subditos, an intersint sacris in diebus festis & dominicis, an audiant alibi sermones hæreticorum, tales enim etsi de facto excōmunicati sunt, debent tamen prohiberi & publice denunciari, si non desistant, Paulus em̄ hereticos deuitari iubet. Quarto, Qualis sit subditorū conuersatio, an sint ibi aliqui nunq̄ confitentes aut cōmunicantes, an sint susurriones & detractatores contra superiores, an sint qui prædicent in angulis, an qui scientes legere, hæreticorū libros prælegant uicinis. Tales em̄ ad superiores denunciari debent, ne paruum fermentum illud totam plebis massam corrumpat.

4. Puncta.

1. Cor. 9.

Tit. 3.

1. Cor. 5.

## DE MODO VISITANDI

& Interrogandi.

Visitatores conuenit esse in officio publico, ut Officiales, Vicarios, Cōmissarios, Sigilliferos &c. quibus adiungi docet singulis binos Theologos, Fiscalē & Notariū, ut in una uisitatione mittantur personæ quatuor aut quinque, nempe Officialis, Duo Theologi aut unus cum Iurisperito Canonista, Fiscalis & Notarius.

Discussio  
Parrochorū

M m cum

Instruct. Ioan. Coch. pro Visitatoribus Catholicis,  
cum publica commissione deputati, euocent uicinos Paro-  
rochos & Cappellanos, quos medio iuramento de singulis  
interrogent & discutiant, & secundum qualitatem cuiuslibet  
bet agant informando, corrigendo, hortando quantum po-  
terunt, Grauiores excessus & incorrigibiles Clericos remitte-  
tant ad superiores, & tradant custodie, donec rescriptum ha-  
beant à Principe quid cum ijs agendum sit. Et dum citantur  
singuli, forsitan expediret, iniungi eis, ut unusquisq; de pro-  
prijs libris suis Catalogum aut registrum secum deferat, Ex  
quo cito intelligent uisitatores, quale sit uniuscuiusq; studiū  
qualis opinio & secta. Aut si registro eorū non uideatur ha-  
benda fides, poterit fiscalis ad singulos præmitti, qui apud  
singulos describat librorum atq; etiam familiæ inuētarium.  
Ex quo certius intelligant uisitatores qualis sit unusquisq;  
domi. Qui enim in corde Lutherani sunt, non magnifac-  
ciunt iuramenta, quorum medio interrogantur. Qui enim  
uota & iuramenta Deo publice & sponte facta contēnunt  
& conculcant, longe facilius cōtemnent & nihili faciunt lu-  
ramenta coacta quæ uisitatores præstare debeant. Expe-  
dit igitur, ut alia quoq; documenta quærantur uel inquisitio-  
ne fiscalis per Inuentarios uel testificatione uicinatorum qui  
integri & fide digni habentur.

Scripta Moguntia Apud S. Victorem Extra muros  
Die 27. septembris, Anno 1532.

# MISCELLANEO<sup>o</sup>

## RVM LIBRI SECUNDI

*Tractatus undecimus.*

### SERMO GENERALIS DE CON<sup>s</sup> fectione Chrismatis.



Agnum diuinæ bonitatis est iudicium, fra *Prefatio.*  
tres mei. O uos sacerdotes domini & cæ<sup>s</sup>  
teri Clerici, necnō & Laici, quod nos pius  
conditor & redemptor noster incolumes  
in hunc locum congregare dignatus est, ut  
credimus, ad nostram æternam salutem,  
& Ecclesiæ Catholicæ sublimitatem. Quia hodie exem<sup>o</sup>  
plo Domini saluatoris & Apostolorum suorum operan<sup>s</sup>  
dum est mysterium, quod absconditum fuit à sæculis sæ<sup>s</sup>  
culorum. Quapropter opus est non solum mihi indigno,  
sed & uobis omnibus, ut leuemus corda cum manibus ad  
Deum in cœlum, quatenus inde speremus auxiliū, quori<sup>s</sup>  
te possit impleri quod agendum est mysterium.

Nemo enim satis idoneus, nemo prorsus est dignus, qui *Mysterium*  
per se sine diuino auxiliō & cæterorum adiutorio po<sup>s</sup> *quod mini<sup>s</sup>*  
tis sit hoc ipsum peragere, quanto minus ego indignus, non pollui<sup>s</sup> *stri peccatis*  
tur. *non pollui<sup>s</sup>*

Hoc enim mysterium tale est, ut nostris peccatis pol<sup>s</sup>  
sui non possit. Quia ut in Epistola Papæ Anastasij capitu<sup>s</sup>  
lo VIII. legimus, Malibona ministrando sibi tantummos  
do nocent, nec Ecclesiæ sacramenta cōmaculant. Et tale est

Sermo Generalis

Alias \* Cō  
sectione.

quia quamuis presbyteris, sicut & Episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa sit, Et quamuis in confessione diuini corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sint, Hoc tamen nulli præterquam summo Pontifici concessum est, Ideo summa ueneratione honorandum & humiliter est tractandum, Quia enim tam sanctum & altum est. Ideo diuino auxilio & uestro plurimum indigeo de uoto adiutorio.

Dies cœnæ  
Domini.

Ioh. 13.

Hæc enim dies cœna domini dicitur, quod in ea saluator noster pascha & conuiuium fecit, ubi & Iudas miser fuerat, qui eum eadē nocte traditurus erat, qualiter illud conuiuium celebratum sit, Iohannis Euangelium narrat. Hodie namque in forma serui, quam propter nos accepit, pedes discipulorum lauit, & nobis humilitatis exemplum dedit. Hodie finitum est uetus Testamentum, & inchoatum est nouum, hodie multa ad nostram salutem facta sunt, quæ uobis enumerare per longum est, quia ad alia transire necesse est. Hodie in sancta Ecclesia reseruatur corpus domini usque in crastinum, lauantur pedes fratrum in exemplum domini & discipulorum, Nudantur altaria usque in sabatum sanctum, et pœnitentes ueniunt ad absolutionem.

Triplex con  
secratur oleū

Hodie tribus modis consecratur oleum, oleum pro infirmis, & pro populo, oleum principalis Chrismatis, & oleum ad unguendos Catecuminos & Neophitos. Potest quidem Deus sine oleo sanare infirmos, sanctificareque suos & demones effugare. Sed propter fragiles & animales aguntur hæc uisibilia, ut spiritualia & inuisibilia facilius capiant. Oleum uero quando offertur Pontifici, simplex liquore est, & speciem habet corporalem, sed per benedictionem sacerdotum transfertur in sacramentum.

Con

Consecratio uero huius Chrismatis olei dicitur principalis, quia ad eius unctionem principalis tribuitur spiritus, id est septiformis paracletus. Habet enim officium per se, primo exorcizatur, Deinde dominus uobiscum, & sursum corda, eius benedictio inchoatur, finiturque per Dominum nostrum, qui tecum, &c. Consecratur enim in eo loco, ubi pacem solemus inter nos dare, Et hoc est opus gratiæ diuinæ, ut pax & concordia regnet in nobis, ut Isidorus ait. Olea est arbor pacis insignis. Hic enim non solum oleum sed & Balsamum consecratur. Balsamum arbor est una aromatum quæ sunt odorifera. Et odor Balsami in oleo demonstrat opinionem sacrarum uirtutum ab his qui eodem oleo perungendi sunt, late dispersam operante gratia spiritus sancti. Oleum uero sacri Chrismatis conficitur aqua Baptismatis, & efficitur fons gratiæ celestis.

Consecratio  
Chrismatis,

Baptisma enim est aqua, quæ tempore passionis delatere Christi profluxit, Nullumque ut Isidorus ait, aliud elementum est quod in hoc mundo purget uniuersa, quod uiuificet euncta, fons autem Baptismi est origo omnium gloriarum & uirtutum. Nam uidetur quidem Baptizatus in fontem descendere, uidetur aquis intingi, uis detur de aquis ascendere, Quid autem in illo lauacrores generationis egerit, minime uidetur. Sola hæc fidelium pietas nouit, quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit. Generatus per culpam descendit, regeneratus ad gloriam ascendit. Natus ad mortem descendit, sed renatus ad uitam ascendit, seruus peccati descendit, sed coheres Christi ascendit, filius Diaboli descendit, sed filius Dei ascendit. Sola Ecclesia mater quæ generat hæc nouit. Cæterum oculis insipientium uidetur talis exire de fonte qualis intrauit: Sed qui ex aqua & spiritu regnantur,

Baptismatis  
effectus.

Inuisibiliter in nouum hominem mutatur, et de carnali efficitur spiritualis, Quia sicut spiritus inuisibilis est nostris aspectibus, ita is qui per gratiam Dei renouatur, inuisibiliter fit spiritualis & filius Dei, Magnum namque est baptismi Sacramentum, ubi aliud uidetur, & aliud intelligitur. Videtur simplex aqua, & intelligitur Lauacrum celeste, Videtur species corporalis, & intelligitur in ea plenitudo Trinitatis. Quia in ea (ut Isidorus ait) plenitudo diuinitatis habetatur corporaliter. Caute & sollicitè, o uos sacerdotes domini, ministrandum est tantum mysterium, quod nobis & uobis commissum est, dum ibi sanctam Trinitatem adesse, nulli licet dubitare Catholico, Vnde nequaquam sanctificatur Baptismi officio, nisi qui sub Trinitatis tingitur Sacramento, ut ipse dominus discipulis suis ait, Ite Baptizate eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.

**Unctio Crismatis.**

Chrismate unguendum, primum Moyses in Exodo, iubente domino commisit, quo primum Aaron & filij eius peruncti sunt. Eratque eo tempore tantum in regibus & sacerdotibus mystica unctio, per quam Christus figurabatur. Vnde & ipsum nomen à Chrismate dicitur. Sed postquam dominus noster, uetus rex & sacerdos æternus, à Deo patre, cælesti ac mystico unguento est decoratus, iam non soli Pontifices & Reges, sed omnis Ecclesia unctioe Crismatis, per impositionem manuum consecratur, Quod solis debeat Episcopis, ut consignent, & spiritum paracletum tradant. Quod non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, uerum & illa lectio ætuum Apostolorum, quæ asserit, quibusdam in nomine domini Iesu Baptizatis, per impositionem manuum Apostoli Pauli datum esse spiritum sanctum, ut legitur. Et cum imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritus sanctus super

**Confirmatio.**  
Act. 19.

supereos & reliqua. Item in alio loco scribitur, q̄ Apostoli A&.s.  
 ab Hierosolymis Petrum et Iohannem miserunt Samaritā,  
 ut iam Baptizatis traderent spiritū, pro ut dicitur, Tunc  
 imponebant illis manus & accipiebant spiritum sanctum.  
 Spiritum autem sanctum accipere possumus, dare non pos-  
 sumus, sed ut detur, dominum inuocamus. Ibi aperte datur  
 intelligi, solis Pontificibus, Apostolorum uicarijs deberi ut  
 consignent, & paraclerum tradant.

In gestis Pontificalibus legitur, q̄ Syluester Papa con- Necessaria  
Chrismatis  
unctio.  
 stituit, ut Baptizatum liniat præbyter Chrismate leuatum  
 de aqua, propter occasionem transitus mortis, ne propter  
 absentiam Episcopi & difficultatem eum consequendi, sine  
 manus impositione Baptizati migrarent. Quia si quis sine  
 ea obierit, periculosum iter arripit. Timendum est, ne illa  
 differentia sit inter eum qui manus impositionem accipit,  
 & eum qui non accipit, quæ est inter stellarum claritudi-  
 nem. Hoc est, quamuis non excludantur à regno Dei pro-  
 pter bona opera, tamen non habent locum quem haberent  
 si illam acciperent. Pensandum est de his qui per negligenti-  
 am amittunt Episcopi \* præscientiam & tamē suscipiunt \* Præsentia,  
 manus impositionē, ne forte propterea damnentur, quia fesi & non.  
 stinare debuerint ad manus impositionem. Hæc præuis-  
 dens Papa Syluester, quantum potuit, subuenit, & consti-  
 tuit, ut propter absentiam Episcopi, à præbytero baptizati  
 unguerentur. Vnde dicit Beda in tractatu super Actus  
 Apostolorum. Nam presbyteris siue extra Episcopum, siue  
 præsentem Episcopo, cum baptizant, Chrismate baptizatos  
 unguere licet. Sed quod ab episcopo fuerit consecratū,  
 Non tamen frontem, quod solis debetur Episcopis, sed uerticem  
 ex eodem oleo signare licet.

Nam forte cogitat aliquis fide fragilis, quod non liceat.  
 Quid

Sermo generalis

Utilitas sacramenti Confirmationis.

Alias & facultatem.

Verba Melchisedechi. Pascha. De consecratione. dist. 5. c. 1.

Ephes. 6. 1. Cor. 2.

Quid mihi prodest, post mysterium baptismatis mysterium Confirmationis? Nam si post fontem adiectione noui generis indigemus, quantum uideo, non totum de fonte suscepimus. Non ita intelligendum est, dilectissimi, Nam quod prodest, si quisquam parcorum, magnam paruulo conferat & utilitatem, nisi prouideat illi tutorem. Ita paracletus regeneratis in Christo, custos & consolator & tutor est. Possunt enim suadente Diabolo sicut paruuli facultatem, perdere baptismi utilitatem, si non habeant tutorem spiritum consolatorem. In hoc enim mundo tota aetate uiuimus, inter pericula & inuisibiles hostes gradiendum est, uelut inter serpentes & scorpiones, Quapropter consolator & tutor est necessarius spiritus paraclitus. In Baptismo regeneramur ad uitam, post baptismum armamur & confirmamur contra hostes ad pugnam. In Baptismo abluimur, post Baptismum renouamur, In Baptismo remissionem omnium peccatorum, siue originalium, siue actualium accipimus, Post Baptismum scutum fidei, galeam salutis & gladium spiritus, contra hostes assumimus, ut undique armati stemus. De spiritu sancto accipimus, ut spirituales efficiamur, Quia animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. De spiritu sancto accipimus ut sapiamus inter bonum & malum discernere, iusta diligere, iniusta respicere, ut maleuolentiae, ac superbiae repugnemus, ut Luxuriae ac diuersis Illentibus, & foedis iniustisq; cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus, uitae aeternae amore flagrare, & mentem a terrenis erigere, & ad caelestia subleuare, Quo nos per dominum eiusdem spiritus Paracliti peruenire concedat. Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & gloriatur in saecula saeculorum Amen.

Transit

Transcriptus est hic sermo In Stolpensi arce (quæ est Episcopi Misnensis) Ex uetusto Pontificali, Anno 1537. Et concordat per omnia, cum eo, qui habetur in grandi uolumine antiquo, Quod pulcherrime scriptum est cura & impensis Gundechari secundi, Iqui fuit decimus octauus Episcopus post S. Vuilibaldû, in Ecclesia & Episcopatu Eystaensi, Circiter annum Dominicæ incarnationis M.LVII. Vir sane sanctissimus miraculisq; clarificatus, De quo istud habetur Distichon antiquum.

Est tibi Solonis mens Præsul & os Salomonis.

Ephot Aaronis cum reliquisq; bonis.

# MISCELLANEO: RVM LIBRI SECUNDI *Tractatus Duodecimus.*

QVAESTIO, VTRVM LICEAT CHRISTIANO Duas aut plures habere uxores simul & eodem tempore.



Qvod Non. Probatur autoritate & ratione, Autoritate scripturarum utriusq; testamenti, Constitutione legum & Canonû, Decretis et sententijs sanctorum patrum, antiqua consuetudine Ecclesiæ, et præscriptione longissimi temporis. Rationibus præterea multis, quas scholastici præsertim Doctores Theologiae copiose commemorant.

Etenim in ueteri Testamêto ait scriptura Gen. 1. Masculinum

Quæstio utrum liceat Christiano

Ex uet. testa  
mento pro  
bationes sex

lum & foeminam creauit eos. Ecce unitas in utroq; sexu ex  
prima hominis creatione à deo iustituta, Ergo pluralitas u  
xorum sub uno marito est & contra institutione Dei & cõ  
tra naturam, Natura enim rerũ ex prima Dei creatione om  
nibus indita est, Ne quis aut̃ dicat, homini licere, sicut equo,  
tauro, ariet̃, ceruo, gallo, &c. plures q̃ unã habere foeminã,  
Textus hanc absurditatẽ excludit, quia de solo homine, nõ  
de alijs animalibus, dicit, Et creauit Deus hominẽ ad imagi  
nẽ & similitudinẽ suã, Itaq; ait Dauid Rex et propheta. Psal  
mo. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus. In quib. nõ est intel  
lectus. Tales enim reprehẽdit & Hieremias propheta dicẽs.  
Equi amatores in foeminas & emissarij facti sunt.

Hiere. 5.

- II. Secundo, Rursus ait Deus Gen. 2. Nõ est bonũ hominẽ  
esse solũ, faciamus ei adiutoriũ simile sibi, Ecce et hic singu  
lari utitur numero, qui unitatis, non pluralitatis est, sicut  
& supra foeminam, non foeminas dixit. Ita hic quoq; ad  
iutoriũ, non adiutoria dicit. Est igit̃ contra facturã et opus  
Dei, unũ uirũ habere simul & eodẽ tempore plures uxores.
- III. Tertio, Subiungit textus ibidem sic. Et ædificauit Do  
minus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.  
En costam unam, non duas aut tres tulit Deus de Adam, et  
in unam, non in plures, ædificauit mulierem. Ordinatione  
igitur diuina uni marito non licet nisi unam habere uxo  
rem, Qui plures simul habet, Dei ordinationi resistit, & sibi  
damnationem acquirit, ut ait Apostolus Ro. 13.
- III. Quarto, Rursus ibidem subiungunt hæc uerba. Quamẽ  
obrem relinquet homo patrem suũ & matrem, & adhærebit  
uxori suæ, et erunt duo in carne una. Ex his quoq; uerbis fa  
cile dinoscitur, contra ordinem & naturam atq; institutio  
nem matrimonij esse, si uir unus simul habeat duas aut plu  
res uxores. Talis enim non uxor sed uxoribus adhæret. Et  
non

nō sunt ibi duo in carne una, sicut lex matrimonij cōstituit, sed sunt Tres, si duas, aut quatuor in una carne, si Tres uxores habeat simul. Violat igitur & prophanat ius Matrimonij, quicumq; plures simul uxores habet.

Quinto sic ait Adam ad Dñm Gen. 3. Mulier, quā dediſti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi. Hic quoq; fatetur Adam, Coniugiū à Deo institutum esse homini ad unā, non ad duas aut tres mulieres simul. Non enim socias, sed sociam dixit, pluralitas igitur uxorum cōtra ordinatiōnem Dei est, qui unam dedit sociam uiro, nō socias plures. Peccat igitur & peruertit ordinationem Dei, quisquis plures uxores simul habere audet.

Sexto Gen. 4. legitur pluralitas uxorum à Lamech uiro malo introducta esse. Qui primus accepit duas uxores, & dixit eis. Audite uocem meā uxores Lamech. Ecce ait, Audite uocem meam, et non ait, uxores meæ, sed uxores Lamech, Tanq̄ diceret, Non estis meæ secundum Dei ordinationē, Deus enim unā uni copulari ordinauit, sed estis uxores Lamech. De Lamech aut dabitur ultio septuagies septies, Lamechita igitur potius quam Christianus dicendus est, quisquis exemplo Lamech duas accipit uxores, & ad ciuitatem Dei non pertinet, quia contra Dei ordinationē facit, sed pertinet ad ciuitatem Diaboli, sicut Lamech, qui nō ex Genealogia boni filij Seth, sed Cain parricide descendit. Hæc ex ueteri testamento breuiter dicta sint.

Ex nouo quoq; testamento facile reprobatur uxorum pluralitas. Nam Christus in Euangelio pleraq; uerba ex supradictis repetit & confirmat, dicens. Matthæi 19. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & foeminam fecit eos, & dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una,

V.

VI.

I. Ex No. test. probationes similiter sex

Quæstio utrum liceat Christiano

una, Itaq; iam non sunt duo, sed una caro, Ecce Christus in Euangelio expresse dicit cum scriptura. Et erunt Duo in carne una, Et addit ultra scripturam. Itaq; iam non sunt duo sed una caro. Est igitur manifeste contra Euangelium, si uir unus plures simul uxores habeat. Ibi enim non Duo (ut dicit Euangelium) sed tres aut quatuor essent in carne una & una caro.

II. Secundo, Ibidem ita subiūgit Christus. Dico aut̄ uobis quia quicumq; dimiserit uxore suā, nisi ob fornicationem & aliā duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchat. Hinc sane sequit̄, multo magis mœchari eū, qui uxore suam retinet & aliā adhuc ducit, Cum qua utiq; mœchatur, contra fidē priori uxori datā, Prophanat igitur Euangeliū, qui quis carnē suā in plures uxores diuidit, & mœchatur cum uxore secunda contra ius primæ. Si em̄ mœchatur cum secunda, priore dimissa, quanto magis mœchatur, priore nō dimissa, sed ius matrimonij retinente & agnoscente.

III. Tertio, Ait Apost. Ro. >. Lex in homine dānatur, quāto tempore uiuit, Nam quę sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi, si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro. Si aut̄ mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri, ut nō sit adultera, si fuerit cum alio uiro. Ex his quoq; uerbis clare sequitur, nō licere, neq; uiro neq; mulieri nubere alteri, priore cōiugio adhuc durante. Sicut igitur mulier quę alteri nubit, uiro suo adhuc uiuente, adultera uocatur & est: Ita uir quoq;, qui alteram ducit, uxore sua adhuc uiuente, recte adulter uocatur & est, Viuente enim uxore prima, alligatus est legi coniugali quam diu illa uixerit, lex enim coniugij iubet eum adharere uxori suæ. Vinculum quippe coniugale æque alligat maritum & uxorem.

Quarto

Quarto. Rursus ait Apostolus 1. Cor. 7. Vxori uir debet  
 tum reddat, similiter autem & uxor uiro. Mulier sui corporis  
 potestatem non habet, sed uir, similiter autem & uir sui  
 corporis potestatem non habet, sed mulier. Ex his quoque uer-  
 bis Pauli clare patet, non licere uiro Christiano, duas aut  
 plures uxores simul habere. Teneatur enim uir uxori debitum  
 reddere, At debitum illud exigit bonam fidem, Bona autem  
 fides exigit, ut ei reddat cui debetur, si ergo reddatur alteri,  
 iam non est bona fides. Præterea, uir non habet potestatem  
 corporis sui sed uxor, Non potest igitur uir corpus suum al-  
 teri dare, uxore adhuc uiuente, Sicut nec uxor alteri corpus  
 suum substernere potest, uiro suo adhuc uiuente pari enim  
 uinculo utrinque alligantur uir & uxor. Multa quoque alia sunt  
 in eodem cap. testimonia Pauli contra pluralitatem uxorū  
 uerbi gratia. His qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non  
 ego sed dominus, uxorem à uiro non discedere, & uir uxorem  
 non dimittat. Hinc quoque par coniugij uinculum utrosque  
 habere maritos. Ita nec uni uiro licitum esse potest, inter Chris-  
 tianos, duas habere uxores. Item Mulier alligata est legi,  
 quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius,  
 liberata est à lege. Cui autem uult nubat, tantum in domino  
 Hæc ibi Paulus, quæ & uirum similiter obligant, non est. n.  
 liberatus à lege, quanto tempore uxor eius uiuit.

Quinto. Idem Apostolus Ephe. 5. id ipsum affirmat, dis-  
 cens, Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ec-  
 clesiam. Itē uir debet diligere uxores suas ut corpora sua, Qui  
 suam uxorem diligit, seipsum diligit, Nemo enim unquam  
 carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut &  
 Christus Ecclesiam. Item. Post hæc uerba (quæ & supra ex  
 Genesi & ex Euangelio recitata sunt) Et erunt duo in carne

Quæstio Vtrum liceat Christiano

Cant. 6.

una, sic ait. Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Veruntamē & uos singuli unusquisq; uxorem suam diligat sicut seipsum, Vxor autem timeat uirum suū. Hæc ibi Apostolus. Ex quibus aperte conuincitur, sicut Christus non nisi Vnam habet sponsam Ecclesiam, de qua dicit in Cantico Salomonis, Vna est colūba mea, perfecta mea, Ita & uir Christianus non nisi unam debet habere uxorem uno eodemq; tempore, Alioqui nõ esset Matrimonium conforme sacramentū Christi & Ecclesiæ, Hoc autem esset contra Paulum, qui ait hic, Sacramentum hoc magnum est &c. Vni itaq; uiro ubiq; unam applicat uxorem, nusq; duas aut Tres. Verbi gratia, ait sic. Qui uxorem suam diligit, seipsum diligit, Nō autem ait sic. Qui uxores suas diligit. Item. Nemo unquam carnem suā ostendit habuit, Ait carnem, non carnes. Vbi autem dicit uiros, dicit & uxores, sicut hic, Viri diligite uxores uestras. Aequiparatur igitur numerum in utroq; sexu, unam uni, duas duobus uxores permittens, uni autem Duas nusq; admittit.

VI. Sexto. Ait rursus idem Apostolus 1. Thessa. 4. Hæc est enim uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desyderii, sicut & gentes qui ignorant Deum. Hic quoq; ait Apostolus, uas suum, non uasa sua. Innuens per hoc, unī unam, non duas aut tres uxores apud Christianos permitti. Et tantum ex utriusq; Testa. scripturis, Cætera propter prolixitate hic commodè referri non possunt, nec opus est plura nunc asserere. Quisquis enim non ueretur tam multa scripturæ loca uel negare uel in reprobum sensum retorquere, is longe minus reueretur cætera quæ præter scripturā adduci queant.

Scripta Vratislauræ. Die 13. Septemb. Anno 1540.

MISCEL

144

# MISCELLANEO=

RVM IO. COCHLAEI LI.

ber Tertius Tractatus Primus.

ANNOTATIONES IO. COCHLAEI

in Epistolam quandā è Franckfordia, quæ ad Mog<sup>o</sup>  
num seu Mogunum sita est, datam, Anno  
Domini M. D. XXXIX.

## EPISTOLA:



Vblicam pacem sperandam esse fertur. Nam uenerunt ad Franckfordiam Episcopus ( quem ita uocant ) postulatus Constantiensis. Et Matthias Helt, commissarij Cæsaris cum plena potestate. Legi exemplar literarum, quibus imperator concedit eis tantā potestātē oīa <sup>A</sup> licita et tolerabilia agendi, transigendi, pacificandi, & pacem confirmandi, quantam ipse præsens haberet & posset. Duo electores Palatinus & Brandenburgensis sunt pacificatores inter Commissarios Cæsaris & nostros, nostri hijs diebus obtulerunt pacificationis, Inicío petunt ut perspicue declaretur, quæ sunt <sup>B</sup> Causæ Religionis, uidelicet non hæ tantum quæ fidei tardis sunt, Verum etiam quæ ad Iurisdictionem & bona ecclesiæ pertinent, & quæ huius sunt generis <sup>C</sup> de ijs non sit ius Camere iudicare, utque omnia prius à iudicio Camere in hijs causis acta & iudicata abrogentur. Deinde

Miscell.lib. III. Tract. I.

Deinde ut iudices scilicet assessores Camera<sup>D</sup> ex utraque parte æquali numero eligantur, ut non solū Religionis Causæ, hac Ratione non suscipiantur à Camera. Verum etiam ut nostri in Ciuilibus etiam Controuersijs non habeant iniū quos Iudices propter Religionem. Adhęc petunt ut liceat ipsis<sup>E</sup> Interea temporis dum Religionis Controuersia pacifice componatur tractare, bona ecclesiastica & administrare suis ecclesijs prout queant in Concilio generali libero et nō partiali, aut i legitimis Imperij Comitijs tueri. Propterea petūt, ut etiā alijs statib, imperij<sup>F</sup> liberū sit Euangelion agnoscere, ac ut subditi quoq; aliorum statuum non tractentur à suis<sup>G</sup> Crudeliter, si nostram Religionem agnoscant, sed aut dimittant eos libere è regionibus suis, Satis tamen publicis legibus & tributis ( ut fieri solet ) emigrare aut sinant ipsas Impune apud se habitare, si modo publicam ipsorum Religionem nō turbauerint, aut Conuenticula fecerint. Deinde petunt ut<sup>H</sup> matrimonia sacerdotum nostrorum & spiritualium agnoscantur Pro legitimis Coniugijs & permittāt eis ac liberis ipsorum publica et uulgaria Iura successionis & hereditatis, Postremo petunt de Iudicio<sup>I</sup> Causarū matrimonialium, ut nostris liceat in sua cuiusq; Iurisdictione de ijs Cognoscere, & ne ab extraneis quidem ad episcoporum fora citentur. Hęc fere summa ac iusmodi eorum quæ nostris ad constituendam firmam certam & perpetuam pacem petunt.

Quid post hæc autem actum sit ignoro interim tamen dum hæc aguntur miserunt nostri Capitaneos suos ad Auguſtā, Vlmam & reliqua loca ut diligenter obseruent aduersariorum conatus, & siquidem aduersarij conscribunt exercitum, ut & ipsi \* conscribant milites, & si enim pacificatores bene polliceantur de pace, nostri tamen non remittent

mitterent curam suam donec uiderint, rem in tuto esse. Ego uideo uobis utrinque ingentia pericula imminere si bellum erit, nos iudicabimur <sup>K</sup> autores, si pax & tranquillitas, nostri cum metus abfuerit <sup>L</sup> magis inhiabunt in bona Ecclesiastica quam curabunt Ecclesiam, & Pontifex Romanus capta occasione pacem etiam <sup>M</sup> Iuramentis firmatam facile rescindet & Cæsarem à promissionibus pro more exoluet. Quare utcumque res acta aut transacta fuerit, nobis è manu domini pendendum est, qui ecclesiam <sup>N</sup> suam uel inter aduersarios uel inter uos probe tuebitur.

## Annotationes Ioannis Cochleæ.

**A** Licita & tolerabilia: Ergo si Pacificatores decernerent, ut pars aduersa retineret Lutheri aut Zuinglij doctrinam, tanquam Evangelicam, & de bonis Ecclesiarum disponeret pro libito suo, sicut hactenus iniuste fecit: Imperator ista seruare aut rata habere minime teneretur, quia nec licita forent nec tolerabilia.

**B** Causæ religionis. Hinc cognoscitur hypocrysis partis aduersæ, quæ hactenus Edicta & mandata Cæsaris religionis prætextu elusit, tanquam contra suam conscientiam facerent, si Lutheri & complicum eius doctrinam dimitterent, & antiquam Ecclesiæ fidem recipere. Nunc autem uolunt Religionis uocabulum, extendi etiam ad Iurisdictionem & ad Ecclesiarum bona, quæ ipsi Irreligiose contra omne ius, tam diuinum quam humanum Ecclesijs & Monasterijs ablata retinent, ut facile intelligas, oculum eorum non tam ad fidem & conscientiam, quam ad externam iurisdictionem & rerum temporarium possessionem respicere.

**C** De ijs non sit ius Cameræ iudicare, Cur non? Quot enim leges habentur in Codice atque etiam in Autenticis, De rebus Ecclesiarum non alienandis? Legant saltem Ambro. & Augu. ut ex ijs cognoscant, ad Imperatorem spectare, bona Ecclesiarum tueri.

**D** Ex utraque parte æquali numero eligantur. Hic satis aperte sententur schisma Imperij, per ipsos introductum, Alioquin frustra diceret. Ex utraque parte. Cur non potius seruetur ordo antiquus Imperij & Cameræ, si nullum sit in Imperio schisma?

Miscell. Lib. III. Tractatus II.

**E** Interea temporis, Hoc est, semper & in perpetuum uolunt bona Ecclesiastica pro libitu suo administrare, Quia nunquam poterit celebrari Concilium, quod ipsi liberum & non partiale dicant, Papam enim pro parte habent, & non pro parte. Concilium autem Papam excludere non potest.

**F** Liberum sit Euangelion agnoscere. Vbi quæso prohibuit hoc Cæsar? ubi Papa? fuit hoc ultra Mille annos semper liberum sub Christianis Principibus. Sed ipsi Euangelion nouum comminiscuntur, in quo licet laicis occupare ac possidere Ecclesiarum & Monasteriorum bona, cultum diuinum, pro quo seruando eiusmodi bona data sunt à pijs, impie abolere, & Ecclesiæ ritus atque obseruationes despiciere & calcare. Hoc non Christi sed Sathanæ Euangelium est.

**G** Crudeliter. Nemo recte dixerit Crudeliter esse, si de noxijs secundum leges summuntur supplicia. Qualia in hæreticos constituta leguntur à Catholicis Imperatoribus C. de hæreticis per totum.

**H** Matrimonia, sed non merentur ita dici, illicita perfidorum & postatarum contubernia, quæ potius sunt incæsta connubia & spiritalia contra uotum adulteria, tam legibus quam sacris Canonibus atque etiam sacris literis prohibita.

**I** Causarum Matrimonialium. Hæ ad Episcopos spectant, non ad laicos, Quia Matrimonium unum est septem sacramentis est, Quorum administratio & iudicium ad sacerdotes pertinet.

\* Conscribant milites. Contra quæ hostem? Contra Imperatorem At is non hostis sed dominus eorum est, Cui rebellare & seditiosum est & damnabile, quia est diuinæ ordinationi resistere. Ro. 13.

**K** Autores. Recte, quia utriusque potestati rebelles & contrarij estis, Siue igitur inuadatis nos ultro, siue utramque potestatem pernicia contumacia ad corrigendum uos impuleritis, belli autores eritis.

**L** Magis inhiabunt in bona Eccle. Ita male imbuti, ac incitati sunt à uobis o Apostatæ. Nam antequam uestra in lucem prodijt doctrina pseudoeuangelica, nequaquam sic inhiabant Principes & ciuitates partibus uestræ in bona Ecclesiarum, sed relinquebant ea pie, sicut fecerant pij maiores eorum, Ecclesijs ac Monasterijs, ad peragendum cultum Dei, propter quem Ecclesiasticis personis donata fuerunt. Vos autem docuistis, impium esse eum cultum, & cruentas edidistis Bullas ad destruendum Ecclesiasticorum regnum: sub hac quidem nequissima atque impijssima spe, ut sublatis de medio Catholicis sacerdotibus atque Monachis, uobis, tanquam uestris Ecclesiæ ministris, illorum relinquere sur bona

tur bona, Nunc uero, ubi uideris ea bona. maxima ex parte retineri  
 a uestris laicis, uobis autem non tantum inde dari quantum speraba  
 ris, cauillamini ad inuicem in angulis, uestros magis inhiare in bona  
 Ecclesiastica quæ curare Ecclesiam.

M Iuramentis, si ea fuerint illicita & contra publicum bonum, aut  
 contra fidem Ecclesiæ. Pium est enim in turpibus promissis rescin  
 dere fidem.

N Ecclesiam suam Dominus tuebitur. Non est de hoc dubium,  
 Tutatus est enim eam hætenus. 1500. annis, contra longe maio  
 res & fortiores persecutores atque hæreticos quæ hodie sunt. Sed domi  
 ni Ecclesia non est noua Lutheri aut Zuinglij secta, quæ utique peris  
 bit, sicut hætenus permanebit usque ad consummationem sæculi.  
 Catholica Ecclesia

Annotationes scriptæ Misnæ Anno Domini.

1 5 3 9.

# MISCELLANEO

## RVM LIBRI TERTII

*Tractatus secundus.*

ADVERSUS QUERELAM LAZARI  
 ficti & sacrilegi, Defensio Canonorum, per  
 Ioan. Cochlaeum.



Vi pium Deicultū à sede Apostolica per  
 pios & Apostolico spiritu præditos uiros  
 ad Germaniæ gentes olim Idolatras propa  
 gatum, et iam DCC. & amplius añis per  
 petuo pietatis & sanctæ deuotionis usu  
 confirmatum, Imperatorumque & aliorum  
 Principum Christianorum religiosa in foundationib. largita  
 teadauctū, abolere nunc moliant, non solū grauib. calūnijs

onerant Clerum Orthodoxum, sed etiam sacrilegas aduersus eos rapinas Principibus & Magistratibus (quos sub fucato Euangelij prætextu fallunt) persuadere confictis declamationibus non uerentur.

3. Reg. 21.  
Achab contra Naboth.

Psal. 79.  
Esa. 5.  
Matth. 21.

Quamuis non ignorent, quã grauiter ab Helia reprehensus ac increpatus fuerit Achab, impius ille Rex Israel, qui calumnijs & persuasione impiæ uxoris suæ Iezabelis inductus, uineam unam, & quidem prophanam, ereptam Naboth Israelitæ, iniuste possidere præsumperat. Per uineam aut figurate significari Ecclesiã, non est obscurũ ijs, qui sacras literas uel semel perlegerunt, Ait enim Psalmista. Vineam de Aegypto transtulisti & plantasti eam, Et Esaias, Vineam Domini Sabaoth domus Israel est, Et ipse saluator in Euangelio. Homo erat pater familias qui plantauit uineam, &c. Iuste quidem ab Helia reprehensus fuit Achab, qui uendere aut quauis ratione alienare nolenti uineam suã uxoris fraudibus eripere ac possidere non erubuit.

Attamen si factum illud manifeste impij ac Idolatræ Regis Achab conferatur cum ijs rapinis & sacrilegijs, quæ nunc Rhetores Euangelici (uti seipsos uocant) suis Principibus, qui præ alijs de Euangelio sese iactitant, persuadent atq; iustificanti, poterit profecto Achab præ illis non iniquus, immo æquissimus uideri, Quid ita? Primum, Non gloriabatur Achab de rapina illa, sicut gloriantur Euangelici de sacrilegis factis suis, Quum enim audisset Helia sermonem Achab, scidit uestimenta sua, & operuit carnem suam cilicio, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, Nihil horum faciunt nostri Euangelici isti, sed gloriantur etiam de tot iniquitatibus suis, & lætantur cum malefecerint, atq; exultant in rebus pessimis.

Psal. 51.

Deinde

Deinde non abstulit Achab uineam Naboth mox ut aut imperioso mandato, sicut isti faciunt, Dixerat enim ad eum Da mihi uineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia uicina est & prope domum meam, daboq; tibi pro ea uineam meliorem, Aut si commodius tibi putas, argenti præcium quatum digna est, Ecce Rex iste quantumuis impius ac sceleratus ( nempe qui fecit malum in conspectu domini, ut sacra testatur historia, supra omnes qui fuerunt ante eum ) non petijt gratis sibi uineam dimitti aut donari, sed iusto contractu à subdito sibi ciue obtinere illam satagebat, utpote uel iusto emptionis præcio uel melioris uineæ commutatione, Licet improbe prætexere potuisset ( si Euangelicis istis si-  
 3. Reg. 16: 1. Reg. 3:

milis esse uoluisset ) ius rapiendi ex uerbis Samuelis prophetae, longe antea defuncti, Qui ex ore domini dixerat, Hoc erit ius Regis qui imperaturus est uobis, filios uestros  
 Rhetores. Iezabelici

tolleret & ponet in curribus suis. Agros quoq; uestros & uineas & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis, Non tamen ius istud arrogauit sibi Achab rex, sed iusto contractu, ( sicut solet homo priuatus à conciuue suo ) uineam à subdito suo petijt.  
 At Euangelici nostri Principes, à Iezabelicis persuasi Regibus, audet abbatib. & alijs Ecclesiarum Prælati atq; pastoribus, uiolentis mandatis dicere, Cedite ac date nobis uineas, quibus hactenus præfuitis, neq; meliores à nobis accepturi, neq; ullum argenti præcium pro eis recepturi. Quin potius cedite ac date non solum ipsa templa & Monasteria, quæ habetis, sed & omnia eorum uasa & ornamenta, aurea, argentea, gemmea, serica, Holo serica, polymita, & quantumuis uel arte uel materia præciosa, etiam si ab Imperatoribus antiquis aut à maioribus nostris sint uoto aut ultro  
 Verbi Domini.

Esa. 40.

Matth. 23.

Leu. 27.

Rex Balthasar.  
Dan. 5.

Visitatores  
Euangelici.

sa. Quāuis, n. Principes illi de uerbo Dei maxime gloriantur, et in salua eorū semper natet, illud | Esaię, Verbum dñi manet in æternum, Quin etiam in seruatorum suorum manibus, et domorum dealbatis parietibus ( sicut in Iudaicis olim phylacterijs et fimbrijs factum fuisse exprobat Phariseis & Hypocritis dñs ) depingant Quinq; literas grandiusculas illius Oraculi, V. D. M. I. E. Semper ut memores uerbi dñi uideantur, Re tñ ipsa semper obliuiscuntur certissimihuius uerbi Domini, quod i fine libri Leuitici clare habet expressum, nempe. Quicquid semel fuerit consecratū, sanctū factorum erit Dño, Adeo, n. irreligiose attrectant & pphanā sacra uasa, ut etiam Babyloniorum Rex Balthasar sacra quædam sed aliene religionis cultui consecrata uasa, minus impropie tractasse uideri queat, Non, n. legitur is sacra Tēpli Hierosolymorum uasa per sese rapuisse, sed à patre suo in bello publico rapta, conuiujs exhibuisse in usum | potandī, quū esset ipse iam temulentus, Nec legitur ea conuasse in pecunias, nec in torques conuertisse, nec mulieribus in mundum prophanum & in superbix ostentationem condonasse, nec haste subiecisse, nec publice in foro uendidisse, sicut ab Euangelicis uidimus iam aliquot annis, & uidemus adhuc fieri hominibus Neochristianis.

Quorum Visitatores, sacerdotibus quidē phibent sacrorum & ornatuum et uasorum usum, Magistratibus uero pphanis, p̄tensa Principū cōmissione, permittunt atq; etiā p̄cipiūt, è templis et Monasterijs omnia sacra tollere, atq; in p̄torium asportare, Et hic est pius Dei cultus, quē tantopere laudant Lutherici declamatores, hoc uerum Euangelij noui ministeriū, hæc Principum officia ( si dñs placet ) quæ Deo et Ecclesie debent, ut impudentissime rethorici impij Rhetores isti lezabelici, sanguinarij hostes Cleri Orthodoxoꝝ

thodoxi, scelerati fratres proditoris sacerdotū Doeg, cuius nefario cōsilio ac ope interfecti sunt in die uno LXXXV. Viri uesititi Ephod lineo, totaq; ciuitas sacerdotum, Nobetore in ore gladij percussa est.

Quanto igitur minus iniquus uideri potest fuisse Achab Achabmin Rex Idolatra, quàm sunt noui Euangelij p̄fessores isti ho- fuit iniquus, quàm sunt hodie falso Euangelici.

dies: Ille, n. uineã dūtaxat (rem utiq; pphanam) ab inuito ex torquere nitebatur, licet equo sub p̄cio atq; etiam sub me- lioris uineę cōmutatiōe. Isti autē ornatus uestesq; & uasa sa- cratissima (quorū bona pars aliquot seculis diuino cultui à pijs Principibus destinata & in usu sacrorum rituum habita & cōsecrata fuerat) sacerdotibus & Monachis uiolento im- perio auferre nō uerent. Itē Achab, pōsteaq; responsum Na- both libere ac animose denegantis audiuit. (Dixit, n. ad eū Naboth, Propicius sit mihi dñs, ne de hereditatē patrū meo- rum tibi,) non est accensus ira furente ad seuiendum in pau- perem et subditū suum, nec minatus ē quicq; mali, nec dixit (sicut nūc Euāgelicorū suggestiōe supbe dicit) nisi dederis tu sponte, ego ipse uī rapiam, aut noua lege uindicare mi- hi, Sed licet egerrime ferret pauperis tā constans ac liberum responsum, absq; tamen uiolentiā domum abiit, & proijci- ens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem.

Nostri autem Proceres ac uisitatores, nouo Euangelio tu- midine quaq; ita se humiliant, animosq; demittunt tristes, si quando audiunt Abbatem aliquem, aut alium quempiam Ecclesiæ Prælatum, liberius, quàm ipsis & adulatoribus eos- rum æquum uidetur, ingenua pietate dicentem cum Na- both (sicut dixit & beatus Ambrosius aduersus Impera- torem Valentinianum II. ) Propitius sit mihi dominus, ne- dem hereditatem patrum meorū tibi, Verbi gratia, nec de tibi- bang

hanc uel illam Cathedralē aut Collegiatam Ecclesiā ante  
 annos D. aut D C. aut eo amplius fundatam ab hoc uel illo  
 Rege aut imperatore, hoc uel illud Monasterium ab hoc  
 aut illo Principe aut sancto Episcopo religiose cōstruētum,  
 opulentis censibus ad perpetuum dei cultum pie donatum,  
 & antecessorum meorum frugalitate ac diligentia bene ad  
 auctum, ac præciosis insuper in honorem Dei & sanctorū  
 eius ornamentis decoratum.

Calumniæ  
 Visitatorū.

Vbi ergo hæc audiunt Visitatores, mox rapiunt piā  
 Prælatum ad calumnias, & dicunt Principi, Ecce rebellem  
 ac seditiosum Monachum, qui papistica induratus pertinacia,  
 Principis sui iussis parere recusat, Eñciendus est igitur  
 è finib. Domini nri, cunctisq; exuendus possessionibus, ut  
 discat & suo obedire principi & uerbum dei non blasphemare.  
 Ait enim Apostolus, Non est potestas nisi à Deo,  
 quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati,  
 Dei ordinationi resistit, Hoc itaq; prætextu inuenerūt  
 ac subuertunt omnia Visitatores isti Euangelici, qui contra  
 mentem Pauli suis Principibus omnia arrogant, Quum certum sit & ex  
 sacris literis & ex sanctorum interpretatione,  
 Paulum suadere ibi debitam obedientiam, quæ nõ sit contra  
 Deum, si enim cōtra Deum quid præcipiat princeps, attendenda  
 nobis est ad illud Apostolorum, Oportet Deo obedire magis quàm hominibus.

Ordinata  
 Potestas.

Deinde constat Paulum ibi loqui de ordinata potestate.  
 Ait enim, Non est potestas nisi à deo, Quæ autem à Deo  
 sunt ordinata sunt. Jam omnibus liquet, ordinata potestate,  
 non Cæsarem ducibus, sed duces Cæsari subesse ac obedire  
 debere, Quum igitur Cæsar in legibus suis ubiq; ueter sacris  
 legia, præcipiatq; cultus diuini in templis & Monasterijs  
 antiquam obseruationem, peruersissime profecto suadent  
 sacrilegi

facrilegi declamatores Principibus suis, qui Cæsari subiecti sunt, ut contra Cæsaris & leges & uoluntatem, sacrilego ausu templa sacris uasis et ornatibus despolient, ac Dei cultum multis sæculis, iuxta foundationis regulam & tenorem, pia deuotione obseruatum, interdiciant & aboleant, iubeantque tradi in manus publicorū Ecclesiæ hostiū hereditatem patrū nostrorum. Quod nequaquam petiisse legitur impius ille rex Achab à sacerdotibus Dei Israel.

Abfit uero à nobis, ut excusare uelimus impij huius Regis uel facinus istud iniquum contra Naboth, quod S. Ambrosius integro persequitur libro, uel infinita alta eius scelera, quibus iram Dei in ultionem cōcitauit malus & impius supra omnes qui fuerunt ante eum, Hac tamen historiæ collocatione pijs Christianis ostendere uolumus, quanto iniquior rem foueant nūc causam Euangelici (si Dñs placet) declamatores, quā fouit ibi p uiro suo impio sceleratissima mulier Iezabel, cuius malicia nomē eius cūctis seculis detestabile fecit.

Sed uideamus nunc quam iusta & pia sit Vuittembergensis Declamatoris quærela, quā ex Euangelio de diuite & Lazaro aduersus Clerum Orthodoxum proponit, ac Rhetoricis fucis in crustat ac torquet, sanguinarij Doeg artificio & exemplo edoctus, Ne tamen plus æquo proluxa fiat responsio aduersus quærelam istam (tametsi non adeo longam) non ad omnia inania eius uerba, sed ad præcipuos calumniarum falsarumque glorationū locos, breuiter respondebimus, & quidem sobrie ac sine bilis commotione.

Ait ergo. Pulsa ueritas ex Pontificū collegijs & Concilijs, nobiscum adhuc dei beneficio philosophatur.

Nobis autem septiceps Lutherus uester, & bilinguis in suis ad Romanos cōmentarijs locisq; cōmunibus bis æditis

Miscell. lib. III. Tractat. II.

Matth. 5.  
s. Cor. 1.

Philippus & frequētes uestrae hoc aſno habitę in ſ uos cōten-  
tioſe diſputationes de lege & Euangelio ac de poenitētia, ſā  
uarijs & cōtrarijs ſententijs uentilatę, manifeſte oſtendūt,  
ueritatē à uobis ꝑcul exulare (quū in contrarijs ueritas ſub-  
ſiſtere non queat) uoſq; à uero Euangelio (cuius ſermo de-  
bet eſſe Eſt Eſt, Non Non) longe aberrare, Conciliorum ue-  
ro decreta Mille iam & amplius annis perdurare ſacrolan-  
cta adhuc, ac ſolidę inniti ueritati, Qualia ſunt (exempli gra-  
tia) Niceni atq; Chalcedonenſis Conciliorum decreta, quorū  
hoc DC. & XXX. illud CCC. & XVIII. Pontifi-  
ces congregatos in unum habuit.

Ait amplius declamator. Quærendum igitur eſt hoc  
tempore, qui referant Lazarum, qui imitētur diuitē,  
Si uere hoc & ſimpliciter dicendum eſt, Nos inopes  
ſcholastici, Deinde omnes ſacerdotes, qui uulgo ina-  
uiſi ac ſpreti, cum alijs grūnis conficiuntur, tum uero  
cum uxoribus ac paruis liberis fame cōtabeſcunt, La-  
zari ſunt, E contra imitatores illius opulēti, qui ſunt  
præcipue ꝑ Pontifices, Episcopos, Canonicos, Monachos  
& horum ſatellites tyranni.

De iuuandis  
ſcholasticis.

De ſcholasticis inopibus, qui ad ſtudia ſua proſequenda  
alieno egent adminiculo, tam diu, etiam uiuente adhuc piſſi-  
ſimo laudatiſſimo principe, Duce Saxonię GEORGIO,  
cogitauerunt Episcopos & Prælatos noſtri, quanā ratione iuu-  
uandi eſſent, obtulerūtq; ſua ſponte inſignē pecuniarū ſum-  
mā, q̄tannis ad eorū ſtudia iuuanda partim in ſalaria præle-  
ctorū, partim in alimoniā, aliaſq; neceſſitates addiſcētū, Li-  
piſiæ certa cōtributione præſtandā. Sciunt hoc ueteres conſi-  
liarij atq; puinciales, qui publicis interſuere tractatibus. Sed  
tem hanc uere piā, & Reipu. ſalutarē, Eccleſiæq; Chriſti ueſ-

cessariâ, impediuerunt multa, nepe prelectorû huius tempo-  
ris hisce in terris rara in fide Catholica synceritas, accelerata  
mors opt. Principû, filij primû Friderici, & paulo post pa-  
tris Georgij, Ducû Saxonix, mutatio regiminis et Cõsilia  
riorû, alia fides & religio dominantiu, Super oia uero publi-  
ca in sacerdotes ac Monachos omni uexationû genere adau-  
cta psequutio, quam Lutherus Apostata primus in Germa-  
nia pniciosissime inuexit. Vnde fit, ut parentes, licet paupes  
existant, malint filios suos artificio manuali quã literarû stu-  
dio tradere. Paucitas igit scholasticorû nemini iustius im-  
putari potest quã noui Euangelij præconibus, & quidẽ præ-  
cipuis inter eos, Luthe. & Melanch. qui ante annos xvij. &  
scholas publicas dixerunt esse Satanæ lupanaria, & abolenda  
esse literarû, psertim Græcarû & latinarû studia suaserunt.

Quod aut declamator iste Lazaros esse affirmat oës sa-  
cerdotes, qui cũ uxoribus ac paruis liberis fame cõtabescût,  
utinã tam uere & ex animo diceret quã dicit nequiter et in-  
uidiose, Digni em essent eiusmodi sacerdotes omni contu-  
melia et egestate, tum quia hæretici sunt & Ecclesiæ Catho-  
licæ desertores, tũ quia uel Apostatæ sunt si ab Episcopo les-  
gitime ordinati fuerunt, uel sacerdotes ficti ac falsi sunt, qui  
sacerdotij ordinẽ uel fraudulenter mentiendo sibi usurpant,  
quẽ uere non habent, uel sine unctione sancta ab Apostatis,  
quorû nullus est uere Episcopus, nulliter acceperunt, ad per-  
petrandã quotidie ferme horrendam Idolatriã, quando pos-  
pulo porrigunt merum panẽ & uinum pro uero corpore et  
sanguine Christi, Quandoquidẽ em non sunt ab Episcopo  
aliquo legitime in sacerdotes ordinati, consecrãdi potestatẽ  
uere habere nõ possunt, Si em Diaconi, qui uere ab Episco-  
po ordinati sunt, consecrãdi & offerendi potestatem non  
habent, sicut testatur Nicenum Concilium, Quanto mi-

Sacerdotes  
uxorati.

Lutherano  
rũ Idolatria.

Concil. Nic.  
c. 14.

nus habēt illiementiti sacerdotes, qui reuera puri sunt laici  
Nullum em̄ ordinē Clericalē legitime ab ullo Episcopo acceperunt. Et eiusmodi sacerdotibus falsis impijsq; & Idolatris repletur miserabiliter multis nunc in prouincijs Germania et totū Daniæ Noruegiæq; regnū, Qui sane iustissime bonis Christianis inuisi ac spreti esse debent, haud secus atq; olim Iudæis despecti & exosi erant sacerdotes Excellorum, quos de nouissimis populi fecerat impius Rex Hieroboam, qui peccare fecit Israel.

3. Reg. 13.

Mali ac falsi pastores.  
Zach. 11.

Ezech. 34.

1. Reg. 2.

Nouę pastorum exactio nes.

Contra tales pfecto sacerdotes Lutheranos falsoq; pastor res uera & horrenda est querela dñi per Zachariã pphetam quod dispersum non querunt, sed dissipant amplius, nec cōtritum sanant, sed p̄sus occidunt, quibus singulis uerissime dici queat. O pastor & Idolū derelinquens gregē. Et p̄ Ezechielē adhuc grauius cōquerit et cōminat' idē Dñs aduersus eiusmodi pastores, q̄rū scelere greges dñi fiunt in rapinā & in dispersionē, atq; in deuorationē omnium bestiarū, eo qd nō esset pastor uerus & legitimus, q̄ retineret ac pasceret gregem domini in unitate Ecclesię Catholice, sed falsi ac suppositiij pastores pascunt semetipsos, & gregi, cui tyrannice præficiuntur, longe superbius damnant, quam fecerunt filiij Heli, Quorum pueri dicebant populo immolanti, da mihi carnem, ut coquam sacerdoti.

Visitatores em̄ noui largiter eiusmodi uxoratis sacerdotibus prospiciunt, Ita ut triplo aut quadruplo plus à populo exigere ausint quā datum est antea Catholicis populi pastoribus. Quippe dabant antea quatuor per anni circulū nummuli à singulis Christi fidelibus iure offertorij, nūc uero exigunt noui pastores Ternos aut quaternos modios frumenti à singulis agricolis suis, idq; faciunt prætextu Imperij aut mandati Principis, Et donabatur antea grossus sacerdoti de sponsanti

spōsanti, nunc exigūtur octo aut nouem, Nihil antea exige-  
batur, qñ sacerdos uel baptizabat uel ægrotū cōmunicabat  
et inūgebat, Nūc uero a deo pterui sunt alicubi pastores nos-  
tri ut nolint ministrare sacramenta, nisi numeratam prius uis-  
deant pecuniam.

Quam iuste autem habeant uxores & paruos liberos, ipsi Sacerdotum  
uiderint, nos scimus eorum coniugia carere ueterū & exem- uxores acli-  
plo & decreto, Nunquā enim hactenus licuit ulli sacerdos beri.  
ti aut Monacho professo nubere, Non sunt igitur reuera ux-  
ores sed scorta potius aut concubine, nec filij eorum recte  
liberi dicunt, sed spurij potius uocandi sunt, quia nō sunt ex  
legitimo thoro procreati. Quod si hæc uideātur eis iniuriōs-  
a, nos petimus ab eis ius aut exemplum approbatum, quod  
aliqñ in Ecclesia Christi ita facere licuerit, sicut ipsi faciunt.

Uterius declamator ille tota conuiciorum & calumniarū Cōuicia Las-  
zari in Cles-  
rum.  
plaustram impudenter sane q̄ inimice in clerum Ortho-  
doxum largiter effundit, ad quæ sigillatim respondere &  
molestum & superuacaneum foret, Nihil enim habent nos-  
tri, crebro audiuius ea prius, nisi q̄ fūco Rhetorico alicubi  
sunt uenustius adormata.

Vocat nostros, ignauos uentres, Sardanapalos,  
atq; etiam parricidas, qui opibus Ecclesiæ suauissimè  
in ocio et tranquillitate fruentes, non modo ipsos  
munere ille defraudent, sed etiam Tyrannico fastu  
contemnant, & summa odij acerbitate inflammati,  
ipso truncidare ac delere conentur, & in his superent  
etiam illum diuitem, qui Lazaro lucis usuram non  
eripiebat, sed ei locum ad uestibulum concedebat, at  
que etiam suo fruebatur patrimonio, Episcopi uero  
Canoniciq; ac Monachi aliena interuertant, each turs

missime per luxum & libidinem dissipent ac profundant, Nō secus ac sponsi Penelopes Vlyssis facultates dilacerabant.

Hæc & id genus alia odiosa aduersum nos impropria declamantium Rhetorculcrum, breui dilui responso possunt, per uerbum, Non credo, quum accusatores isti nihil eorum, quæ dicunt, probare, aut ratione ulla teste uei fidei demonstrare possint, & nobis longe facilius sit, ea crimina uentris ipsos retorquere. Vtri enim iustius dicantur ignaui uentres & Sardanapali, Nū ueteres presbyteri ac Monachi, qui cubantes soli & seorsum, uentrem per ieiunia antiquitus instituta atq; obseruata castigant, & ea quæ sub uentre sunt, uoluntario celibatu sancte custodiunt, An uero noui isti pastores Euangelici, qui sibi fas esse non putant, uel unam noctem domi seorsum à mulieribus cubare, nec ulla obseruant Ecclesie ieiunia, sed uelut irrationabilia peccora omnidie quilibet fruuntur esca, calcata superbe omni de ieiunijs Ecclesie antiqua & lege & consuetudine? Vtri sunt hisce in rebus magis memores ac obseruantes uerbi dei? Nemo certe negare potest, hæc esse uerba Dei, sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dominus deus uester. Item. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducant panem sanctum, Item. Mundamini qui fertis uasa Domini, Item. Non dicat Eunuchus, ecce ego lignum aridum &c.

Ignaua uentres.

Leui. 19. & 20.

1. Reg. 21: Esa. 52. & 56

Eunuchi propter regnum celorum. Matth. 19. Luc. 14.

In toto testamento nouo commendantur præcipue castitas & abstinentia, non solum lege & doctrina, uerum etiam uita & imitationis exemplo. Et enim ipse dominus in Euangelio eos præcipue commendat Eunuchos, qui seipsas castrauerunt propter regnum celorum, & liberaliter promittit Centuplum atq; etiã uitã æternam ei, qui reliquerit uxorem

uxorem propter ipsum. Et quid dicent coniugati ac uoluptuosi sacerdotes isti ad illud uerbum Christi. Siquis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem, et filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus? Quo se tuebuntur Apostolorum aliorumue Christi discipulorum exemplo, qui post susceptum sacerdotium, aut post emissum castitatis uotum uxorem duxerint, sicut ducunt hodie absq; omni uerecundia ipsi Euangelij noui præcones? Quis igitur tam perfrictæ sit frontis, ut dicere ausit, Catholici sacerdotis aut Monachi uitam ( qui & seipsum castrat propter regnum cælorum, & Ecclesiæ ieiunia obedienter in debita abstinentia obseruat ) similiorem esse uitæ Sardanapali quàm est uita nouorum Euangelistarum, qui omni nocte & cubant & sudant cum illicitè ductis uxoribus, & nullum diem per totius anni circulum ieiunio consecrant?

Quis deinde iustius dicetur Parricida? Num is, qui suo contentus stipendio aliena non inuadit, nec alteri alimoniam rapit aut præcidit? An uero is potius, qui calcato sanctæ religionis & obedientiæ uoto, aduersus patrem suum insurgit, & aduersus matris suæ filios scandala ponit innumera, eorumque sic insidiatur sanguini, ut confictis bullis & indulgentijs concitet manus laicorum ad effundendum sanguinem sacerdotum ac Monachorum.

Quemadmodum igitur olim iuste redarguit impium regem Achab Helias propheta, propter spoliatum uinea & occisum per falsa testimonia pauperem Naboth, diceas, Occidisti insuper & possedisti, Ita & hodie iustissime redargui possent impij Visitatores isti pseudo Euagelici, qui accepta à Luthe, Principibus potestate, totâ eorū puagant terram,

Parricida.

Luth. in lib.  
contra stat.  
Ecclesiasti 9  
cum.

3. Reg. 21.

Tribunalis  
sitarorum.

terram & ex omni oppido ac rure, ad rigidum ac superbum tribunal suum, pauperem citant Clerum Catholicum, cui inexorabili rigore precipiunt, nouo parere Euangelio suo, et sub carceris mortisq; minis interdiciunt, ne ullam de caetero uel legant uel cantet missam, nisi assint aliqui sub utraq; specie comunicaturi, ne uellit laicorū deinceps in uaticū aut quouis alio modo praebeant Eucharistiam sub panis duntaxat specie, ne ue infantem ullum posthac baptizent nisi Teuthonice iuxta nouam ipsorum formulam, in qua sane non solum omittuntur multa uerba precesq; ueteris & cōsueti exorcismi, uerum etiam capitale habetur piaculum, Baptizatum infantulum uel sacro Chrismate uel oleo sancto inungere, aut luto ex sputo factō infantis aures nareq; ueteri ritu attingere, aut sal in os eius mittere, aut ardentem candelam ceream manui eius applicare.

Baptisma  
Lutherano  
rum.

Rigor & fastus  
uiscerum.

Quod si cui sacerdotū in respondendo uerbum aliquod liberius elapsum fuerit, quod fastuosas eorum aures mori daci aliquo uero raserit, aut quod praesumpte eorum dignitati non satis iustos reuerentiae atq; honorificentiae titulos deferre uisum fuerit, is mox toruo uultu truciq; reuerberatus increpatione, tanquam lesa Maiestatis reus, aut minis grauioribus angitur, aut tetro carceri mancipatur, ut discat & sobrie loqui coram tantis dignitatis nouae uerticibus, & non blasphemare ipsorum Euangelium, quod singulari dei gratia & beneficio per Lutherum mundo iam tandem illuxerit. Vnde factum est nuper ante hoc triduum, quum sacerdos quidam ruralis, uita inculpatus & annis grandaeuus, ad eorum citatus tribunal, liberius dixisset, se parochum fuisse iam annis XLVII. ac baptizasse omnes parochianos suos quotquot essent superstites, tribus aut ad maximum Quatuor exceptis, Ideo nequaquam decere se aut aetatem suam, ut non

Sentis presbyteri  
hyterirespondens  
suum.

ut nouam recipiat aut addiscat baptizandi formulam, aliamque suos doceat fidem, is tanquam rebellis & in deuotus intra re iussus est carcerem, quod dictis addidisset ioco sonitum ex complofione trium digitorum.

Hic profecto sacerdos non admodum iniuste aut indecèter conferri poterit Eleazaro cuidam ex primoribus scribas 2. Math. 6. rum, qui sub Antiocho illustri aënos natus Nonaginta, quū urgeretur Tyrannico mandato, ad gustandum saltem simulantè, carnes porcinas contra legem Moyfi, dixit. Non ætati nostræ dignum est fingere, ut multi adolèscèntes, arbitratè Eleazarum Nonaginta annorum transisse ad uitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem & propter modicum corruptibilis uitæ tempus decipiatur, & per hoc maculam atq; execrationem senectuti meæ conquirā. Nam etsi in præsentitempore supplicij hominum eripiat, sed manum omnipotentis nec uiuus nec defunctus effugiam. Sic & sacerdos ille pius & in fide Catholica constans consimilè nimirum habuit cogitationem, ne tacendo uideret ad nouam Lutheranorum sectam ex Ecclesiæ septis transisse, graui cum scādalo multorum adolèscèntium, quos ipse ritu Catholico baptizauerat.

Et quanto gloriosius hic Eleazari secutus est exemplū, Visitatores tātò de decorosius uisitatores illi assimilatur Saulo, antequā similes Saulo agnito Christo factus est Paulus. Nam sicut ille adhuc spiritali persecutor Ecclesiæ lo persecuto rans minarū & cædis in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo Epistolas in Damascum ri Ecclesiæ cipem ad synagogas, ut si quos inuenisset huius uitæ uiros ac mulieres, uinctos perduceret in Hierusalē. Ita & uisitatores isti (ij Christi. præsertim qui iam ultra XX. annos Lutheri & per eum Act. 9. thanæ, misera quidem sed labore strenua mancipia existentes cæteris assessoribus doctiores haberi uolunt) acceperunt

Miscell. Lib. III. Tractatus II.

à Principe suoliteras ad omnia oppida ei subiecta, ut quoscunq; inuenerint sacerdotes Catholicæ fidei tenaces, aut sedibus suis pellant, ut alienis relinquunt dolentes ac inuiti labores suos, aut uinctos perducant in carceres.

Tyrānica uifitatorū uio-  
lentia.

Heb. 12:

1. Mach. 2.

Vnde fit, ut hac sæuitia multos ex infirmiorib. præsbys-  
teris (quibus durum uidetur & intolerabile, cedere ē bono-  
rum temporalium possessione, alijsq; relinquere totitis anni  
messē, cum ipsi cunctas agriculturę impensas pertulerint)  
in sectam suam pertrahant. Licet non desint nobis per gra-  
tiam Dei egregia quorundam exempla, qui ad sanguinem  
usq; resistunt, tanquam fortes & intrepidi æmulatores Ec-  
clesiæ sanctæ Catholicæ, ut exemplo Machabæorū animas  
ti, non solum relinquunt uniuersa quæ habent tem-  
poralia, sed et animas suas dent pro testa-  
mento patrum suorum.

Scripta Budissenæ in Lusatia, Die Iulij 29.

Anno 1539.

# MISCELLANEO.

## RVM LIBRI TERTII

### Tractatus Tertius.

PRAEMONITIO IOAN. COCHLAEI  
de Colloquio à Protestantibus  
petito.



Erenissime ac Potentissime Rex, Omnium  
Clementissime Princeps & dñe, Maiestati  
uestre supplici deuotione suggero simplicitas  
meæ cōiecturā, super ijs scriptis Luthera  
norū, quæ Cæsareæ Maiest. oblata dicunt,  
& per Typographos ædita publice circum  
feruntur. Vidi equidem ex ijs duo, quorum unum Latine,  
alterum Teuthonice scriptū erat, In utraq; autē instanter pe  
tūt, ut aliquo Theologorū prolixo colloquio quærat<sup>ur</sup> con  
cordia doctrinæ Euangelicę pro pace & unitate Germanię,  
saltem p Nationale aliquod Conciliū. Videt̄ quidē hec pia  
et honesta petitio, qua tollat̄ discordia in fidei doctrina inter  
nos Germanos, sed uereor ego nimium, ne talis, qualem illi  
quærent, cōcordia, nos maxime discordes et alienos reddat  
à uera uniuersalis Ecclesię fide & religione. Ex his sane ra  
tionibus. Prima, quia nusquam pollicentur se redire ad nos,  
à quibus exierunt ac recesserunt, sed quærent potius nos  
trahere ad se in damnatum & damnabile schisma suum, ut  
eis cōsenciētes dissentiamus simul cum ipsis à Catholicæ &  
Apostolicæ Ecclesię fide & religione antiqua. In Teutho  
nico enim scripto petunt à Cæs. Maiest. ut partē aduersam

Concordia  
falsa uera so  
ret discordia

eo inclinēt ac ducat, ut ab ea sententia quæ uerbo Deirēs pugnat, desistat, Dicunt autem, uerbo Dei repugnare multa, quæ Catholica per orbem tenet Ecclesia, uerbi gratia, uti Chriſmate & oleo ſancto circa baptiſmum, Tranſubſtantiatione & ſacrificio circa Eucharistiā, ſatiſfactione circa pœnitentiā, miſſarum celebratione pro defunctis, aſſertione Purgatoriſ, inuocatione ſanctorum, &c. Secunda, quæ aperte dicunt in Latino ſcripto ſuo, quod Smalcaldia compoſuerunt, Si abiſcerent Confeſſionem ſuam, diſſentirent ab Apoſtolica & Catholica Eccleſia, ac ſeipſos ſerungerent ab illa uera Eccleſia omnium temporum. Nolunt igitur concordare nobiſcum niſi comprobemus ipſorum Confeſſionem, At eam publice reprobauit Auguſtæ Imperator Auguſtus cum toto ſimul obedientiũ ſibi Imperiũ Ro. Principum & ſtatuũ cœtu, tum in Confutatione per Theologos facta, tũ in Receſſu Imperiali. Quomodo igitur eã nunc tandem appb̄are concorditer cum ipſis poſſumus? Tertia, quia dicunt in eodẽ illo ſcripto ſuo, ſe in confeſſione illa de doctrina & ritibus Eccleſiarũ ſuarũ nihil occultaffe, ſed totã doctrinã genus cõplexos eſſe, unde intelligi queat, ipſos Apoſtolica & Catholica Eccleſiã Chriſti cõſenſum uere ſequi, At ſi hoc uerũ eſſet, nos ad ipſos tranſire, ac Ro. Catholicamq; per orbẽ Eccleſiam relinquere oporteret, Nouerunt autem & ambæ Maieſtates ueſtræ & omnes ſacri Ro. Imperiũ Principes ac ſtatus. In cõſutatione Theologorũ cõtrariũ huius dicti in pleriq; articulis oſenſum fuiſſe, Nam & multa occultauerunt quæ in Eccleſiis ſuis male practicant, circa miſſarum uſum, in demolientiſ altaribus, baptiſteriis, falſis & aque aſperſionibus, in defunctorũ exequiis &c. De quibus nihil dixerũt in ſua Confeſſione, Quædam uero falſo dixerunt, nempe Miſſam apud ipſos non aboleri, ſed retineri ac

Cõfeſſio pro  
teſtãtiũ Aus  
guſtæ bis  
damnata.

Non omnia  
dogmata ſe  
ctæ in cõfeſ  
ſione contis  
nentur.

Miſſa.

ac summa reuerentia celebrari, seruari itē usitatas Ceremonias  
 fere omnes, præterq̄ q̄ latinis concionibus admiscerentur aliis  
 cubi Germanicis. At sciunt ipsi probe, rem longe aliter habere,  
 re, Quandoquidem et ipsum uocabulum Missæ abominantur  
 ac detestantur, adeo, ut ipse Lutherus scripserit, Christiani  
 nos non minus terreri ac signo crucis muniri debere, q̄m no-

minatur Missa, quàm quādo nominat̄ satan aut Diabolus.  
 Quarta. Quia uerendum est, ne occasione colloquij calum-  
 nientur Collocutores ac falso traducant eos ad plebem, sicut  
 facere nō erubescunt, in binis nuper ad Cæs. Matæ, datis scrip-  
 ptis suis, aduersus eos, qui cum ipsis Augustæ in colloquio  
 fuerunt. Etenim in scripto Smalcaldiano bis affirmat. Des-  
 lectos ad illud ab Aduersarijs colloquium, expresse in præ-  
 fatione testatos fuisse, se nihil mutaturos esse de sua senten-  
 tia, sed hoc tantum acturos, ut eos ad sua deliria inflecterent  
 quæ aperte pugnant cum Euangelio. In altero autem scrip-  
 to, quod Gandau per suos Oratores Cæs. Matæ stati ob-  
 tulerunt, adhuc atrociorē protulerunt in Collocutores il-  
 los calumniam, Nempe, q̄ nostri, antequam cum illis age-  
 rent, protestati sint, se non eo disputaturos cum eis, ut quic-  
 quā de sua opinione uel ritibus remitterent, uel ut uicia  
 Clericorum corrigerent, quæ Papa Hadrianus per Orato-  
 rem suum Norinbergæ tanta esse confessus sit, ut fateretur,  
 nihil esse sani in toto Corpore Clericalis ordinis à Capite  
 usq̄ ad plantam pedis, sed in præfatione testati sint, se nihil  
 de tantis tamq̄ manifestis & perniciosis uitijs re-  
 missuros & correcturos. Hæc illi ad Cæsarem ipsum, quæ  
 profecto impudentissima sunt & malignissimæ calumniæ,  
 Quod si non erubescunt, talia ad ipsum scribere Cæsarem,  
 quid non audebunt ad plebem, si deputentur Catholici ho-  
 mines, qui colloquium cum ipsis incantent. Ego, qui Augu-

Calumnia  
 in Collocu-  
 tores Catho-  
 licos.

Concordare  
cum Luthes-  
ranis est ma-  
ius schisma  
facere.

Prolixū Col-  
loquium in-  
utile est ad ue-  
ram concor-  
diam.

Itæ colloquio illi cōdeputatus interfui, probe recordor, nos  
stros in præfatione testatos fuisse, se nihil conclusiue ibi  
acturos esse, nisi prius omnia acta referrent ad Cæs. Maiestatem  
& ad Principes ac status Imperij. Quod & ipsi testati  
bantur identidem, omnia ad suos se ante conclusionem res-  
laturos, Verum de uitijs aut delirijs non remittendis ne cor-  
rigendis, ne unum quidem uerbum ibi dictum auditumque  
fuit (quod equidem sciam) à quopiam, Quis enim tam  
absurde malus pertinaxq; & impius sit, ut protestari non ue-  
reatur, se nolle uitia aut deliria corrigi aut remitti? Quinta  
ratio. Quia ubiq; in scriptis suis prætendunt pacem & unita-  
tatem Germanicæ Nationis, nihil de fide & religione alia-  
rum Nationum et sedis Apostolicæ cōmemorantes, Tandē  
satis esse debeat, si sola Germanica Natio inter sese de fide et  
religione concordiam aliquam erigat, siue cum alijs Natio-  
nibus & cum Ro. Ecclesia concordet siue discordet, Hoc au-  
tem nihil aliud foret, quàm schisma ipsorum augere, & totā  
tam Germaniam ab uniuersali Ecclesia separare, noua & di-  
uersa à reliquis Nationibus fide, sed absit, ut Cæs. ac Reg.  
Maiestates hanc Germanicæ Nationi maculam inuri, &  
tam latam animarum perdicionem introduci permittant,  
Nulla enim animarum salus ullo in schismate speranda est,  
Quemadmodum copiosissime probant S. Paulus 1. Cor. 13  
S. Cyprianus contra Nouatianos, & S. Augustinus con-  
tra Donatistas. Sexta. Quia colloquij prætextu quarunt  
dilationem causæ & negocij, ut interea sectam suam latus  
per cæteras Germaniæ partes extendant, sic enim aiunt in  
Teuthonico scripto suo, Causa religionis, cum sit multiti-  
plex magna & ponderosa, multum temporis, deliberatio-  
nis & tractationis necessario requirit, atq; ita in breui tem-  
pore, si modo fundamentaliter finaliter & conclusiue tra-  
ctandum

standum sit, finiri non potest, At contra huiusmodi con-  
 tenciosum & disputatum colloquium ait Apostolus  
 2. Timo. 2. Noli contendere uerbis, ad nihil enim utile est  
 nisi ad subuersionem audientium. Item. Prophana autem  
 & uaniloquia deuota, multum enim proficiunt ad impie-  
 tatem, & sermo eorum ut cancer serpit. Non est igitur uti-  
 le, multo minus necessarium, prolixum cum illis inire col-  
 loquium, quo differatur causa, ut interim illorum sermo ut  
 cancer serpat latius indies, Sed breui colloquio poterit mox  
 intelligi, an cum Ro. & Catholica Ecclesia in fide & reli-  
 gione uelint una nobiscum consentire, sicut consenserunt  
 patres eorum, nec ne, & quidem in omnibus articulis ad  
 fidem & substantiam religionis Catholice pertinentibus,  
 non in uno aut altero tantum, sed in omnibus simpliciter.  
 Bonum enim ex integra causa est, Dissentire quippe ne  
 in uno quidem fidei articulo ab Ecclesia ulli Christiano-  
 rum licet, In cassum igitur constitueretur colloquium pro-  
 lixi temporis ad excutiendum noua disputatione quosli-  
 bet fidei et antiquae religionis nostrae articulos, fidei es-  
 nim non disputatio sed obsequium debetur, Iuxta illud  
 Apostoli 2. Corinth. 10. Consilia destruentes et omnem  
 altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, et in  
 captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequi-  
 um Christi, et in promptu habentes ulcisci omnem inobe-  
 dientiam. Septima. Quia fatent ipsimet in scripto suo Schmal-  
 caldiano, quod nihil profit, pacisci de ritibus aut de Iurisdictione  
 ne cum his, quod adhuc reuera in articulis Principalibus doctrinae  
 dissident. At inter principales doctrinae suae articulos pos-  
 nunt, quod sola fides iustificet, quod Ro. Pontifex sit Antichri-  
 stus, quod Ro. Ecclesia in fide erret, quod uera et Catholica atque Apo-  
 stolica Ecclesia sit apud Luthe. non apud Papam, quod Missa non  
 sit sacra-

Schmalcaldi  
 anum scrip-  
 tum non  
 patitur uera  
 in fide con-  
 cordiam.

fit sacrificium, q̄ nō sint septem sacramenta nouæ legis &c.  
 Hos autem & id genus complures articulos comprobare,  
 aut super ijs cōsentire eis nequaquā possumus, frustra igitur  
 tur paciscereē super quibusdam articulis, in specie, quos uel  
 ipsi Prælati Ecclesiarum uel Visitatores nouelli uelut tolera-  
 biles & indifferentes atq; medios pacis amore cōprobarent,  
 quales foret de quibusdam Ceremonijs & ritibus, quales in  
 diuersis prouincijs uariari licet, De quibus ait Apostolus  
 Phil. 3. Siquid aliter sapitis, & hoc uobis reuelabit Deus. Ad-  
 dit tamē mox, ne in principalibus, fidem & religionis sub-  
 stantiam concernentibus, articulis abinuicem dissideamus,  
 dicens, Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapia-  
 mus, & in eadem permancamus regula, Quum igitur idem  
 Apostolus aperte dicat Ro. 1. q̄ Ro. Ecclesie fides annun-  
 ciatur in uniuerso mundo, Et in fine eiusdem Epistolæ præ-  
 cipiat, ut Romani obseruent eos qui dissensiones & offensa-  
 dicula, præter doctrinam quam ipsi acceperunt ac didice-  
 runt, faciunt, & iubeat declinare ab illis. Huiusmodi enim  
 Christo Domino nostro non seruiunt (inquit) sed suo uentu-  
 tri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda  
 innocentium, Vestra autē obedientia diuulgata est in omni lo-  
 co, Huic p̄fecto doctrinæ Pauli Apostoli lōge tutius cōsen-  
 timus et adhæremus, quā ut ea relicta aut contempta, nos  
 uā sequamur aut probemus doctrinā Lutheri, aut cuiusuis  
 alterius Suermeri, qui Innocētum corda à Ro. Ecclesie fide  
 & obedientia seducit, Nos enim Germani negare non  
 quā possumus, Matrem nostram in fide Ro. Ecclesie esse,  
 ipsa enim & non alia, per Euangelium in Christo nos reges  
 nerauit, scriptum est autem Prouer. 1. & 6. Filii, ne dimittas  
 legem matris tuæ. Quapropter nequaquā opus est nobis  
 prolixo super fidei doctrina colloquio cum protestantium  
 Theolo-

Fides Ro. Ec-  
 clesie per to-  
 tum Mun-  
 dum annun-  
 ciata.

Theologis, qui usq; adeo ad omnes fraudes technasq; & calumnias sunt prouisi & intenti, sed sufficere nobis debet illud Apostoli ad Rom, 1. quod Romanæ Ecclesiæ fides annuncietur in uniuerso mundo. A qua nos in nullo prorsus fidei articulo discedere sine animarum ueststrarum indubitato periculo possumus. Quod autem ad abusuum & uitiorū correctionem attinet, res ea longe utilius & efficacius in Generali tractabitur Concilio, ad quod celebrandum omnes piorum mentes sedulis suspirijs & efflagitationibus gemunt contendunt & aspirant.

Scripta Hagenoia, Die 27. Iunij 1540.

# MISCELLANEO

RVM LIBRI TERTII

Tractatus Quartus.

CONFUTATIO EXCVSATIONIS

& iactantiæ Protestantium, per Ioan.

Cochlaeum.



Euerissime ac inuictissime Rex, Omnia  
 Clementissime Princeps ac Domine, circa  
 28. articulos Confessionis Protestan-  
 tium, quid sentiāt Catholici, nuper sacra-  
 tissime Maiestati uestre indicauī, Quo-  
 niam uero iactitant eorum Concionato-  
 res, nihil à nobis iuste contra eam obijci posse, opere precium  
 fuerit Maiestati uestre paucis indicare, circa unū saltem, qui  
 de missa est, articulum, quanta sit eorum perplexitas atq; di-  
 uersitas doctrinæ de  
 Missa.

Rr uersitas

Perplexas dis  
uersitas do  
ctrinae de  
Missâ

ueritas tum in usu sacramenti, tum in doctrina uerbi, Etenim iactitant tum in confessione tum in Apologia sua, se falso accusari quod Missam aboleant, cum religiose retineant ac defendant Missam, ac summa reuerentia celebrent, seruentque etiam usitatas Cerimonias circa eam fere omnes, nisi quod Latinis Cantionibus admisceantur alicubi Germanicæ. At sciunt rem longe aliter habere in suis Ecclesijs, quam referunt in Confessione & Apologia sua, Nam maxima ex parte abolita sunt altaria, pro quibus ponitur mensa prophana, ad opus missæ nec destinata neque consecrata. Neque uocatur ab eis Missa opus illud quod super eam mensam faciunt, sed Cæna Domini, etiã si mane peragatur, Quin etiam in odium ac detestationem ipsius nominis & uocabuli Missæ demoliti sunt altaria, & licet ante meridiem suam peragant communionem, malunt tamen eam potius cœnâ domini quam Missam nominare. Nequaquam igitur faciunt in suis Ecclesijs, sicut loquuntur in sua confessione, neque etiam sic docent in suis concionibus.

Luth. in epis  
sto. de missâ  
angulari.

Quinimo præcipuus autor eorum Lutherus, non est ueritus publice scribere, post æditam eorum confessionem, Tantum distare ab inuicem Missam et sacramentum, quantum distant inter se Tenebræ & lux, immo quantum Diabolus & Deus. Ait itaque Missam nihil aliud esse quam peruersam deordinationem ac nundinationem sancti sacramenti, etiam si quam deuotissime celebretur, Proinde uellet Missam funditus deleri, optans, à Deo dari omnibus Christianis tale cor, ut si quando audiant hanc uocem, Missa, extereantur, & signo crucis sese muniant tanquam contra Diaboli abominationem. Vocat præterea missam Idololum, quod à Daniele dictum asserit Maosim, hîsdem scriptum literis, quibus scribitur missa, Qua igitur fronte nunc iactitant se omnes

omnes sentire ex animo sicut proposuerunt Casarea Ma-  
festati in sua confessione, Cum longe aliter & agant & do-  
ceant de Missa quam loquitur eorum confessio: Cum igitur  
manifestum sit, ipsos non ita seruare usum & doctrinam  
de Missa, sicut habet eorum Confessio, uane conqueruntur,  
se à cōfessione sua recedere non posse nisi uellēt ab ipso  
met Euangelio recedere, Constat enim ipsosmet & uerbis  
& factis ab ea recedere circa articulum de Missa, qui est om-  
nium maximus & præcipuus.

Nec recte dicunt, se in Confessione sua nihil occultasse,  
sed totum doctrinæ genus ingenue & simpliciter comple-  
xosuisse. Sunt enim quam plurimi errores Lutheranae do-  
ctrinae (ut interim de Philippi Melancthonis, Pomerani,  
Buceri, Zuinglij, Oecolampadij, Brentij, Pellicani, & id ge-  
nus aliorum nouæ sectæ scribentium & Concionatorū ma-  
gnis et erroneis libris dissimulemus) de quibus nihil dictum  
est in Confessione illa, Quorum nonnullos Maiest. uestræ  
breuiter commemorabo, ut uideat Maiestas uestra, quā in  
qua sit eorum de cōfessione, iactantia & aduersum nos que-  
rela. Ultra igitur 28. articulos confessionis enumerabo quos-  
dam alios sub diuersis titulis, & uniuscuiusq; certum ex Lu-  
theri libris locum indicabo in margine, ne uidear calūniari.

Falsa iactan-  
tia de Confes-  
sione.

## DE FIDE CHRISTIANA. I.

**N**os autem dicimus, nec Noui nec Veteris Testamen-  
ti sacramenta, sed solā fidem iustificare, In re conscien-  
tiarum sola fides totum est, opera nihil sunt.

Nos cum Deo nunquam agere aliter possumus quam si  
de in uerbum promissionis eius. Opera ille nihil curat,  
nec eis indiget.

Luth. in als  
ser. art. 1.  
Contra Co-  
chlearum.  
De Capti-  
u. Baby.

DE VERBO DEI. II.

Luth. in pro  
logo asser.  
Teuth. cons  
tra Regem  
Angliæ.  
De abrogan  
da missa.

**S**i propheta non sum, certus tamen sum, apud me esse uer  
bum Dei, non apud eos.

Verbum Dei est super omnia. Diuina maiestas mecum  
facit, ut nihil curē, si Mille Augustini, Mille Cypriani, Mil  
le Ecclesiæ Henricianæ contra me starent.

Pia conscientia nouit, nec dubitat, Ecclesiā nihil statuer  
e aut ordinare citra aut ultra uerbum Dei.

DE SACRA SCRIPTURA III.

De abrogan  
da missa.  
Ibidem.  
Contra Am  
bro. Catha.

**Q**uod in scripturis non habetur, hoc plane Satanæ ada  
ditamentum est.

Agite, prodite uiri Papenses, ostendite unum iota scrip  
turæ de ministerio uestro.

Scio quod solo literali sensu pugnandum est, qui & unio  
cus est per totam scripturam, Nihil Origenes, nihil Hiero  
nymus, nihil omnes, qui plures sensus dederunt.

DE VETERI TESTAMENTO IIII.

Contra ru  
sticos.  
Quousq; les  
gendus sit  
Moses.  
Ibidem.

**I**n nouo testamento neq; tenet neq; ualet Moses.

Suermeris ita obturandum est os, quando dicunt, sic  
dicit Moses. At tu dic, Moses nihil ad nos pertinet, Deus  
ait Exo. 20. Ego sum dominus Deus tuus, qui te ex Aegyp  
pto de domo seruitutis eduxi, Et hoc textu clare habemus,  
quod etiam decem præcepta ad nos non pertinēt, Non em̄  
nos, sed solos Iudæos ex Aegypto eduxit. Et infra, Nullus  
apex in Mose ad nos pertinet.

DE NOVO TESTAMENTO V.

In præfatio.  
Teutho.  
In præfatio  
ne Teuth.  
In præfatio  
ne Teuth.

**E**pistola Iacobi, quam directe cōtra Paulum omnemq;  
aliam scripturam, operibus iustificationem tribuat, dicit  
catq; Abraham ex operibus suis iustificatum esse, Non est  
Iacobi aut ullius Apostoli.

Hanc ad Ebræos epistolā nō esse Pauli aut ullius Apostolo  
rum,

rum, ostenditur ex secundo eius Capitulo. Dico quod sentio. In hoc libro Apocalypseo multa desyhero, ut cum neq; Apostolicum neq; propheticum esse existimem.

DE EVANGELIO. VI.

Sciendum est primo, opinionem eam, q; Quatuor tantum sint Evangelia totidemq; Euangelistæ, repudiansdam esse. Vide nefacias ex Christo Mosen aliquem, neq; ex Evangelio librum legis aut doctrinæ, sicut hactenus factum est, & aliquot Prologi etiam S. Hieronymi sic sonant.

In præfas.  
Teuth. & lae  
tina.  
In præfa.  
Teuth.

Euangelium tam copiose prædicatum est modo, ut tam clarum non fuerit tempore Apostolorum, Ideo periclitabitur Germania, quod uereor, ibi in ruinam funditus.

In sermo. de  
Hierusalem.

DE CONCILIIIS GENERALIBVS. VII.

Hoc Euangelium subuertit funditus & radicitus Papatum & omnia Concilia, Quia non tenemur seruari quod Papa præcipit & homines constituunt.

In ser. Atten  
dite à fal. præ  
phe.  
Ibidem.  
Ibidem.

Neq; Papæ neq; Concilijs nec ulli hominum commissum est, ut statuatur & concludatur, quid sit fides. Quia dicit, Cauete à falsis, Oportet Euangelium mentiri, aut Papam simul cum Concilijs.

Extant præterea 30. Propositiones contra Conciliorum autoritatem Vuitenbergæ disputatæ longe post æditam Augustæ Confessionem.

DE ECCLESIA CATHOLICA. VIII.

Certum est, In manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morum seu bonorum operum.

In asser. arti.

Igitur siue Papa siue Pars, siue Concilium sic aut sic sentiat, nemini debet esse præiudicium, sed abundet quisq; in sensu

In asser. arti.

De abrog.  
missa.

sentu suo in eis rebus quæ necessariae non sunt ad salutem  
Igitur quod sine uerbo Dei ordinatur, non ab Ecclesia,  
sed à Synagoga satanae, sub Ecclesiae nomine ordinatur.

DE ECCLESIA ROMANA. IX.

Contra Epi.  
tomen Syls  
uestri.  
In.asser. 30.  
art.

Si sic Roma credit, beata Graecia, beata Boemia, beati om  
nes qui se ab ea seperauerunt.

Ego uero, etiam si S. Petrus hodie praesideret Rome, ne  
gabo Ro. Episcopum esse Papam, Papa enim res ficta est  
in mundo, neq; fuit, neq; est, neq; erit, sed fingitur esse.

ib.

Quare ipsam sedem Bestiae nego, nihil moratus, sit ne ho  
nus an malus, qui in ea sedet, sedes inquam, que sit sup om  
nes sedes, nulla est in Ecclesia iure diuino, sed oēs sūt egles.

DE SANCTIS ECCLE  
siae Doctoribus. X.

In prologo  
Assert.  
De abrog.  
missa.  
Ibidem.

Quanti errores in omnium patrū scriptis inuenti sunt  
Quoties sibi ipsis pugnant? Psalmo 67. Mirabilis est  
deus in sanctis suis, finit eos in multis & diu tam ignorare  
quàm errare. Inducunt (inquit) in errorem, si fieri potest,  
electos, Hoc est, inductos in errorem, tenebunt, ut uideant  
tur cū eis in errore manere & perire, Nonne hoc in Bernar  
do, Gregorio, Bonauentura, & multis alijs uidemus, qui in  
multis & magnis erroribus permanserunt cum Impijs.

DE VNIVERSITATIBVS. XI.

Contra Am  
bro. Cathari.

Decima & ultima facies Antichristi est Chaos ille  
lud & lanua patens inferni, incredibili facie spectabili  
lis, Vniuersitates inquam, In quibus periuria & abusus no  
minis Dei sunt introitus, Deinde conuersatio in omne scer  
lus libera & licentiosissima.

Ibidem.

Quid autem praestant tandem? Primum, Electores  
populi

populi Christiani adolescentes hic prostituuntur, & in partem gurgitis Inferni proijciuntur.

Ut uideatur ad Euangelium funditus extinguendum nec astutius nec efficacius inuasisse Satan commentum, quam Vniuersitatum erigendarum.

Ibidem

DE RO. IMPERIO. XII.

Translatum est ad Germanos Ro. Imperij uocabulum; quum res iam nulla imperij esset.

Contra Ambro. Cathari.

Inter Christianos neq; debet neq; potest ulla esse superioritas, sed unusquisq; alter alteri subditus est, sicut ait Paulus Ro. 12. Unusquisq; alterum pro suo superiore teneat.

De Potestate seculari.

Hic uides, quomodo miser mortalis uermium saccus imperator, qui uitæ suæ ne ad ictum oculi quidē securus est, impudenter iactitat se uerum & supremum Christianæ fidei Defensorem.

Contra Duo Cæsaris mæ data.

DE PRINCIPIBUS SECV- laribus. XIII.

Inter Christianos non potest esse gladius. Eo igitur super & inter Christianos uti non potes. Deus ita procurat,

De seculari potestate.

O Principes, ut Tyrannis uestra diutius tolerari neq; possit neq; uelit neq; debeat.

Deus uult uos percutere & percutiet uos, Non sunt rustici, boni domini, qui se uobis opponunt, Deus ipse est, qui se opponit uobis, ad uisitandam uestram Tyrannidem.

De rusticorum tumultu. Ibidem.

DE TVRCIS. XIII.

Aliud, nullum regimen seculare pulchrius esse uspiam quam apud Turcam, qui tamen neque Canonicum neq; Ciuile ius habet, sed suum duntaxat Alcoranum.

Ad nobilitatem Germaniarum.

Turca Decies & prudētior & pbior est quam nostri sūt

Contra duo Cæsaris mæ data.

Primo

In præfa. lib.  
de moribus  
Turcorum.

Principes. Quid huiusmodi fatuis contra Turcæam prospere succedat, qui deum tam alte & tentant & blasphemant. Miracula & monstra abſtinentiæ & disciplinæ in Turcarum religioſis, quem non pudifacerent Monachorum, ſive ſit Carthuſianus ( qui uolunt optimi uideri ) ſive Benedictinus: Umbrae ſunt noſtri religioſi ad illos collati, & uulgus noſtrum plane prophanum ad illorum uulgus comparatum.

Iti Aſſert.  
art. 34.

Ibidem.

Contra duo  
Cæſ. manda  
ta.

In Captiui.  
Babylo.

Ad Vuals  
denſes.

In Captiui.  
Babylo.

DE BELLO CONTRA TVRCAS XV.  
Præliari aduerſus Turcas eſt repugnare Deo, Vitiare  
ſi iniquitates noſtras per illos,

Qui habet aures audiendi audiat, & à bello Turcico abſtineat, donec Papæ nomen ſub cælo eſt.

In fine oro cunctos pios Chriſtianos, ne ullo pacto Principibus noſtris obſequantur, uel ad proficiſcendum in militiam uel ad contribuendum aliquid contra Turcas.

DE SACRAMENTIS IN GENERE. XVI.

Principio neganda mihi ſunt ſeptem Sacramenta, & tantum Tria pro tempore ponenda, Baptiſmus, Pœnitentia, Pœnis.

Hoc quoque improbo, quod more Papiſticæ Eccleſiæ ſeptem ponatis Sacramenta, quum tamen ſcriptura tantum Duos noſcit, Baptiſmum & Euchariftiam.

Non poteſt igitur eſſe uerum, Sacramentis in eſſe uim efficacem iuſtificationis, ſeu eſſe ea ſigna efficacia gratiæ, Hæc enim omnia dicunt in iacturam fidei.

DE SACRAMENTO Euchariftiæ. XVII.

Nonne

**N**onne iam dudum uides, omnes sacrificos Idolotras esse, et toties Idolatriam perficere, quoties sacrificant? Quid refert, si nihil eleuaretur? Ex hominibus enim est ea eleuatio, non ex instituto Christi.

Ubiq; uides illam adorationem sacramenti non esse sine periculo, ubi fides & uerbum non exercent, Quare tutius forsitan fuerit, cum Apostolis, non adorare, quam pro more illo uulgi adorare.

**DE GRADIBVS CONSANGVINITATIS & Affinitatis. XVIII.**

**H**inc sequitur, quod patruelus, hoc est, fratrum aut sororum filij & filia, possunt pie & Catholice copulari, ga iugali.

Leuitici 18. personæ iste non sunt prohibite. Item patris mei aut matris meæ sorore ex altero parente, Amplius possum & fratris aut sororis meæ filiam habere, sicut Abraham & Saram suam habuit, Possum habere sponsæ aut uxoris meæ sororem post mortem eius. Item filiam fratris uxoris meæ.

**DE DIVORTIO XIX.**

**S**ed hoc admiror magis cur celibem cogant esse hominē, qui diuortio separatus est à coniuge sua, nec aliam ducere permittant.

In his casibus, ubi coniugum unus alterum ad uitam non Christianam urget, aut se ab eo separat. Ibi alter non est captus neq; obligatus illi adhærere, potest ergo cum alio cōtrahere, perinde ac si mortuus esset prior ille coniunx.

Quid ergo, si secundus quoq; coniunx similiter faceret, hoc est, si urgeret contra fidem Christianam aut discederet. Si aliter si tertius & quartus, & sic ulterius: Nunquid sic posset uir unus habere decem aut plures uxores adhuc uiuentes quæ ab eo discesserint. Et contra, mulier una decem aut plures

Miscell. lib. III. Tra&t. IIII.

res maritos qui ab ea discesserunt: Respondeo, Nos S. Patro non possumus os obstruere, neq; possumus eos prohibere, qui eius doctrina uti uolunt, quotiescunq; uolunt. Verba eius clare stant hic, quod liber & solutus sit frater aut soror, si coniux eius ab eo discesserit, & cū eo habitare noluerit. Et non dicit, ut semel tantum fiat.

DE DIGAMIA XX.

De Captiui.  
Baby.

**N**ec satis erat Hypocrisis & operationi erroris huius, Digamiam prohibere, hoc est, Ne quis duas uxores habeat simul, ut in lege fiebat (id enim Digamiam significare scimus) sed Digamiam interpretati sunt, si quis duas successiue uirgines duxisset, aut semel uiduam.

De digamia  
Episcoporu.

Constat autem, Digamiam opus Dei esse, à Paulo probatum, & in benedictione Dei Gen. I. compræhensum. Si uero scandalum est, apud impios Papistas scandalū est, quibus omnia uerba & opera Dei nihil nisi scandalum sunt.

Ibidem:

Siquidem nota sunt iura Mosaica de fratris defuncti uxore & de filia corrupta inuito patre, quæ cogunt plurimum esse uxorū uirum. Quæ non magis sunt abrogata quàm reliqua omnia, Id est libera, nec prohibita nec præcepta. Ex his sane lx. propositionibus Lutheri, quas sub XX Titulis enumeravi, facile cognoscit sacratissima Maiestas uestra quam impudenter iactitent Protestantes in suo ad Cæsarem Maiestatem scripto, se nihil in confessione sua occultasse, sed totum doctrinæ genus complexos fuisse. Possem profecto multo plures & titulos & propositiones commemorare, si opus foret, sed satis ex iam dictis manifestum esse arbitror, quam falsa sit iactantia illorum de Confessione Augustensi, quam uelut Euangelium, sacrosanciam haberi uolunt, Cum tamen ipsimet eam minime obseruent, uti

de Missa probatum est supra.

Et hinc perspicuum fit recte cogitanti, quod nequaquam Non potest  
possit inter nos & ipsos uera in fide & religione concordia uera erigi cō  
constitui, nisi aboleantur omnes erronei & pestilentes libri cordia, nisi  
(quorū ingens est et numerus & magnitudo) diuersorum aboleantur  
Concionatorum eorum, præsertim Lutheri, qui uel solus libri Luthe.  
posset totum ueneficis & uirulentis libris suis inficere munē  
dam, si ubiq; possent libere & impune diuendi. Quantum  
est enim mare errorum & calumniarum in uno illius opere  
sermonum, quod Postillam uocant: Quanta sacre scriptu  
ræ deprauatio in totius Bibliæ translatione Teuthonica  
Quantum ueneni in Germanicis eius Cantilenis: At opera  
ista mordicus tenent populi protestantium, nec ea dimittent,  
ut uereor, nisi ui & metu coacti, Restat igitur, ut Dei  
Optimi Maximi opem sedula deuotione imploremus, qui  
solus potest suauiter per gratiæ suæ illuminationem corda  
protestantium ab erroribus tam multis adeoq; pernicios  
sis, & latissime diuulgatis, in uiam ueritatis  
pristinam reducere.

Scripta Hagenoſæ 5. Julij 1540.

SS 2

MISCEL

# MISCELLANEO

## RVM LIBRI TERTII

Tractatus Quintus.

SEX ARTICVLI PROTESTANTIVM  
quos tanquam necessario retinendos proponunt,  
Quæ itaq; interim necessario pijs retinenda  
ducimus, hæc sunt.

I.  
Iustificatio.



Primum est doctrina de iustificatione, quæ  
ex sola misericordia dei per meritum Christi,  
dum hæc misericordiam in Christo domino certa  
fide amplectimur, remissionem peccatorum,  
gratiam Dei, et vitam æternam consequimur et  
hac sola fiducia misericordiam nobis per Christi  
stium reconciliatæ certi & securi de salute reddimur. Quam  
quam enim hæc fides non possit efficax esse per dilectionem  
ad bona opera, quæcumque Deus præcepit, et Deus hæc opera  
quoque liberalissime remuneret presentibus & futuris bonis.  
Conscientia tamen, dum hic uiuit, semper peccati conscientia,  
qui legi nunquam satisfacimus, sola Christi redemptione ac  
quiescere potest, & de gratia dei certa fieri.

II.  
Missæ.

Secundum est legitima sacramentorum administratio, ut illis  
redemptio & communio Christi populo cum clare tum certo exhibeatur,  
beat, idque ita ut dominus instituit. Quare eam tamen missarum rationem  
in Ecclesijs recipiendam credimus, quam populo redemptio Christi  
atque communio et religiosa predicatione explicetur, et sacramentum  
utroque prebeat. Nec aliam rationem missarum sancti patres nouerunt  
tandem

tanquam ut missæ illæ priuatæ & dimidiata Sacramento  
rum dispensatio ullius autoritate Concilij uel probati auto  
ris in ecclesiam irreperint, ut exant & Canones & leges,  
quibus si parere libet, ut debemus, Nam scripturæ dei con  
sentiant, nullus in ecclesijs istis inuentis locus relinquatur.

Tertium est, disciplina Evangelica, uerus usus clauium, III. Pœnitentia.  
ut n̄ qui peccant, ad pœnitentiã & uitæ correctionem addu  
cantur, & qui pœnitentiã aspèrant, communionẽ ecclesiæ  
abstineãt, quiq; admissa pœnitentiã in uitam redeit, absolu  
tione erigantur & confirmentur.

Quartum est, sine quo nulla uera reformatio cõstitui po  
test, Institutio legitima ministrorum Ecclesiæ, qui munus Reformatio  
suum digne obeant, & inculpate uiuant, iuxta Canonem  
Diui Pauli & conciliorum decreta, ex eo Canone deducta.

Quintum, quod item concedi non potest, est libertas sa  
cri coniugij, facienda omnibus, quibus eo opus est ad pure V.  
uiuendum, quicquid n̄ aut uouerint, aut legis in se receper Confugium  
rint, Nam nec uoueri pie à quoquam nec præcipi cuiq; pos  
test quod laqueo sit, ut celibatus necessario est omnibus qui sacerdotum.  
uerbum de ijs qui eunuchi esse uolunt propter regnum cœ  
lorum non capiunt. Certe si uere castos ecclesiarum mini  
stros requirimus, ut res nunc habent in ecclesia, ipsa nos ne  
cessitas adigit, ut libertatem coniugij, quam scriptura con  
cedit, & ecclesia adhuc tempore Niceni Concilij retinebat,  
ministris ecclesiæ restituamus, nihil etiam intempestiuã &  
ingrata deo uota morari, quorum etiam D. Cyprianus nos  
luit rationem haberi in ijs qui non possent aut nollerent res  
tineri. Nam quicquid homo uouerit, semper uerum manet  
uerbum domini per Paulum, melius est iungi matrimonio  
quam uri.

Sextum est, Christiana libertas permittenda Ecclesijs in VI.

ritibus, qui non sunt certo & expresso uerbo à Deo præcepti, sed pro cuiusq; populi conditione ad ornandum ac prouehendum sacrum uerbi & sacramentorum ministerium instituuntur. Item libertas utendi ijs quæ deus hominibus ad sumendum cum gratiarum actione condidit. Quam tamē libertatem sic moderari oportet, ut ad ædificationem fidei & morum seruiat, nec fenestram aperiat ulli perturbationi in ecclesia uel licentiæ carnali. Ista sex ita necessaria Ecclesijs sūt, ut sine eis nec esse ecclesia nec Christi religionem retinere possit, Idq; sic habere, non solum scripturis, sed etiā clarissimis ueteris Ecclesiæ testimonijs euinci & probari potest.

IO. COCHLAEI AD VI. ARTICVLOS,  
quos pro omnino necessarijs habent Protestantes, responsio.

Iniquissima  
Contentio  
de Sola fide.

**D**Octrina de iustificatione facile concordabitur, si non contendatur, solam fidem iustificare, & omitatur affectata uerborum nouitas, & retineatur potius uetus dicendi modus, quo usi sunt patres nostri antiqui S. Iacobus, S. Cyprianus, S. Augustinus De fide & operibus, Si fides uera nunquam est sine bonis operibus, ut ipsi dicunt, Quid opus est, addere hanc uocem sola, ut excludat à fide opera? Hoc enim intendunt potissime, quando dicunt, sola fides iustificat, ut à iustificatione opera excludant. Quoniam uero, propositio illa, Sola fides iustificat, reprobatur à S. Iacobo, & à S. Aug. expressis uerbis, & multā in populo bene agendi negligentiam generat, atque etiā certissimis rationibus Dialecticæ falsa esse conuincitur, Quia si sola fides iustificaret, sequeretur qd nec Deus, nec gratia, nec charitas, nec Sacramentum baptismi aut pœnitentiæ

pœnitentiæ iustificaret, quia nihil horum est fides, Sequitur sane ex Dialectica, si sola fides iustificat, quod nihil, quod non est fides, iustificet, Sicut sequitur, Solus Deus creat aliquid ex nihilo, Ergo nihil, quod non est Deus, ex nihilo aliquid creat. Rectius igitur omittitur hæc de sola fide contentio & dicendi nouitas, ut maneamus unanimiter in antiqua S. Iacobi & Augustini, totiusque Ecclesiæ sententia.

Nempè, ut non Baptizatus peccator per fidem & Baptismum iustificetur, Baptizatus uero peccator iustificetur per fidem & pœnitentiæ Sacramentum. Hoc breuiter dictum est, & neminem scandalizat, nec est contra ullam scripturam, nec misericordiæ Dei, aut merito Christi derogat, sine quibus utique nec fides nec Sacramenta per sese tantæ forent aut esse possent efficacitæ, ut peccatorem iustificarent sine gratia Dei & merito Christi.

Quod autem aiunt, nos hac fiducia misericordiæ certos & securos de salute reddi, simile est illi Lutheri Doctrinæ, & homo Baptizatus salutem perdere non possit, nisi nolit credere, quia per fidem Baptismi dum credit aut recordatur se Baptizatum esse, statim omnia peccata absorbeantur, Et ad huc audacius ait Philip. Mel. in methodo sua & in comment. ad Ro. Eos qui dubitant, an consecuti sint remissionem peccatorum & deo placeant, atque in gratia eius sint, non esse Christianos sed Ethnicos, nec recte inuocare Deum & c. At huiusmodi temeraria de uita æterna præsumptio certitudoque & securitas, toti repugnat scripturæ & uet. & no. testam. Quia in prophetis sepe adijcitur dubitationis uocabulum Quis scit, forte, forsitan, ut Dan. 4. Ionæ 3. Iohel 2. Iudith 9. Et Eccle. 9. apertissime dicit, Nescit homo an amore aut odio dignus sit, In nouo quoque test. Ait ipse dominus, Ma. Non

De iustificas  
tione breui  
& uera sens  
tentia.

An homo  
Christianus  
certus sit, se  
Deo placere

Non omnis qui dicit mihi domine domine, Item Angustus est uia &c. Et Paulus Ro. 9. Non est uolentis neq; currentis, Et 11. Tu fide stas, noli altū sapere, sed time &c. 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Præterea, dum aiunt, conscientiam sibi semper peccati consciam esse, quia legi nunq̄ satisfacimus, Hoc alludit ad illos reprobos Lutheri articulos, q̄ Iustus in omni opere bono peccet, q̄ nobis Impossibile sit legē implere &c. At iam dictum est, q̄ Paulus ait, Nihil mihi conscius sum, Ergo conscientia non est sibi semper peccati conscia. Et Luc. 1. q̄ parentes Iohannis Baptistæ ambulauerint in lege domini sine querela, Mar. 9. q̄ credenti sunt omnia possibilis, Et Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat, Et sancti Doctores Hiero. & Aug. dicunt, grauem esse blasphemiam, dicere, q̄ Deus nobis impossibilia præceperit. Quia Tyrannicum est, subditis impossibilia iniungere aut præcipere. Triagint̄ sunt in primo articulo, quæ debēt corrigi, primo, Nedicat̄, sola fides iustificat, Secūdo, ne dicant, Nos fiducia misericordiæ certos reddi de salute. Tertio ne dicāt, Nos legi nunq̄ satisfacere, sed in omni opere bono peccare. Tali enim dicta non ædificant, sed scandalizant populū Dei.

Sacramentorum legitima administratio. Hic uident in oculo nostro festucā, & non uident trabē in oculo suo. Ipsi .n. maxime illegitime administrant sacramenta, utpote foris, extra Ecclesiam, in schismate & rebellionē. Hic est omnium pessimus abusus. In Missa præterea utrumq; Canonem reprobant & omittunt, Cōmunionem unius speciei uocant dimidiatam dispensationem, cum tamen extra missam semper in Ecclesia fuerit in communionē Infirmorum, Eucharistiam pro infirmis non referunt, sed circa infirmum lectulum dicunt repente sine missa uerba consecrationis sue per

Abusus  
pessimi.

per panem & uinum, & mittunt ea in os infirmi, & plerumque  
residuū calicis, quod infirmus non ebibit, fundunt in terrā.  
Nec retinent numerum 7. Sacramentorum, altaria demou-  
liuntur, missas priuatas abrogant, In baptismo Chrisma &  
oleum aliaq; multa omittunt & despiciunt, quæ semper ta-  
men in Ecclesia fuerunt. Quomodo igitur super ijs poterit  
mus cum eis concordare? Melius protecto est, si ah his malis  
cedere & cessare nolunt, ut nos permaneamus cōformes cū  
reliquis nationibus, quam ut accedamus eis, & simul cum  
eis stamus schismatici, & eorum schisma augeamus. Si dixe-  
rint, nos in ijsce capitulos esse, dicamus eis, ut ipsi prius ab  
alijs Nationibus de ijs conueniant, si ab alijs Nationibus cō-  
sensum habuerint & à Roma. Pont. (quod est impossibile).  
nos itidem consentiemus libenter, sed cōsensum illum nun-  
quam obtinebūt, scio. Magis igitur ipsi quam nos, Capito-  
lii iure dicentur.

Disciplina Euangelica, uerus usus clauū. Hunc articu-  
lum facile admittimus per omnia, si recte intelligatur, sed ad  
monendi sunt, quod maximus est apud ipsos clauium abu-  
sus, nam eas committunt multis qui ueri presbyteri nō sunt  
utpote à nullo Episcopo rite ordinati, & per nouum eorum  
Euangelium omnis Euangelica disciplina euanuit, quia in  
eo non obeditur prepositis Ecclesiarum ordinarijs, et omnis  
deuotio, timor Dei, uisitatio Ecclesiarum, Oratio, Ieiuniū,  
&c. in populo languet & minuitur.

Institutio legitimā ministrorum Ecclesiæ. Et hic quoq;  
in uerbis nulla est inter nos discordia. In sensu autem maxi-  
ma, quia legitimam institutionem uocant ipsi, ubi noui eo-  
rum uisitatores & superattendentes eligunt & noua benedi-  
cendi formula presbyteros & Diaconos instituunt, ubi nul-  
lus est uerus Episcopus. Talis autem institutio, ut est maxi-

III.  
Clauū abu-  
sus.

III.  
Noua sacra-  
dotum ordi-  
natio.

me friuola, ita in Ecclesia tot retro sæculis nunquam approbata aut usitata fuit.

V.  
Votū impedit  
hic cōiugiū.

Libertas sacri coniugij. Hic difficillime concordabimus, Difficillimum est em̄ nobis, à tam antiqua & lege et consuetudine totius Ecclesiæ discedere, eisq; consentire, Concubitus natus tñ non minus nobis quàm ipsis displicet, libenter itaq; simul cū ipsis consulere in mediū uolumus, quomodo tolli queat scandalū istud, Vota autē Monastica, quæ tot utriusq; testamenti scripturis sunt fundata, & tot sæculis per omnem ecclesiā cōprobata, & in perpetuo usu seruata, calcare iam & pro nihilo habere nō possumus. Vt igitur dicere nō possint, nos nostra dissensione uelle pacē & unitatē Germanicæ Nationis impedire, dicamus eis & hic sicut supra art. 2. Vt ipsi prius super hac re quærant consensum aliarū Nationum & Rom. Pont. sine quorum consensu nos in nouitatem istam consentire non possumus, quia faceremus nos alienos ab illarum communione & uere schismaticos.

An uotū continentię pro laqueo habendum sit.

Nam quod dicunt, à nemine pie uoueri posse qd laqueo sit, Negamus nos, uotū continentię laqueo esse secundum se, licet per accidēs laqueo fieri queat ijs, qui carnaliter uiuunt & concupiscentiæ laxant habenas. Secundū se uero est pulchrum & salubre sanctitatis uehiculum, ueręq; pietatis & uitæ Christianę adminiculum, sicut expresse docet S. Paulus 1. Cor. 7. Virgo & innupta cogitat quę Dei sunt, ut sit munda corpore & spiritu. Nec est impossibile uotū illud seruare, quod tot Milia Monachorū & Monialium per tot sæcula seruarunt. Omnia enim poterunt in eo qui eos cōfortabat Phil. 4. Quin etiā Iudæi Essæi, teste Iosepho, & uirgines uestrales multiq; Gentiliū sacerdotes & flamines perpetuā professi fuerunt cōtinentiā, Quāto magis possibile est hoc Christiānis, per fidem & gratiam Dei; Credenti em̄ omnia sunt possible.

Iosephus de bello Iudæo eo lib. 2. c. 2.

possibilia Mar. 9. & continentiam petentibus dat Deus Sap. 8. falsum est autem, quod aiunt, libertatem coniugij scripturam concedere contra uotum, eamque tempore Niceni Concilij in Ecclesia fuisse.

Nunquam enim probare poterunt, tempore illius Concilij licuisse ulli sacerdoti Monachou aut Moniali coniugium Monachis coniugium ini-  
 Monachis coniugium ini-  
 renunquam licuit.  
 nire, Quandoquidem & Apostolorum Canones non omnibus clericis permiserunt nubere, sed ijs tantum qui in minoribus erant constituti ordinibus. Ceterum Pauli uerbum, Melius est nubere quam uri, alium habet sensum quam ipsi putant, Non enim statim uritur, quem stimulus carnis uexat, sed qui tentatione uincitur, & concupiscentiam consentit, iuxta illud Iacob. 1. Unusquisque uero tentatur a concupiscentia sua, abstractus & illectus, Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum, At Paulo, cum uexaretur illo carnis stimulo dictum est, sufficit tibi gratia mea 2. Cor. 12. Hoc & unius cuique Ecclesiastico dici posset, si forti animo contra tentationes carni resisteret.

Christiana libertas, Hanc duplicem petunt, in ritibus & VI. Potestas Ecclesie in statuendo & prohibendo. P  
 in cibis, ut tollant per hoc omnem Ecclesie statuendi ac prohibendi auctoritatem, At hoc est contra omnem scripturam, Christus iubet audire Ecclesiam Matth. 18. Prælatos, Lucas 10. Paulus Presbyteros & præpositos 1. Thessa. 5. Heb. 13. Apostoli præceperunt abstinere a sanguine & suffocato Act. 15. Paulus iussit tacere mulieres in Ecclesia & uelatas esse, et alij multi statuerunt multa quæ ad pietatem & Dei cultum deferuere uisa sunt, Non est igitur hæc Romano Pontifici & Concilijs tollenda auctoritas præcipiendæ ea quæ ad populi ædificationem faciunt. Christiana enim libertas liberat a peccato & a seruitute Diaboli Ioannis octauo, & Romanorum sexto, Non autem a iugo præcepti, quod suaue uocat  
 Tt 2 ipse

ipse dominus Matth. 11. Ait enim Iohan. 13. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem.

Verba. Lut. Et Lutherus olim in sermone de indulgentijs dixit, quanto plus est præcepti, tanto maior securitas & plus meriti. Et super decalogum scribens, docebat, non esse bonum, sine præceptis esse, allegans illud Iud. ultimo. In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque faciebat quod sibi rectum uidebatur. Hoc autem dicebat Lutherus non esse bonum.

DOMINI LAZARI BAIPHII ORATIONIS  
toris Regis Franciæ sententia, ex eius oratione  
ad Status Imperij habita, Considerata Hæ-  
ganoæ, 16. Iulij 1540.

Primogenitura nominis Regis Franciæ.  
Christianissimus Rex, Cum intellexisset diem, ad sedandas Germaniæ controuersias, Spiæ fuisse indictam, moxque iustis de causis hic, ut omnia ad pacem & tranquillitatem deducerentur, memor primæ genituræ nominis sui, statuit nos suo nomine interesse. Accessit ad hoc hortatio Imperatoris Caroli (quem honoris causa nominamus) perpetuo foedere & amicitia Christianissimo Regi coniuncti, qui (ut quem suo nomine deputaret) amice citè flagitauit, Rex itaque Christianissimus, nos huc sui vice transmittendum statuit, in primisque uobis pariter omnibus salutem & foelicitatem per nos ex animo precatur.

Sententia Regis Franciæ Contra Protestantes.  
Cæterum, quod ad negotium cum his, quos Protestantes uocant, attinet, Regi Christianissimo nullo pacto conuulsatum uidetur, ut in controuersiam per Germanos trahidebeat id, quod multis iam ante actis sæculis ueterum probatissima dogmata sequentibus signis & miraculis in hunc usque diem nobis tradiderunt. Cum ueteres, doctrina, probitate

De VI. Articulis Protestantium.

167

tate ac autoritate, longe nos antecesserint.

At si qui adsunt ( quos abusus uocant ) Quorum non nullos inter nostri ordinis homines esse, inficias non imus, in hoc ut Christianissimus Rex egregiam suam & debitam uoluntatem demonstreret, pollicetur omnem operam suam & studium eo collaturum, ut in primis summum Pontificem uti fidelis exoret, ut Rex sui nominis moneat, suadeat & hortetur, ut primo quoque tempore abusus tollantur, in meliusque emendanda refoventur. Nec ueretur, quin sua sanctitas ad hoc sese facilem prebeat. Hoc que medio arbitratu Christi religionem inconcussam fore, quæ ut Christi tunica unita esse debet, simulque Rex Christianissimus procuratur Germaniæ unitatem, omni diligentia & opera promouendum, debens ac lubens pollicetur.

Ut tollantur  
Abusus.

# MISCELLANEO

## RVM LIBRI TERTII

*Tractatus Sextus.*

CERTAE EX REGNO ANGLIAE

*Nouitates. Anno Domini 1540.*

SENATVSCONSULTVM PRO VA

*riarum opinionum abolitione in aliquot suis partibus,*

*Christianam religionem concernens.*



Vum excellentissima Regia Maestas sic  
diuino iure huius Vniuersalis Ecclesie &  
Cōgregationis Anglicanę immediate sub  
Deo supremum Caput, omni suo, ad eam  
dem ecclesiam et congregatiōem Anglica  
nam, in sincera & consonanti Religio  
nis

Christiane doctrina incolumnem seruandam, adhibito stu  
dio, In sanctam memoriam suā uocās tam magnam quic  
tamq̃ securitatem, foelix incrementum, aliaq̃ bona infinita  
que ex opinionum cōcordia, cōsonantia, & unitate semp  
sunt orta, Quam rursum multipharia pericula, mala & in  
cōmoda, que superioribus temporibus in multis locis ac  
patrijs, animorum ac opinioñū uarietas, maxime in his que  
ad Religionem Christianam pertinent, inuexit. Nihilque  
magis sibi sollicitudini & curę habens, quam in his que ad  
Christianam religionem pertinent, firmam concordiam &  
consonantiam constabilire, eamq̃ sic constabilitam in ho  
norem principaliter cunctipotentis Dei, qui omnis cons  
cordię uerus author est & fons perennis, Consequenter aut  
tem in utilitatem suę Maestatis Regni, omnium subdito  
rum,

Concordia  
in religione

rum, aliorumque quos Regno suo donauit, Ad hanc, Inquã, Christianæ religionis concordiam constabiliendam, diuersis urgentissimisque ex causis in hunc diem iussit senatum cogi, pariterque omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum, quos Doctrina celebris commendauit, synodum & conuentum fieri.

In hoc Senatu, Synodo, & Conuentu aliquot articuli ac quæstiones, quæ ad Christianã religionem pertinent, pponantur. In primis, Vtrũ in beatissimo altaris sacramento post consecrationem materia panis & uini remanet. Secundo, An iure diuino necesse sit, ut oēs homines promiscue communiscent sub utraq; specie. Tertio, Vtrum sacerdotes, id est homines dedicati per sacerdotium Deo, possint iure diuino, postquam sacris initiati sunt, uxores ducere. Quarto, Vtrũ uota castitatis siue uiduitatis, non temere facta Deo per uirum siue foeminam, iure diuino sunt obseruanda. Quinto, Vtrum priuata missæ iuri diuino quadrant, & in Ecclesia ac congregatione Anglicana sunt celebrandæ, tanquam res, ex quibus probi Christiani possint simul & diuinam consolationem & salutaria beneficia recipere. Sexto, Vtrum auricularis confessionis in Ecclesia necesse retinenda ac exercenda sit.

Regia Maiestas prudenter secum reputans animaduertensque, inualescentibus uarijs de ijs articulis opinionibus ac iudicijs, magnam discordiã tam inter Ecclesiasticos sui Regni, quam etiam sæculares unice dilectos sibi subditos ortã esse, magna spe et fiducia ductus, habita semel horũ articulorũ matura decisione, concordia inter unice dilectos sibi subditos coalescere, Non solum Archiepiscopis ac Episcopis aliisque Cleri sui eruditis, hos articulos disputandi deaque ijs bene deliberandi prouinciam dedit, ac deliberatas super iam dictis Articulis illorum opiniones in medium profes

Sex Quæstiones in causa Religionis.

Matura Consultatio super ijs Quæstionibus.

proferri ab omnibus cognoscendas iussit, Verum etiam huius  
 manifestissime in Regali persona, in Senatum suum supremum  
 descendere dignatus est, ibique ut Princeps prudentissimus  
 iuxta ac eruditissimus, reconditam quandam eruditio-  
 nem de his articulis ac controuersijs ad concordiam recon-  
 cinnandam deprompsit. Tandem post longam super his ac-  
 tuelis deliberationem, post consultationes plurimas, post  
 denique argumenta ulro citroque infinita connexa, omnium  
 tam Regiæ Maiestatis, quam utriusque Senatorij Ordinis ac  
 plebis in hunc Senatû coactę, summo consensu fuit & est  
 resolutû, decisum ac statutû, eo modo ac forma qua sequitur.

Sex Conclu-  
 siones Catho-  
 licę.

In primis. In beatissimo altaris sacramento, per uirtutem  
 & efficaciam potentissimi uerbi Christi, simul atque illud sa-  
 cerdos ore loquutus fuerit, sub forma panis & uini natura-  
 le corpus & sanguinem dominicum, conceptum ex Maria  
 uirgine, realiter adesse, Et post consecrationem nullam aut  
 panis aut uini, aut aliam quam Christi, Dei & hominis, res  
 manere substantiam. Secundo, Communicare sub utraque  
 specie, non est omnibus hominibus iure diuino necesse ad  
 salutem, Credendumque est & non dubitandum, quoniam  
 in carne sub specie panis sit uerus sanguis, & cum sanguine  
 sub specie uini sit uera caro tam diuisim quam coniunctim.

Tertio. Sacerdotes, postquam sacris initiati sunt, iure diuino  
 non possunt uxores ducere. Quarto. Vota castitatis siue uir-  
 ginitatis, à uiro foeminaue non temere facta Deo, iure diuino  
 non sunt obseruanda, Christianique populi libertate quadam  
 eos priuant, qua nisi uouissent, potuissent uti frui.

Quinto. Missas priuatas in hac Regiæ Anglicanae Ecclesi-  
 sia ac congregatione, admitti ac celebrari, simul & bonum  
 & necessarium est, Per quas probi Christiani, quorum uita  
 responderet pariter & bona & diuina solatia & beneficia inde  
 recit

recipiunt, missæq; celebrari iuri diuino quadrat.

Sexto, expedit necesseq; est auricularem confessionem retineri in Ecclesia Dei.

Regiæ Maiestati tam pio affectu tã diuino studio, tantis rationibus supradictorum articulorum decisiones excutiendi, obsequentissime ac maxime morigeri eius subditi, Ordo senatorius uterq; plebs in hunc Senatuum coacta, omnes non solum gratias immortales agunt, seseq; ut Deum Optimum Maximiq; assiduis precibus, pro conseruando in multos annos Regalis Maiestatis suæ statu interpellari, obnoxios esse agnoscunt, Verum etiã cupientes diuinum Regis conatum bonum sortiri effectum, adeoq; constabiliri, Vt prium in Dei honorem, consequenter autem in totius regni uergat utilitatem, supplices abs rege contenderunt supra dictorum articulorum decisiones huius præsentis senatus auctoritate confirmari ac muniri.

Quo circa Regiæ Maiest. auctoritate, ac summo utriusq; ordinis senatorij plebisq; in hunc Senatũ coactę consensu, in hunc modum, qui sequitur, latum est senatus consultum.

Qui uel in hoc regno Angliæ, uel in alio quouis Regiæ Maiestatis dominio, post X I I. diem Iulij, qui proxime sequetur, uerbo, scripto, prælo, ficticijs characteribus aut alio quouis modo, publice concionantur, docent, dicunt, affirmant, disputant aut ratiocinãtur, in beato sacramento altaris sub specie panis & uini, post eius consecrationem, naturale corpus & sanguinem saluatoris nostri Iesu Christi, conceptum ex Maria uirgine, realiter non adesse. Qui post eius consecrationem aliquam substantiam panis & uini, aut aliam substantiam quã Christi Dei & hominis remanere, Qui post diẽ supra præfixum, publicãt, cõcionãt, docent, dicunt, affirmãt in carne sub specie panis nõ esse ue-

Cõprobatae generaliter ab omnibus istę cõclusio nes.

Senatus cõsultũ ab omnibus Regiõni ordinib. appbatum. De Sacramẽto Eucharistiæ.

rum sanguinē Christi, aut cum sanguine sub specie uini non esse uerā carnem Christi tā diuisim quā cōiunctim, Aut docent, cōcionant, declarant, aut affirmant dictū sacramentū alius esse substantiæ quam supra demonstratum est. Aut alio quo pacto contemnunt aut uituperant beatū sacramentū altaris, Tam principalis reus, quā alij subsidiarij, & qui consilio aut re eum iuuerint, ij omnes, posteaquam ea forma iuris, quæ infra sequitur, de illius ac illorum malicia confiteri habebuntur hæretici, omneq; huiusmodi maleficium censetur hæresis. Huius hæresis cōdemnati, igne uitæ amissionem sustinebūt, reiectis omnibus abiurationis Cleri aut Apsyli beneficijs, bonaq; dānatorum, tam mobilia quam immobilia omnia conferentur in fiscum, quæ tempore huius aut post delicti commissi possidebant per se uel per alios, ut in crimine læsæ Maiestatis.

Contra cōmunionem sub utraq; specie,

Præterea, Qui post iam dictū XII. diem Iulij publice cōcionat apud regis subditos, Qui docet in aliqua uniuersali schola, Qui apud aliquē cōuentū populi uerba facit, Qui in ius uocatus, ea forma iuris quæ infra declarabitur, pertinaciter obfirmatoq; animo ac opinione sustinet aut defendit Cōmunionē beati sacramenti altaris, in utraq; specie, id est, sub figura panis & uini, necessariā esse ad salutē animæ,

Contra coniugium sacerdotum,

Oportetq; iam dictū sacramentū alicui sub utraq; specie dari ac ministrari quā sacerdotibus missam celebrantibus, beatumq; sacramentū altaris consecrantibus, Qui cōcionat docet, declarat, affirmat, aliquem, posteaq; sacris initiatus sit (ut supra demonstratum est) posse uxorem ducere, qui sustinet uirū aut foeminā, qui quæue non temere uotum castitatis uel uiduitatis iam promissit, uel in posterū promittet, posse uxorem ducere, aut uiro nubere. Qui priuatas missas improbat, easq; nō laudabiles nec in hoc regno celebrandas

Pro priuatis Missis et pro Cōfessione auriculari ac p. uotis.

nec iuri diuino consonas sustinet. Qui auricularē confessio-  
nem inutilem nec necessariam esse in Ecclesia Dei defendit.  
Aut si sacerdos uir aut foemina post iam dictū diem Iulij,  
qui consulto iam uouerit, aut post iam dictum diem uota ca-  
stitatis uel uiduitatis uouet, uxore duxerit aut uiro nupserit  
Aut qui id licitum esse defenderit, aut matrimoniū in t̄ huius  
modi uoto obstrictos contraxerit, Est & erit fur iudicandus.

Reiq; huius criminis ea forma iuris, quæ infra sequitur,  
conuicti ac condemnati, eas pœnas patientur, quas furto ir-  
rogari, legibus ac cōsuetudine receptum est, reiectis omni-  
bus Cleri abiurationis aut Asyli priuilegijs, bonaq; eorum,  
ut in casibus furti, in fiscum conferentur, iusq; bona illorū  
damnatorum ecclesiastica alijs conferendi ad collatores redi-  
bit, perinde ac si uita defuncti essent.

Quæ sequuntur, pertinent ad executionem eorum quæ  
supra constituta sunt.

Et ut ea, quæ supra constituta sunt, effectum suum sor-  
tiantur, simul atq; XII. dies Iulij elapsus fuerit, uarie delega-  
tiones in omnes huius regni & Vuallix comitatus, omniaq;  
alia loca Regi subdita transmittentur, Iudicesq; delegati er-  
unt Archiepiscopi, Episcopi, Illorum Cancellarij, Officia-  
les, quos Regi uisum erit nominare. Aut subdelegati ab ijs,  
quibus Rex subdelegandi potestatem dedit. Archiepisco-  
pus, Episcopus, Cancellarius, Officiales, alijsq; Iudices de-  
legati, Aut ex ijs tres, Ita tamen ut illorum unus sit Ar-  
chiepiscopus, Episcopus, Cancellarius, aut Officialis,  
intra territorium suæ delegationis, quater aut sæpius  
in anno, pro tribunali sedebunt, huiusq; senatusconsul-  
ti autoritate de omnibus & singulis hæresibus, furtis,  
cōtumacia, alijsque criminibus, quæ supra demonstrata sunt,  
perpetratis intra fines suæ delegationis per modū accusandi,

Magistratus  
ad exequen-  
das prædis-  
ctas Conclu-  
siones.

denunciandi, ita tamen, ut duo accusatores sint omnino maiore ac inquirendi XII. hominum iuramento plenam habebunt cognoscendi potestatem. Et omnis huiusmodi accusatio & denunciatio, factum, nomen, cognitio, domicilium Reipublicæ, diemque et annum, locum, territorium, ubi & quando huiusmodi crimina erant commissa, continens, eiusdem erit efficacitæ in iudicio, ac si exhibitæ fuissent per Verdit, id est, ueridictionem duodecim hominum.

Verdit.

Qualis contra reos Iudicij processus

Præterea omnes Archiepiscopi, Episcopi, illorum Cancellarij, Officiales, Archidiaconi, alijque Ordinarij, qui in hoc regno aut in Vuallia aut alijs Regis dominijs, Ecclesiasticâ aliquâ peculiare iurisdictionem habent, possunt in uim huius senatusconsulti, de omnibus, quæ supra commemorata sunt, criminibus, intra fines sui territorij, per modum inquirendi, denunciandi, accusandique, tam solenni iudiciali more, quam summarie & de plano cognoscere. Talisque accusatio aut denunciatio Ordinarijs territorij iudicibus facta, non minoris erit roboris, quam si exhibitæ fuisset iusticiarijs pacis solenniter pro tribunali sedentibus.

Iudicum potestas.

Iusticiarij pacis solenni conuentu pro tribunali sedentes, Cæteri que pedanei, iudices, huius senatusconsulti auctoritate eandem habebunt XII. hominum iuramenta de omnibus quæ supra commemorata sunt, criminibus intra fines sui territorij delegationisque perpetratis, inquirendi potestatem. Præterea iudices delegati, Ordinarij, alijque ad quos horum criminum cognitio spectabit, accusatores diligenter interrogabunt de alijs testibus, qui delicto commisso, tamquam in iudicio producti, interfuerunt, alijque ad quos noticia delicti peruenit.

Sicut iudicio.

Habent quoque illi, apud quos crimen denunciatur, potestatem obligandi denunciatores, aliosque ad quos criminis noticia peruenit.

uenit, sub pœna Quinq; librarum in euentum contumaciæ à fisco exigenda, illo die se iudicio sistere, quo Iudices pro tribunali sedentes de hoc crimine cognoscēt. Et is apud quos reus horum criminum defertur, intra Vice simū diem post factam denunciationem tenetur membrano scripto sigillo suo munito, horum criminum delegatos Iudices aut illos rum unum, in cuius territorio denunciatum crimen dicitur commissum, huius denunciationis certio rem reddere, & ne diligentia eius, qui Iudicem delegatum tempestiue huius denunciationis non solenniter commonefecerit, X. librarum mulcta punietur. Præterea Iudices Delegati, aut ad minus illorum tres, ut supra demonstratum est, in huius senatus consulti ac delegati muneris uim, eo modo possunt procedere aduersus horum criminum latentes reos, quo legibus et consuetudine receptum est, in casibus furti procedi, hūc que processum habere locum tam intra fines sui territorij, quàm in omnibus alijs locis regni, Vuallia, alijsque Regis dominijs.

Sed si Reus iudicio se sistit, huius senatus consulti delegati que muneris autoritate habebant Iudices Delegati plenam de causa cognoscendi, eamque legibus huius regni ac hoc senatus consulto definiendi potestatem. Præterea, hoc senatus consulto constitutum est, ut Iudices delegati, simul atque reus aliquis denunciatur, diligenter curabunt illum apprehendi, apprehensumque in carcerem conijcere potestatem habebunt. Et Iudices Delegati, aut duo illorum coniunctim, cautionem fideiussoriam de iudicio sisti à reo accipere possunt, Præterea. Siquis Iudicum delegatorum, alius cuius horum criminum defertur, cogetur secundum huius senatus consulti formam, abdicato delegationis munere, coram ijs Iudicibus, quos ad hoc Rex constituet, causam dicere.

In reum pos  
testas definiē  
di.

Si Iudex reo  
us fiat.

cere. Præterea, hoc senatusconsulto Reo, in XII. Homini-  
 quorum Verdit, Id est Veridictione aut stet aut cadat, calu-  
 niæ & inimicitiarum nulla competet exceptio. Præterea,  
 omnium causarum ex his criminibus descendentiis, reiectis  
 omnibus exceptionibus dilatorijs, quæ illorum cognitio-  
 nem differrent, ad Iudices delegatos statim cognitio perti-  
 net, easq; XII. Hominum uerdit, hoc est Veridictione, sine  
 aliqua dilatiõẽ terminabunt, Præterea, hoc senatuscõsulto cõ-  
 stitutum est, ut omnes qui exequendis suis præsumt, qui  
 custodiam carceris agunt, bona fide ac diligenter omni-  
 bus Iudicum delegatorum mandatis obtemperent, illo-  
 rumque decreta executioni mandent, Præterea hoc senatus  
 consulto constitutum est, Vt Iudices delegati simul atq; cer-  
 tiores fiunt de delegationis munere, diligenter ea quæ sunt  
 illius muneris curabunt, Et priusquam illius exercitio se im-  
 miscent, coram Cancellario Angliæ, aut alio, cui iamdiu  
 ctus Cancellarius per rescriptum Regis, cui nomen est, De-  
 dimus potestatem, munus accipiendi Iuramenti delega-  
 uerit, iurabunt, Tenor Iuramenti sequitur.

Constitutio  
 de custodia  
 reorum.

Iuramenti  
 forma quæ  
 iudicibus de-  
 fertur.

Cura de li-  
 bris impris-  
 mendis.

Tu iurabis, ita tua doctrina, ingenio & potestate fidei  
 bona, munus tibi à Rege delegatum, ad coercendos hæreticos  
 cos aliosque maleficos introductum, absque aliquo fauore,  
 affectu, corruptela, metu, dolore exercere, ut te Deus cum  
 omnibus sanctis suis adiuuet. Et si Iudices delegati Iura-  
 mentum præstare nolunt, aut ne præstent ultro se absent-  
 tant, X. Marcis legalis monetæ mulctentur suspecti. Præ-  
 terea hoc senatusconsulto constitutum est, Vt omnes ac  
 singuli Delegati Iudices omnes libros, qui in hoc regno  
 Angliæ alijsque Regiæ dominijs imprimuntur, In quibus  
 aliquid huic senatusconsulto repugnans aut dissonum erit,  
 in eorum custodiam suscipiant, Iudicesque delegati, aut  
 illorum

Certæ ex Regno Angliæ Nouitates. 172

Illorum tres coniunctim, illos libros aut igne aut alio pacto, pro ut bonum illis uisum erit, consumerent. Transscripta sunt hæc Hagenoia VI. Iulij 1540.

# MISCELLANEO=

## RVM LIBRI TERTII

*Tractatus Septimus.*

CATALOGVS HAERETICORVM HV=

ius Temporis Ex Edicto Cæsareo ad Flandrens=

ses Anno 1540.



Nos igitur ea considerantes, cupimus, omni cum potentia nostra extirpare atque delere supra scriptas damnatas sectas, Suermeritates, & hæreses, & subditos nostros conseruare in timore Dei, in sancta Catholica fide, & in obædiencia matris nostræ sanctæ Ecclesiæ, Nos itaque maturo ac bene deliberato consilio, atque etiam cum consilio & consensu Charæ sororis nostræ Dominæ Mariæ Regiæ Douagiere, Vngariæ, & Bohemiæ &c. Regentis & Gubernantis in terris nostris huc uersus, Et similiter cum supremo Consilio nostro & sententia ordinauimus & statuimus, Ordinamus & statuimus pro Edicto & perpetua lege, ut sequitur.

Primum, Ut nemo, cuiuscumque status aut conditionis fuerit, posse debeat apud se habere, uendere, portare, dare,

Permanens  
dum in fide  
Catholica.

Doctrina  
prohibita.

Miscell. lib. III. Tract. VII.

Catalogus  
Hæreticorū.

dare, legere, prædicare, docere, tolerare, defendere, impartiri  
aut disputare, siue occulte, siue manifeste, de doctrina de sen-  
ptis & libris, quos fecerunt aut facere poterunt Martinus  
Lutherus, Iohannes Vuicleph, Iohannes Hus, Marcellus  
de Padua, Icolampadius, Viricus Zuïnglius, Philippus  
Melanchthon, Franciscus Lamperti, Iohannes Pomcrat-  
nus, Otto Brunfelsius, Iustus Ionas, Ioannes Pupuri &  
Gorcianus, aut alij autores de eorum secta, Similiter & om-  
nes aliæ sectæ ab Ecclesia reprobata. Neq; etiam doctrinas  
ab eorum adherentibus, fautoribus & foederatis.

Libri prohibi-  
biti.

Neq; etiam noua Testamenta, Impressa apud Adriand  
de Bergis, Christophorum de Remunda, Ioannem Zell,  
Phrases scripturæ diuinæ, Interpretationem nominum  
Chaldeorum, Epitomen Topographicam Vadiani, Paral-  
lipomena rerum memorabilium, historiam de Germano-  
rum origine, Commentaria in Pithagoræ Poëma, Com-  
mentaria in Physicam Aristotelis per Velcurionem, Eos-  
bani Helli opera, Dominicas preces Gribhij, Metho-  
dum in præcipuos scripturæ diuinæ locos, Erasmi Sarce-  
rij Catechismum, Scholia eiusdem in Euangeliū Matthæi  
Marci & Lucæ, Postillam eiusdem in Euangelia Domini-  
calia per totum annum, Item de ratione discendæ Theolo-  
giæ, de instituenda uita & moribus corrigendis, Parenesis  
Christophori Hegendorfini, Eiusdem Christianam insti-  
tutionem studiosæ iuuentutis cum expositione Orationis  
Dominicæ, Philippi Melanchthonis Epitomen Chro-  
nicarum latinam & Germanicam, Annotationes Sebastia-  
ni Munsteri, in Euangelium secundum Matthæum, &  
Comædias, quæ nuper actæ sunt in urbe nostra Gandauo,  
per XIX. Cameras Rhetoricæ, quæ factæ sunt super hanc  
quæstionem. Quid morienti homini maximum sit solaci-  
um,

cium, Et similiter omnes alios libros qui intra XVIII. annos impressi sunt, & nomen impressoris, Autoris, temporis & loci non habent, Neque ullum nouum Testamentum, Euangelia, Epistolas, Prophetias aut alios libros, In Gallica aut Flandrica lingua, quæ habent præfationes & prologos postillas aut glosas quæ Suermericâ doctrinâ sapiunt cõtra

riâ sanctę fidei nostrę, sacramentis dei & ecclesię præceptis. Neque item picturas habere aut depingi facere, aut apud se retinere ulla imagines aut scãdalosas alioqui figuras de uirgine Maria aut de sanctis qui ab Ecclesia Canonizati sunt, aut frangere & abolere Imagines, quæ ad honorem & memoriam sanctorũ factæ sunt aut fieri debent, Et si quis eiusmodi libros apud se habeat, ut confestim comburat, sub pœnis (si quis comperiat) contra ulla supra scripta puncta ferendis, Mulieres uiuas defodiendas esse, si modo errores suos tolerare aut defendere nolint. Si autem in erroribus & hæresibus perseverare uelint, igne ad mortem adigendi sunt, & omnis eorum substantia fisco nostro applicanda est.

Contra Impias & scandalosas picturas.

Exscripta Hagenoia Anno 1540. Die 10. Iulij.

Xx

MISCEL

MISCELLANEO  
RVM LIBRI TERTII  
Tractatus Octauus.

CONFESSIO BVCERI ET  
aliorum facta Vuittenbergæ in ædibus Luthes-  
ri XXIII. Maij, Anno  
M. D. XXXVI.

Ex autogra-  
pho Philip.  
Mel. Hages  
notæ 8. Iulij,  
1540.



Cōfessio de  
Eucharistia.

Hęc omnia  
sine scriptu-  
ris dicuntur,  
& humana  
commenta  
sunt.

Vdiuimus D. Bucerum, explicantem suā  
& aliorum, qui una adfuerunt, sententiā de  
sacramento Corporis & sanguinis domini  
hoc modo. Confitentur iuxta uerba Ire-  
næi cōstare Eucharistiam duabus rebus,  
terrena & cœlesti. Itaq; sentiunt & docēt,  
cum pane & uino uere & substantialiter adesse, exhiberi &  
sumi corpus Christi & sanguinem. Et quanquam negant  
fieri transsubstantiationē, nec sentiunt fieri localem inclusio-  
nem in pane, aut durabilem aliquam conjunctionem extra  
usum sacramenti, tamen cōcedunt, sacramentali unione pa-  
nem esse corpus Christi, hoc est, sentiunt porrecto pane si-  
mul adesse et uere exhiberi corpus Christi, Nam extra usum  
cum adseruatur in pixide, aut ostenditur in processionibus,  
ut fit à Papistis, sentiunt, non adesse corpus Christi. De-  
inde hanc institutionem sacramenti sentiunt ualere in eccle-  
sia, nec pendere ex dignitate ministri aut sumentis. Quare  
sicut Paulus ait etiam indignos manducare.

Ita sentiunt porrigi uere corpus & sanguinem dñi etiam  
indignis & indignos sumere, ubi seruant uerba & institutio  
Christi

Christi, sed tales sumunt ad iudicium, ut Paulus ait, quia ab utroque sacramento, cum sine poenitentia & fide eo utantur. Ideo enim propositum, ut testetur illis applicari beneficia Christi, & fieri eos membra Christi, & abluantur sanguine Christi, qui agunt poenitentiam, & erigunt se fide in Christum. Cum autem pauci conuenerimus, et opus sit utrinque, hanc rem ad alios concionatores & superiores referre, nondum licet nobis de concordia pacisci, priusquam ad alios retulerimus. Cum autem confiteantur omnes, se iuxta Confessionem & Apologiam Principum Evangelium profitentium, in omnibus articulis sentire et docere uelle, maxime cupimus sarciri & constitui concordiam, & spes est nobis, si reliqui utrinque ita consenserint, solidam futuram esse concordiam.

## Subscripserunt.

D. Vuolfgangus Capito.  
M. Martinus Bucerus.  
Martinus Frechus.

Iacobus Otherus.  
Bonifacius Lycoste. } Aug.  
Vuolfgangus Mus. }  
Geruastus scholasticus Mem.  
Ioannes Bernardi Franfor.  
Marti, Germani Franfor.

Martinus Lutherus.  
Casparus Creutzinger.  
Ioannes Bugenhagenus  
Pomeranus.  
Philippus Melanch.  
Iustus Menius Isenaten.  
Fridericus Myco, Gotensis.  
Mattheus Albertus Reutlin.  
Ioan. Schnadinus.

## DE BAPTISMO.

DE Baptismo infantium omnes sine ulla dubitatione consenserunt, quod necesse sit infantes baptizari. Cum enim promissio salutis pertineat etiam ad infantes, & pertineat non ad illos qui sunt extra ecclesiam, necesse est eam applicare infantibus

bus per ministerium, & adiungere eas membris Ecclesie, Cumq; de talibus infantibus, qui sunt in Ecclesia, dictum sit, Non est uoluntas patris, ut pereat unus ex illis, Constat infantibus per Baptismum contingere remissionem peccati originalis, & donationem spiritus sancti, qui in eis efficax est pro ipsorum modo.

Quæstio de infantib. De qua fabulatur sine scripturis, cōtra uirtutem Baptismi à deo institutam.

Reijcimus enim errorem illorum, qui imaginantur infantes placere Deo & saluos fieri sine actione aliqua Dei, Cum Christus clare dicat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non potest &c. Et si igitur nos non intelligimus qualis sit in infantibus, tamen certum est in eis nouos & sanctos motus effici, Sicut & in Iohanne in utero noui motus fiebant. Nam etiamsi non est imaginandum, quod infantes intelligant, tamen illi motus et inclinationes ad credendum Christo & diligendum Deū sunt aliquo modo similes motibus fidei & dilectionis, Hæc dicimus, cum infantes fidem habere dicimus. Ideo enim sic loquimur, ut intelligi possit, quod infantes non fiant salui & sancti sine actione diuina in ipsis. Quanquam igitur mos est alicubi, ut certis diebus publice administraretur Baptismus, tamen docendi sunt homines, si quid periculi est uitæ infantium, ut eos interim baptizari curent, & ministri debent talibus impartiri.

Subscripserunt qui supra.

### DE ABSOLVTIONE.

Et hic sine scripturis colloquium faciunt ex homologesi seu confessione peccatorum.

**D**E absolutioe optant omnes, ut in Ecclesia etiam priuata absolutio conseruetur, & propter consolationem conscientiarum, & quod ualde utilis est Ecclesie disciplina illa, In qua priuatim audiuntur homines, ut imperiti erudiri possint. Nam pfecto tali colloquio & examine opus est rursus dioribus. Neq; ideo uetus confessio & enumeratio delictorum probanda aut requirenda est, sed colloquium illud propter

ter absolutionem & institutionem conseruetur. Id, qui supra subscripserunt.

**QVINTVS AD MAGISTRATVS CIVILIS OFFICIUM PERTINEAT ABOLERE IMPIOS CULTUS.**

**D**E officio ministrorum Euangelij certum est, quod tantum uerbo, hoc est, docendo, debeant reprehendere impios cultus, & proponere pios cultus, Nec debent ministri Euangelij ulla ui corporali prohibere impios cultus, sicut Paulus ait. Arma militiæ nostræ non sunt corporalia. Imo nec magistratus Civilis debet ritus mutare, priusquam populo tradita sit pia doctrina, quia mutatio sine doctrina non prodest conscientijs, imo potius perturbat & conscientias et respublicas. Quare ante mutationem docendi sunt homines, Vbi autem populus iam audiuit piam doctrinam, Ibi quaeritur de officio Magistratus, Et de hoc officio debent ministri Euangelij docere pios Magistratus, sicut de cæteris bonis operibus homines in qualibet uocatione doceri debent. Iuxta illud. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est &c. ad omne opus bonum. Quare hic disputandum est, quid ad officium Magistratus pertineat, & quatenus debeat Magistratus impios cultus tollere. Respondeo igitur, Pertinet ad officium Magistratus prohibere impios cultus, sed tamen in his ecclesijs, quæ ad ipsius dominium & ius patronatus pertinent, non in alienis dominijs & alieno iure patronatus &c. Prior pars non est dubia, quod Magistratus in Ecclesijs pertinentibus ad suum dominium aut ius patronatus, debeat prohibere impios cultus, & restituere pios. Nam secundum præceptum Decalogi iubet

prohibere & punire blasphemias, pertinet autem hoc præceptum etiam ad magistratum, ut in sua uocatione prohibeat blasphemias, & Magistratus custos esse debet tantum secundæ tabulæ, sed etiam primæ, quod ad extrinsecam disciplinam attinet. Constat autem impia dogmata & impios cultus blasphemias esse, Quare non dubium est, quin magistratus debeat prohibere talem doctrinam & impios cultus. Sed hæc pars non habet magnam controversiam. Illud disputatur, ubi Magistratus debeat uti officio suo. De hac parte respondetur, ut de cæteris quæ ad officium Magistratus pertinent, ut in alijs casibus, ita & in hoc negotio Magistratus non debet irumpere in aliena dominia, sed tantum uti officio suo intra suum dominium. Quia Petrus uerat inuadere aliena officia, & Paulus iubet unumquemque suæ uocationi inservire. Et Euangelium prohibet seditiones, Hoc est, prohibet arma capere, aut uim corporalem exercere aduersus alienos prætextu Euangelij. Quare non debent Magistratus Christiani exercere suum officium in alienis dominis, sed suis. Certe prætextu Euangelij irumpere in aliena dominia, & uti ut corporali in alieno, pugnat cum Euangelio, quia Euangelium prohibet seditiones, ut dictum est. Ut igitur nulli Principi, prætextu Euangelij licet occupare dominia uicini principis, aut in eius dominio aliquid constituere, Ita nec Ciuitatibus licet occupare Ecclesias illas, quarum dominium & ius patronatus prorsus nihil pertinet ad ipsas ciuitates, sed immediate pertinet ad Cæsarem. Nunc enim secludenda est in hac disputatione autoritas Ro. Pontificis, qua seclusa, si talis Ecclesia Cathedralis uacua fuerit, constat eam futuram simpliciter Cæsaris, & non Ciuitatis, Ergo dominium talium Ecclesiarum seu ius patronatus pertinet ad Cæsarem, & non ad ipsas

Ac uane iactant plerique se in terris suis plenam habere potestatem tam Papalem quam Imperialem.

Quo autem iure secluditur autoritas Ro. Pōt.

ipsas Ciuitates. Hæc igitur ratio est nostræ sententię. Nulli licet irrumperere in aliena dominia. Magistratus, cum officium suum uolunt exercere in Ecclesijs illis Cathedralibus, exercent potestatem suam in alieno dominio, Ergo exercent potestatem suam, ubi non opus est. In hoc argumento intelligimus maiorem propositionem concedi ab omnibus, sed negari minorem. Contendunt enim Ciuitates habere aliquam superioritatem super illas Ecclesias, quia in ipsis urbibus sitæ sint. In quibus senatus habet merum imperium. Ad hoc respondemus. Quamquam sitæ sint Ecclesię istę in urbibus, tamen non propterea pertinet dominium aut ius patronatus ad urbes, sed immediate ad Cæsarem. Iam enim secluditur autoritas Pontificis. Sicut ipse Cæsar in pacificationibus secludit, cum permittit Principibus, ut in suis dominijs ordinent Ecclesias. Hic enim omittit autoritatem Pontificis, & significat se loqui de his Ecclesijs, quarum dominium aut ius patronatus immediate pertineret ad ipsos Principes, si istæ res non essent sacræ, ut uocantur. Quod autem dominium aut ius patronatus Ecclesiarum Cathedralium non pertineat ad Ciuitates, inde intelligi potest, quia si (ut dixi) fierent uacua, non succederent Ciuitates, sed Cæsar immediate succederet, siue quia fundator est, siue propter alias causas, Quod autem sit ius fundatoris, non est obscurum.

Quamquam igitur fortasse subtiles aliqua rationes contra hoc excogitari possint, tamen existimamus hanc esse simplicem ueritatem. Et certe sic iudicant omnes status in Imperio quod tales Ecclesię non pertineant ad Imperium aut ius patrono. Ciuitatum, sicut Parrochię fundatæ ab ipsis Ciuitatibus aut Monasteria à ciuitatibus condita, aut sicut Parrochię

Plerique de facto irrumperunt, & consueuant eos de hoc non arguunt.

Vnde certum definiunt ius dicitur, si qui neque legibus neque Canonibus obediunt.

quas

quas conferant Principes, ad eorum dominium & ius patronatus pertinent. Decet autem nos in his politicis rebus sequi interpretationem ipsorum Principum bene sentientium. Et quia uidetur hæc controuersia habere aliquid ambiguum, prodesset, foederatos habere iustam deliberationem, & adhibitis prudentibus bonis & doctis uiris, statuere, quatenus liceret Magistratibus uti suo officio in talibus casibus, ut certo sciret singuli, quousque progredi liceret. Nam propter incertam opinionem non accersendum est certum periculum. Et quam graue sit conscientijs, sine necessaria causa motibus publicis occasionem præbere, Quam periculosum sit, omnes prudentes norunt. Igitur prodesset, istos foederatos hanc rem diligenter deliberare.

Nos non disputamus de præteritis factis, Quia enim Cæsar concessit qualemcumque pacem, præterita dissimulat, Sed de futuris disputamus, & de ipso iure. Et in talibus negotijs ambiguis, unde facile possunt exoriri ingentes motus, prodest etiam minus audere, sicut mediocritas in uirtute semper minori numero uicinior est. Et cum ad ministerium Euangelij non pertineat, ut aliqua corporali uti, præcipue decet concionatores de hac re moderate loqui, nec sumere sibi omnino iudicium de rebus politicis, sed etiam audire illorum iudicia qui discrimina dominiorum intelligunt.

De Cather  
dralium Ec  
clesiarum do  
minio Pro et  
contra.

Multa præterea obijciuntur, Primum, de periculis seditionum & alijs, Cum enim relinquuntur in una urbe dissimiles cultus, confirmatur aliquorum pertinacia, existunt factiones & dissensiones. Agnoscimus hæc pericula, sed non concedendum est ius magistratui in alienum, Nec incerta pro certis asseueranda sunt. Et his periculis occurrant Concionatores fideliter docendo.

Secundo, allegant quidam, has Ecclesias habere curam animarum

animarū quæ pertinent ad ciuitatem, sed hinc nondum potest effici, quod dominium templi, aut ius patro. ad ciuitatē pertineat, si ciuitas non uult uti illorum sacerdotum ministerio, quærat alios ministros & alia templa.

Tertio, de protectione allegatur, quod à Senatu defendant illa Collegia, Neq; etiam hinc potest effici, quod ppter ea dominium aut ius patro. pertineat ad ciuitates. Et quanq; nolo subtiliter disputare de hoc iure ptectionis, Certe decet Magistratum cauere, ne ciuibus concedat licentia uim inferēdi iniustam ullis hominibus siue inquilinis siue ciuibus. Et fortassis mandata Cæsaris deberent illos hospites tueri.

Quarto, Donata Ecclesiæ debent usibus eius loci Ecclesiæ relinqui. Hęc templa &c. donata sunt Ecclesijs harū urbium, Ergo ad hunc modum, illa transferre p suo iudicio ad meliores usus Ecclesiæ, Respondemus. Etsi minor uera esset, in talis translatio nō potest fieri contra uoluntatē superioris et ueri dñi, sicut etiā lex delegatis inquit. Deinde hæc fundationes pprie nō sunt donatę ciuitatib. sed sunt peculiaria dominia, sicut ipsi Episcopatus. Et sunt factę fundationes nō horum locorū causa, sed ut essent ibi pub. personę seruiturę ad ministracioni multarum Ecclesiarum, ut in scholis sunt publicę personę.

Quinto, Si Canonicus aliquis cædē faceret aut stuprū, nonne Senatus, qui solus habet gladiū, deberet eum punire, iuxta scripturā. Ergo ad hunc modū debet phibere & punire blasphemias. Hoc argumentū propter immoderatas libertates speciosum est, sed tamen hęc ratio non efficit, quod necesse sit capere Iurisdictiones ordinarias Collegijs aut Episcopis. Nā Canonicus ille habet suos Iudices, qui si sunt negligentes, tamen sine autoritate superioris Domini, nō sunt occupandę res eorum. Quod uero dicitur, neminem in tali

ciuitate habere ius gladij præter Senatum, non facit ad propositum, quia collegia habent suas Iurisdictiones & poenas. Deinde dissimilitudo est, Aliud est occupare templa & res Cæsaris, aliud est punire aliquam personam in aliquo crimine notorio. Item hæc negocia religionis dissimilia sunt notorijs criminibus, quia habet adhuc obscuras & magnas controuersias. Et alius est modus procedendi de rebus quæ uocantur in dubium, alius de criminibus notorijs.

Postremo, quanquam homines acuti multa in utraque parte disputare possunt, tamen ambigua uitanda sunt, et eligenda certa. Hæc certa sunt, Magistratum debere pios doctores suis populis præficere, & recte ordinare ecclesias, quæ proprie ad suum dominium & Iurispatrio. pertinent, satis habebit negocij si hoc fecerit. Alterum ambiguum est an debeant ordinare Ecclesias illas Cathedrales, cum non sit certum, pertinere ad ciuitates dominium earum aut Iurispatrio. Nec nos uolumus esse autores incerti et ambigui consilij. Non est enim accersendum periculum sine certa & necessaria causa. Et hæc regula pia est, & utilis paci publicæ, ne quis irrumpat in aliena dominia.

Hoc bono animo scripsimus, & rogamus, ut boni consulant lectores. Deinde, si quibus hæc non satisfaciunt, rogamus ne properent, sed referant hanc tantam rem ad fœderatorum consilium. Est hoc quoque Christianæ mentis, in rebus periculosissimis libenter explorare consilia prudentum & piorum quia scriptum est. Non innitaris prudentiæ tuæ. Nec satis est in tantis causis habere Laicalia argumenta, sed ad eas adhibenda est singularis prudentia, & earum rerum doctrina quas causa complectitur.

Luther. Creutzinger. Pomeranus. Philippus.

# MISCELLANEO

RVM LIBRI TERTII

Tractatus Nonus.

## NOVAE OPINIONIS LV.

theranorum, quod dicunt. In hostijs (ut uocant) seu  
 particulis consecratis, post usum communionis  
 remanentibus, non remaneat Corpus Do-  
 mini, Reprobatio per Ioan.  
 Cochlaeum.

## QVOD IN PANE ET VINO CONSE-

cratis uere & substantialiter maneat Corpus & san-  
 guis Christi quā diu integræ & saluæ permanent  
 species panis & uini, probatur auto-  
 ritate & ratione.

## AUTORITATE SCRIPTURAE ET

sanctorum Patrum & Ecclesiae Catholicae.



Atth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ait ipse Domi-  
 nus. Hoc est corpus meum, hic est sanguis  
 meus noui testamēti. Consistit igit̃ ueritas  
 & perfectio huius sacramenti in ipsa con-  
 secratione, siue usus sumendi assit siue non  
 assit. Quamprimum enim intentione  
 consecrandi proferūt̃ a consecrante ista uerba, uere & sub-  
 stantialit̃ pficiūt̃ hoc sacramentū, et uere ac substantialiter as-  
 sunt corpus & sanguis Christi, quia uerba illa sunt ipsiusmet  
 uerita

ueritatis, quæ mentiri aut fallum dicere non potest, Iohann  
 14. Ego sum uia ueritas & uita. Assunt autem non motu  
 locali, nec generatione, nec creatione, sed substantiali trans-  
 mutatione seu conuersione substantiæ panis in substantiã  
 corporis Christi, & substantiæ uini in substantiã sanguinis,  
 Corpus enim Christi neq; generatur neq; creatur de nouo,  
 nec etiam mouetur de loco cœli ubi sedet ad dextram patris,  
 sed idem numero est in cœlo & in altari, licet diuerso modo.  
 Quippe in cœlo uisibiliter ac localiter, In altari autem inuisi-  
 biliter & sacramentaliter, Et incipiunt ibi esse substantiali-  
 ter corpus & sanguis Christi, uirtute uerborũ Christi, quia  
 ipse dixit & facta sunt Psalm. 32. & 148. Cum igitur non  
 proferantur alia uerba, quorum uirtute ibi esse desinant, nec  
 cessarium est dicere ac firmiter credere, manere ibi corpus &  
 sanguinem Christi, quousq; manent species panis & uini,  
 quibus uirtute uerborum Christi semel assunt, siue usus aut  
 sumptio assit siue desit, Verba enim Christi non transeunt,  
 sicut trãsit usus aut sumptio. Nec ab usu aut sumptione, sed  
 à consecratione ueritatem habet & substantiam suam hoc  
 sacramentũ, Non enim ab usu, sed ab eo quod res est, Ora-  
 tio uera dicitur. Hæc autem Oratio, Hoc est corpus meũ,  
 est oratio Christi, ergo est uera, quia est ipsemet ueritatis.  
 Si est uera, ergo adest & manet ibi corpus Christi, mox facta  
 uerborum prolatione, antequam sequatur usus aut sum-  
 ptio. Est igitur ibi uere corpus Christi per uerba Christi, siue  
 ne usu & sumptione, Est enim ibi antequam usus subsequa-  
 tur, Non igitur ab usu habet, quod ibi sit aut maneat, quia  
 uere ibi est antequã usus accedat. Non est igitur usus de sub-  
 stantia & perfectione eius, quia sine eo per consecrationem  
 consequitur substantiam & perfectionem realẽ. Si ergo sine  
 eo est, ergo & sine eo manere potest. Ab eodem enim  
 habet

habet esse & manere, Quid enim aliud est manere quàm ibi aliquandiu esse? Est autem ibi ante usum, ergo & manet ibi ante usum, Non est igitur usus de substantia eius, igitur sine eo potest subsistere, quia est uera substantia quæ per se existit, Quod si ante usum aut sumptionem non esset aut maneret ibi uere & substantialiter corpus Christi, falsa essent uerba Christi dicentis, Hoc est corpus meum, quod est impossibile, quia ueritas ipsa mentiri non potest. Et cõsecrans non deberet dicere, Hoc est, sed Hoc erit corpus Christi, utpote quando sumetur ab aliquo. Neque deberent, uerba consecrationis à consecrante proferri, nisi quando speciem panis in os mitteret sumentis, quia ante usum sumentis non posset uere dici, hoc est corpus meum, si usus esset de substantia eius.

Quicumq; igitur asserit, post consecrationem non manere ibi substantialiter corpus Christi, absq; usu aut sumptione, is multa incurrit absurda & impia. Primo falsificat uerba ueritatis & Dei omnipotentis, ista scilicet, Hoc est corpus meum, quia contrarium astruit, nempe, quod hoc non sit corpus Christi. Secundo. Extollit se supra Deum uelut Antichristus 2. Theff. 2. Quid ita? quia quod Deus astruit, dicens, hoc est corpus meum, Id ipse negat, dicens, hoc non est amplius corpus Christi. Tertio, Virtutem suæ opinionis maiorẽ facit uirtute uerborum Christi Dei omnipotentis, Constat enim uirtute uerborum Christi uere dici, Hoc est corpus meum, Hanc autem uerborum Christi uirtutem nititur ille destruere, non ullis quidem uerbis Dei aut scripturæ, sed suæ tantum opinionis assertionẽ nuda, & nullis scripturis aut rationibus firmata. Quarto. Consecrando mutat uerba ueritatis in mendacium, Dicens enim hoc est corpus meum, mentitur sibi ipsi, credens, qd non est, sed erit

corpus Christi, nempe tunc quando mittetur in os sumē-  
tis. Quinto porrigit fidelibus merum panem pro corpore  
Christi, Nam ante usum ait non esse ibi corpus Christi, In  
usu autem non profert uerba Christi per quę consecratio  
fit, Ergo nihil porrigit nisi panem, ex pane enim non fit cor-  
pus Christi sine uerbis consecrationis, Sexto peruerit ordi-  
nem ueritatis, Nam quod uerbis consecrationis tribuere de-  
beret, tribuit usui sumentis, Non enim per usum fit presens  
corpus Christi, ut ipse putat, sed per uerba consecrationis,  
quę ante usum sunt prolata. Ipse igitur peruerse tribuit po-  
steriori quod priori tribuendum est.

Quod si quis dicat, In alijs sacramentis ita esse, ut in ipso  
usu perficiatur substantia sacramenti, sicut est uidere in ba-  
ptismo, cōfirmatione &c. Non enim perfectum est baptis-  
ma, nisi quando aquę applicatur baptizandus & dicitur ei,  
Ego te baptizo in no. pa. et fi. etc. Huic respōdetur q̄ in hoc  
ipso differt Eucharisticę sacramentum ab alijs, q̄ aliorum per-  
fectio in applicatione seu usu, hoc autē in consecratione pan-  
nis & uini perficit. Ideo & in alijs suo noīe agit minister, ut  
ego te baptizo, ego te linio & confirmo &c. In Eucharistia  
autem, non suis sed Christi utitur uerbis, At uerba Christi  
efficacissima sunt, longe magis quā ministri, Imo non est  
ęqua p̄ omnia similitudo. Perfectio igitur & substantię Euc-  
haristicę sacramenti, non ex usu, sed ex uirtute uerborum  
Christi, expendenda est.

AUTORITATE SANCTORVM

Patrum & antiquorum.

**A**ntiquissimus Apostolorum discipulus S. Dionysius  
in lib. de Eccle. hierar. c. 3. ait sic. At uero Pontifex, cū  
diuina in uera laude p̄secutus fuerit, sacrosancta & augus-  
tissima mysteria conticit, & quę ante laudauerat, uenerans  
dis op̄era

his operata atq; abdita signis, in conspectum agit, diuinaque munera reuerent ostendens, ad sacrā illorū cōmunionē et ipse cōuertit, & reliquos ut cōmunicēt hortatur. Ex his cōstat, hęc sacramenta cęlestia p̄ consecrationis uerba prius cōfici, & populo reuerenter ostēdi, anteq̄ sequatur usus sumendi.

Irenęus auditor Polycarpi, qui S. Ioannes Euang. discipulus fuit, ait lib. 4. c. 32, Noui test. nouam docuit oblationem quā Ecclesia ab Apostolis accipiens, in uniuerso mundo offert Deo. De qua latius infra, c. 34. differit. Constat autē oblationem p̄cedere usum seu sumptionem, prius enim sacerdos deo offert quā de oblatione ipse cum alijs participat Leui. 6. Non offert autem panem et uinum simpliciter, sed in corpus & sang. Christi transmutata. Ait. n. Irenęus. Jam non cōmunis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena & cęlesti. Est igitur ibi uere corpus Christi per consecrationem, quod et offertur Deo añquā subsequatur usus communicandi. Ergo non ex usu, sed ex consecratione per uerba Christi substantialiter adest corpus Christi, si autē uere adest, q̄s adesse prohibet, nisi mox sequatur usus. Cū non ab usu sed à consecratione habeat esse:

Tertull. Apher, uetustissimus inter latinos autor, lib. 2. ad uxorē suā sic ait. Non sciet maritus, qd secreto ante oēm cibum gustes, Et si sciuerit panē, nō illū credit esse qui dicitur Et lib. de corona militis sic ait. Eucharistię sacrām, & in tempore uictus, et oibus mandatū à domino, etiā ante lucaniscetibus, nec de aliorū manu q̄ presidētū sumimus. Ecce uxor Christiana domi secreto ante oēm cibū gustauit panē, quē Eucharistiā dicimus, mansit ergo ibi corpus dñi multo tēpore, anteq̄ sumeret. Et cętibus antelucanis sumebat à sacerdote, qui prius cōfecerat puerba cōsecrationis, & obtulerat in missa Deo, anteq̄ porrigeret sumentibus. Nō igitur ab usu, sed à consecratione esse habet Eucharistia. Orō

- III. Origenes in Matth. Homel. 35. sic ait. Panis iste, quem deus uerbum, corpus suum esse fatetur, uerbum est nutritorium animarum, uerbum de deo uerbo procedens, & panis de pane celesti, qui positus est super mensam, De qua scriptum est, Præparasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Ecce & Origenes testatur, panem istum esse corpus Christi & positum esse super mensam, Nō ergo usu, sed consecratione talis est, quia ante usum super mensam ponitur.
- V. Cyprianus in ser. de lapsis, sic habet. Et cum quædam mulier arcam suam, in qua domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Hinc manifeste constat, sanctum domini, id ē Eucharistiā, eo tēpore etiam domini privatim in arca retentum fuisse, Tantum abest, ut absq̄ usu esse aut manere ad tempus non possit. Semel enim uerbo dei factum, manet semper quāmdiu manet species panis qui in illud consecratione sacerdotis conuersus est.
- VI. Nec ex usu dependit, quia per se substantia est & p̄ sese subsistit. Ambrosius in lib. de excessu fratris, c. 7. sic ait. In naufragio constitutus, non mortē metuens, sed ne uacuis mysterij exiret ē uita, Quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium Sacramentum poposcit, Non ut curiosos oculos infereret arcanis, sed ut fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium in uoluit in collo atq̄ ita se deiecit in mare, fidei solius arma querens, Nec deseruit spes, nec fefellit opinio. Deniq̄ primus seruatus ex undis, & in portum terrenæ stationis euectus, præsulem suum, cui se crediderat recognouit. Nam qui tantum mysterij celestis inuoluti in orario præsidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur, si ore sumeret, & toto per  
toris

toris hauriret arcano? Quam maius putabat fufum in uis-  
 scera, quod tantum sibi tectū orario profuiffet. Quid obles-  
 cro apertius hoc San. Ambrosij testimonio afferri aut dici  
 queat? Ecce ab initiatis seruabat sanctum domini in nauī,  
 & à Satyro fratre S. Ambrosij recipiebatur non in os, sed in  
 collo tectum & inuolutum orario, & eius præsidio primus  
 è mari saluatus euasit, Quis ergo negare queat, uerum ibi  
 fuisse corpus domini, quod tantæ fuit uirtutis: & tamen si-  
 ne usu & sumptione ibi erat. Ergo falsum est, illud sine usu  
 non esse aut remanere. Multo quidem plura sunt S. Ambro-  
 sij testimonia, de hoc sacramento in lib. de initiandis myste-  
 rijs c. 9. & Lib. 4. c. 4. de sacramentis, sed ea breuitatis causa  
 hic omittuntur.

Pius Papa. I. qui præfedit circa annū domini. 153. Sic  
 ait, Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in ter-  
 ram, lingua lambetur, tabula radetur, & sacerdos 40. diebus  
 poeniteat. Ecce quam aperte dicit antiquus iste pontifex, si  
 aliquid de sanguine stillauerit in terram, Qua igitur fronte  
 neget aliquis nunc, extra usum non esse ibi sanguinem, sed  
 effundi merum uinum dicat? Qm̄ per consecrationem uis-  
 num transiuit in sanguinem, ut ait Ambro.

Paulinus in uita S. Ambro. & Eusebius quidam in uita  
 S. Hieronymi attestantur hos sanctos in exitu suo corpus  
 domini sibi allatum sumpsisse, Et Eusebius in Histo. Eccle.  
 refert quendam non potuisse mori, donec afferretur ei in ca-  
 nistro iuncea corpus domini missum à sacerdote. Semper  
 igitur licitum fuit, corpus domini reseruare in uaticum, pro  
 infirmis, Qua de re apertus extat Canon antiquus Concilij  
 Guarmaciensis. In hæc uerba, Presbyter Eucharistiam sem-  
 per habeat paratam, ut quādo quis infirmatus fuerit statim  
 eum communicet, ne sine communione moriatur.

VII.  
 De cōsecre-  
 dist. 2. c. si p  
 negligentia.

VIII.  
 De cōsecre-  
 dist. 2. c. pres-  
 byter.

Miscell. Lib. III. Tra&. IX.

**IX.**  
Ex lib. Pontificali

Symmachus Papa, ante mille annos, fecit Romæ in Basilica Syluestri & Martini super altare Ciborium argenteum quod pensabat libras CXX. Similiter et in Basilica S. Andreae apud beatū Petrum fecit Ciborium ex argento & confessionem, pensantem libras CXX. At nemo ignorat, Ciboria fieri, ut in ijs referuatur uenerabile sacramentum.

**X.**  
De cōsecra. diff. 2. c. Qui bene non,

Deniq; in Concilio Arelatensi sic statutum legitur. Qui bene non custodierat sacrificium, & mus uel aliud aliquod animal illud comederit LX. diebus pœniteat. Qui autem perdidit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit XXX. dies pœniteat. Ex hoc quoq; Canon ne liquidissime cōstat, Eucharistiam extra usum communicationis manere & referuari posse, licet propter usum comunicandi referuatur. Nam tum statim desinit ibi esse, si non assit mox usus.

Infinite profecto extant historiæ, & exempla apud Berdam, Anselmum, Lanfrancum, Alexandrum de Ales, Albertum, Thomam, Antoninum, Vincentium, &c. de uarijs miraculis, quæ circa corpus Domini in Ecclesijs referuatum contigerunt, Ut impudentissimum sit, omnia negare, & dicere, ibi non esse corpus Domini, sed panem tantum, Cum constet ex Sancto Ambrosio, per consecrationis uerba panis substantiam transmutatam & conuersam esse in corpus Christi, quod uana et erronea opinio nequaquam destruere aut corūpere aut ex speciebus panis depellere potest, quum sit ibi uirtute uerborum Christi, quæ longe ualentior est, quam ut cedat impię opinionis figmento humano.

RESPONSIO AD OBIECTVM.

**I**n Epistola Clementis ad Iacobum fratrem Domini sic habetur, Certe tanta in altario holocausta offerant, quanta potest

ta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non referuentur, sed cum timore & tremore clericorū & diligentia consumantur. Ex his patet, quod referuari hostiæ consecratæ non debeant in crastinum, sed consumi à Clericis. Responsio. Eo tempore non erat necessarium, hostias referuare p̄ infirmis, sicut nūc est. Quia tunc quotidie communicabant omnes, ut patet ex decimo Canone Apostolorum. Deinde non negat Clemens in referuatis aut relictis post populi communionem particulis esse uerum corpus Christi, ut negat noua opinio, sed cōtrarium plane in eadem affirmat epistola. Sic enim ait. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relictæ sunt, cōsumūt, nō statim ad cōmunes accipiēdos cibos cōueniāt, ne putēt sanctæ porcioni commiscere cibū, qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Quinetiam referuari & custodiri permittit in eadem epistola. Sic enim ait, Tribus gradibus cōmissa sunt sacramenta diuinorum secretorum, id est, presbytero, Diacono & ministro, Qui cum timore & tremore Clericorum, reliquias corporis dominici debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur. Vt cum negligenter agitur, porcioni corporis dominici grauis inferatur iniuria. Ex his igitur constat, semper licitum & consuetum fuisse in Christi ecclesia, referuare & custodire in sacrario aut ciborio particulas consecratas, quas hic Clemens reliquias & porciones corporis dominici uocat. Quamuis cautelæ gratia scripserit, eas reliquias à Clericis consumi debere, Quia tunc minus necessarium erat, quam modo referuare in crastinum, quādo omnes fideles quotidie communicabant.

Si dicatur, Eucharistiā consecrari in cibum & potū ambrosianæ, non ad reseruandum, facilis est responsio, quod etiam reseruata hostiæ consecrata in cibum & ad usum sumendi reseruantur, & in hoc nihil sit contra ullā scripturam. Neque poterit ex ulla scriptura probari, corpus domini desinere ibi esse, nisi statim sumatur, Falsa igitur & impia prorsus est ista noua opinio.

Error nouæ opinionis inde uenit, quod nesciunt isti homines differentiā inter Eucharistiā & alia sacramenta, Quæ sane duplex est (ut supra quoque dictū est) una in hoc, quod aliorū sacramentorū perfectio consistit in usu & applicatione materiæ nō in cōsecratione materiæ, sicut Eucharistiā, Baptismus enim nō est perfectus, quā benedictiōnis, nec confirmatiōnis, quā cōsecratur Chrisma, sed quā aqua et Chrisma applicatur in usum cū debita uerborū forma. At Eucharistiā mox est perfecta, quando uerba consecrationis super materiam proferuntur à sacerdote. Altera differentia est in hoc, quia circa alia sacramenta utitur sacerdos uerbis suis, ut Ego te baptizo, Ego te linio, &c. In Eucharistiā autem utitur nō suis sed Christi uerbis, uti docet S. Amb. de sacramētis li. 4. c. 4.

Magna est igitur temeritas impudentiaque & impietas Lutheranorum, qui contra fidem totius Ecclesiæ ac tot retro seculorum, audent absque omni scripturæ autoritate, affirmare quod in residuis particulis consecratis, quæ remanent post cōmunionē in altari, et cōseruantur in ciborijs pro infirmis aut reponuntur ac circumferuntur in Monstrantijs, non sit amplius ibi substantialiter corpus domini, licet ibi fuerit antea per uerba consecrationis. Hoc autem nouum impietatis signum confutari potest per subsequentes quoque breuiusculas rationes.

RATIONES XX. CONTRA

nouam Lutheranorum opinionem de Eucharistia.

**V**era sunt uerba Christi, Hoc est corpus meum, At hæc I.  
semel super residuas partes prolata sunt, ergo uere  
de eis dicuntur, scriptum est enim. Cælum & terra transibunt  
uerba autem mea non transibunt, Matth. 24. Luc. 21.

Scriptum est Nu. 22. Si dederit mihi Balac plenam do- II.  
num suam argenti & auri, non potero immutare uerbum  
Domini Dei mei. At hoc est uerbum domini, semel prolas-  
tum super panem, hoc est corpus meum. Quis igitur potes-  
sit hoc immutare?

Nu. 23. Non est Deus quasi homo ut mentiatur, Nec III.  
ut filius hominis ut mutetur. Dixit ergo & non faciet: los-  
cutus est & non implebit: At dixit, hoc est corpus meum,  
hic est sanguis meus, Ergo non mentitur nec in uerbo suo  
mutatur, Mutaretur autem, si contradictorium (nempe, hoc  
non est corpus meum) fieret uerum.

Exo. 4. Pone uerba mea in ore eius, et ego ero in ore tuo, II II.  
& in ore illius. Hanc sententiam uerissime dicere possumus  
de sacerdote consecrante, Quia non suis sed Christi uerbis:  
conficit, Cum igitur dicat, hoc est co. m. Et non sit Deus si-  
cut homo ut mentiatur aut mutetur, Non est credibile, quod  
hæc uerba Christi fiant falsa, aut mutantur, ex hoc quod non  
statim post eorum prolationem sequitur usus aut sumptio  
sacramenti. Nusquam enim scriptum est ita, Hoc est corpus  
meum, si mox in os sumatur, Desinit autem esse corpus meum,  
si non statim sumatur, Temere igitur hoc à nouis sectis as-  
seritur.

1. Reg. 3. Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum V.

Miscell. lib. III. Tract. IX.

eo, & non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram. Si nihil uerborum Samuelis cecidit in terram, quanto minus hæc sacratissima uerba Christi, hoc est corpus meum in terram cadent? Caderent autem in terram, si ullo pacto fierent falsa, aut contingeret ea in cassum & frustra esse prolata, Quod utiq; fieret, si desineret ibi esse corpus Christi, antequam sumeretur hostia.

VI. Gen. 24. Dixerunt Laban et Bathuel, A domino egressus est sermo, Non possumus extra placitū eius quicq; aliud loqui tecū. Sic et iste sermo. Hoc est corpus meū, à dño egressus est. Nemo igitur extra placitum eius quicq; aliud loqui debet, aut uere potest. Aliud autē loquit, qui ait, Nō est ibi amplius corpus Christi, si cesset usus aut sūptio, et non statim sumatur.

VII. Deut. 1. Increduli ad sermonem Dei murmurastis in tabernaculis uestris. At iste est sermo Dei, super panem prolatus, hoc est corpus m. Ergo incredulus est & murmurator, qui negat ibi esse corpus Christi, usu non statim sequente. Nulq; n. præcipit, ut statim post prolationē sequat sūptio.

VIII. 3. Reg. 17. Ait mulier ad Heliam, Vir dei es tu, & uerbum domini in ore tuo uerum est. Sic & in ore sacerdotis confectantis uerbum domini uerum est, Hoc est corpus m. Ergo manet uerum. Non enim prædicatur ibi accidens de subiecto quod præter subiecti corruptionem adesse & abesse contingat, sicut quando dicitur, homo est albus, sed est ibi prædicto carnis substantialis & identica, Corpus enim Christi non est accidens, sed substantia.

IX. Psal. 32. Quia rectū est uerbū dñi, & omnia opa eius in fide. At in cōsecratione Eucharistiæ uere est uerbū dñi, & opus cōsecrationis non hominis sed dei est, ut ait Ambro. Ergo uerbum illud est rectum et opus illud in fide. Ait n. S. Aug. Quid est, Rectus est sermo dñi? Non te fallit, tu eū noli fallere.

Icre, imo tu tenolis fallere. Quis. n. faller oia scientem? Sed mentita est iniquitas sibi, qm rectus est sermo dñi, Quā autē re- cius esset hic sermo & hoc uerbum dñi, Hoc est corpus m. si contradictoriū eius (hoc non est corpus m.) esset uerum et rectam: Aut quō hoc opus in Eucharistię cōsecratione esset in fide, in ueritate, si non permaneret rectum & uerum.

2. Tim. 2. Deus fidelis pmanet, negare semetipsū nō potest. X. At ipse dicit in ore sacerdotis, hoc est corpus m. Quō igitur fidelis pmanet, si nō manet uerū qđ ipse dixit? Si autē uerū manet uerbum eius, falsum utiq; & impiū est, dicere, qđ non maneat ibi corpus Christi, quod ipse conficiendo dicit & dicendo conficit, Quisquis igitur id negauerit, & Deus negabit eum, si non credit, ut ait ibidem Apostolus.

Psal. 116. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & ueritas dñi manet in eternū, Quō autem confirmata manet eius misericordia sup nos, si ex Eucharistia semel consecrata corpus dñi euanescit: Quod. n. euanescit, nō est firmum aut confirmatū. Si ergo ueritas dñi in Eucharistia est, utiq; manet in aeternum, & non poterit falsitas ibi habere locum, quia ueritas domini manet in aeternum.

Psal. 118. In aeternū dñe pmanet uerbū tuū i celo, In generatione et generatione ueritas tua, sūdaisti terrā et permanet. At hoc uerbū Dñi dat nobis panem de celo uerū Ioh. 6. Veritas igitur eius permanet, & non euanescit cessante usu, Non. n. ab usu dependet substantiæ ueritas, Potest. n. substantia esse sine usu, sed non e contra, Usus. n. accidens est & per se subsistere non potest, sicut potest substantia, fundauit itaq; dominus terram, corpus suum in Eucharistia, ut pmaneat, non ut transeat aut euanescat, ad libitum hominis aut ad falsæ opinionis phantasiā.

Tobie, quarto, Audi fili mi uerba oris mei, & ea in corde

corde tuo quasi fundamentum construe. Hæc in figurâ Christi dicta sunt. Verba sane consecrationis sunt uerba eius, Ergo sunt in cordibus nostris per fidem construenda aut statuenda quasi fundamentum, & non quasi euanescens superficies, fundamentum autem stabile est & non euanescit, Cum igitur per uerba consecrationis corpus Christi esset substantia panis conficiatur, eis firmiter ut fundamento ad hærendum ac innitendum est indubitata fide, ac minime credendum aut opinandum, ne suspicandum quidem aut uel leuiter cogitandum, quod propter usum cessante cesset mox etiam ipsius rei ueritas & substantia.

XIII. Psalm. 144. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. In Eucharistia autem est & uerbum & opus domini, non hominis, Ergo in eis fidelis est et sanctus. At si non permaneret ibi corpus domini usu cessante, nec fidelis esset Deus in uerbis consecrationis, nec sanctus in opere confectionis, Quia nec uerbis inest ueritas, nec operi firmitas, sancte enim firmare est.

XV. Prover. 30. Omnis sermo dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquid uerbis illius, ne inueniaris mendax, Mendax est igitur quicumque his uerbis Dei, Hoc est corpus meum, addit alia uerba, ex suo pectore conficta, Qualia sunt, Tunc primum quando sumitur, Item, quousque durat sumptio, Item, quando in ora fidelium mititur, Item antequam sumendi cesset usus. Non autem postquam cessat usus. Nihil enim horum uerborum in uerbis dei reperitur, mendax igitur inuenitur, qui talia ex se conficit & uerbis dei addit.

XVI. Ecclesi. 12. Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore uno, his amplius filii mi ne requiras. Quisquis

quisigitur uerbis consecrationis amplius addit aut requirit, contrarius est ueritati, & uerba Dei habet, non quasi clauos in altum defixos, sed uelut arundinē aut stipulam quolibet uento falsæ imaginationis agitatam. Ait itaq; super hæc uerba S. Hieronymi, Exceptis his uerbis quæ ab uno pastore sunt data, & à Concilio atq; consensu prolata sapientum nihil facias, nihil tibi uindices, maiorum sequere uestigia, ab eorum autoritate non discrepes. Alioqui quærenti multa, infinitus librorum numerus occurret, qui te protrahat ad errorem.

**Ecclesiast. 2.** Qui timent Dominum, non erunt incredibiles uerbo illius, & qui diligunt illum, conseruabunt uerbum illius. Hinc ergo sequitur, quod neq; timent neq; diligunt Deum s; , qui negant in consecrata hostia extra usum sumptionis esse corpus Christi, Quia neq; credunt neq; conseruant uerbum domini quod in consecratione prolatur, sed contradictorium eius temere sine omni scriptura & ratione contra clara sanctorum patrum testimonia asserunt.

**Esaiæ quadragesimo.** Cecidit flos, Verbum autem domini stabit in æternum, Et c. 55. Sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Nō reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunq; uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud, Constat autem hoc esse uerbum domini. Hoc est corpus meum, Ergo stabit in æternum, & non reuertetur uacuum; Caderet autem & uacuum fieret, si corpus domini esse cessaret quod uirtute consecrationis semel fuit.

**Hieremiæ sexto.** Ecce uerbum domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Et infra, Argentum reprobum uocate eos, quia dominus proiecit illos, Hęc Prophetæ quærela & sententia eos utiq; perstringit ac percellit,

qui uerbum consecrationis non suscipiunt nisi ad modicum  
 tempus quod usui aut sumptioni impenditur, sed trahunt  
 illud in opprobrium & ludibrium populi, dum consecra-  
 tam hostiam in capsulis aut monstrâijs repositam pro Idolo  
 habent & abominantur, & consecratum uinum uelut ar-  
 quam effundunt in terram aut retro post altare. Ergo facti  
 sunt argentum reprobum, quod in scoriam uersum est, &  
 uinum eorum mixtum est aqua, ut alius ait propheta.

Esa. 1.

XX.

Secundo Corinthiorum sexto, In omnibus exhibeamus  
 uerbo ueritatis, in uirtute Dei. At nusquam exhibent se ma-  
 nifestius sacerdotes Dei ministros quam in altari, quando  
 uerbo ueritatis & uirtute Dei (non sua) Eucharistiam con-  
 ficiunt. Non euanescit igitur illud uerbum et ea uir-  
 tus mox quando cessat hominum usus in sus-  
 mendo. Est enim uirtus infinita, & do-  
 minus ipse ait, Verba mea non  
 transibunt.

Scripta sunt hæc Misnæ, mense Iunio, Anno

1539.

MISCELL


# MISCELLANEO

RVM LIBRI TERTII

Tractatus Decimus.

EXCVSATIO CATHOLICORVM EX  
pectatium futuri Concilij Determinationem Per Ioan.  
Cochlæum, Ratisponæ 18. Iunij

1541.



**I**niciſſime Imperator, Auguſte Sacra-  
tiſſime ac Rex Catholice, Princeps ac do-  
mine omniũ Clementiſſime, Cũ ſacra-  
tiſſ. Maieſt. tua non leui cum diſpendio ſum-  
ptum & regnorum atq; prouinciarum ſua-  
rũ periculo atq; incommodo huc uenerit,  
& nõ breui tempore expectet Principũ, ac ſtatuũ ſacri Ro.  
Imperij conuentũ, ut ſua & ſapientia & autoritate cõcordes  
reddat nos Germanos, in fide & religione ſupra XX. iam  
annos maxima cum animarum iactura diſſidentes, Nõnul-  
li interim Proteſtantiũ Concionatores non uerent nos pu-  
blice traducere, atq; etiam damnare, & abyſſo Inferni adiu-  
dicare, propterea, quod nolumus in eorum ſententiam con-  
cedere, antequam eorum doctrina publice in Generali ap-  
probetur Concilio, Nouo itaq; agnomine probri gratia  
uocant nos Expectantes, qui ſalutem noſtram cõſtituamus  
ſuper traditiones humanas, Proinde comparant nos Iudeis  
qui uane ſuum expectant Meſſiam. Operẽ preciũ igitur  
fuerit, nos ab hoc probro excuſare ac uindicare & expecta-  
tionis noſtræ cauſas referre, ut repellamus & confutemus

grauissimam & iniquissimam eorum calumniam, qua nos publice diffamant, dicentes, nos scire, quod eorum doctrina ueritas sit & uerum Euangeliū, idq; nos agnoscere ac fateri, nihilominus tamen ueritatem & Euangelium persequamur. Quod autem nos non ex malicia, odio aut inuidia, sed ex iusta & necessaria salutis nostræ cura & sincero timoræ conscientia dictamine, ueriq; Euangelij autoritate, recusemus eorum doctrinam approbare & acceptare, nisi prius examinetur & comprobetur à Generali Cōcilio, aut saltem à summo Pontifice & sede Apostolica, sacrae Maiestatæ & multis & iustis rationibus probare possumus. Quarum nonnullas breuiter cōmemorabimus, p̄ quas & Maiestatæ et optimis quibusq; uiris nos excusatos fore speramus.

Primū igit̄, Cū probe sciamus, Lutheri reprobata dogmata iam pridem ante annos XX. publice damnata esse, uelut falsa & hæretica, Vuormaciæ quidem in Conuentu Imperiali per Edictum publicum, atq; etiā per sententiam à Maiestate tua propria manu scriptam, Romæ uero à Papa Leone X. in publico cōsistorio, per bullā autenticam per omnes Nationes Christiani nominis promulgatam. Atq; etiam Parisijs, Louanijs, & Colonia per solennia decreta & exquisitas Determinationes probatissimorū doctorū facultatis Theologicæ, Quin etiam seuerissimis interminationibus, Interualis & sententijs Christianorum Regum & Principum per totam fere Europam, In Gallijs, Hispanijs, Anglia, Scotia, Italia, Polonia, &c. Nō est igit̄ nobis p̄ cōscientias nostras integrum aut securum, contra tot ac tantas damnationis sententias, Lutheri doctrinam, quam ipse cum suis adherentibus pro Euangelio per errorem (ut arbitramur) habet, approbare, nisi aliter ab uniuersali Ecclesia per Generale Concilium decretū fuerit, Id quod nunq̄ fore putamus. Tenemur itaq; non

non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, superioribus nostris parere, ut ait Apostolus.

Secundo. Cum non ignoremus, Lutherum in doctrina sua persepe variasse ac mutasse suam sententiam, perfecto non potuimus pro conscientiam, Ecclesie (quam Paulus uocat columnam et basim ueritatis) sententiam, a tot sanctis patribus traditam & approbatam, atque tot seculis uniuersaliter per totam Christi Ecclesiam ritu continuo & obseruatione perpetua confirmatam, temere derelinquere, & nouis Lutheri & quorundam inquietorum et nouas res querentium hominum, complicum eius, doctrinas et Ceremonias amplexari, Quia magis credendum est Apostolo, quam columnam & basim ueritatis uocat Ecclesiam quam Lutherus, qui usque adeo incostans & uariatus est in doctrina sua, ut non solum Theologi & eruditi homines, sed etiam nonnulli laici antilogias eius deprehenderint, Quippe extat quedam contradictionum eius tabula, in qua Gasparus Querhaimer, Ciuis Hallensis in Saxonia, demonstrauit ex diuersis Lutheri libris XXXVI. Contradictiones circa unicum articulum, qui est de Communione Eucharistie, Non igitur super stabilem petram, sed super mobilem arenam aedificata est eius doctrina, Non possumus itaque salua conscientia fidem Ecclesie antiquam & firmam deserere, et pro ea Lutheri doctrinam temere, antequam a generali Concilio discutatur, amplecti.

Tertio. Non latet nos, quanta fuerit haec haec discor-  
dantia & contrarietas inter Concionatores Protestantium, in plerisque articulis, maxime de Sacramento Eucharistie, Nam libri eorum contra se inuicem aediti id eos negare non sinunt, Non possumus igitur bona conscientia certam Ecclesie de huiusmodi controuersijs fidem & sententiam dimittere, & incertis illorum opinionibus nouis aut male res

novatis atque inter sese contrarijs adhaerere, nisi per spiritum sanctum in Generali Concilio aliud edocti ac iussu fuerimus.

Quarto. Videmus eos multos nunc asserere articulos, quos scimus iam olim ab Ecclesia contra antiquiores haereses damnatos esse, Quales permulti leguntur circa errores Leonistarum, Vualdensium, Albigenium, Dulcinistarum, Vuiclephitarum &c. Verbi gratia, Horas Canonicas & varios canendi modos in Ecclesijs nihil prodesse, Item Sanctorum festa, Ieiunia, Ordines, Benedictiones salis, aquae, herbarum &c. Pro nihilo esse, Decreta patrum, Decretalesq; Ro. Pontificum, & sanctorum patrum expositiones nullius esse autoritatis &c. Quomodo igitur nunc tandem salva conscientia possimus talia in Lutheranis approbare, quae tot iam saeculis ab uniuersali Ecclesia publice sunt reprobata et damnata? Scriptum est enim, Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Item, Ne dimittas legem matris tuae.

Prouer. 22.  
Ib. c. 1. & 6.

Quinto. Experti nuper sumus, Hagenoiae & Vuormaciae, quam infida & lubrica sit eorum stipulatio atque promissio circa concordiae tractatus, Nam cum antea nobiscum Augusta in multis Confessionis suae articulis per septenorum colloquium concordassent, ausi sunt eam & negare & recusare concordiam, in publicis Imperij Conuentibus. Nos igitur ausi non sumus neque conscientijs nostris tutum est, a certis Ecclesiae traditionibus recedere, atque incertos concordiae articulos ab eis recipere, quos postea forsitan iterum sint mutaturi. Prohibet enim nobis istud sacra scriptura, dicente Apostolo, ad Galatas. Siquis uobis aliud Euangelizauerit praeter id quod accepistis, anathema sit. Item ad Ephesios, Jam non sumus paruuli fluctuantes, &

tes, & circumferamur omni uento doctrinæ in nequicia hominum, Scimus autem multis experimentis, quàm incertæ sint nouæ apud Lutheranos ordinationes, ab anno in annū uariabiles, & iam sæpe mutatæ, adeo, ut nō uereant aliquando publice præcipere, illa & illa esse obseruanda, donec aliter aut melius ordinetur.

Sexto. Nihil illicertius pro Euangelij ueritate habent apud semetipfos quàm suam Confessionem & Apologiam, quas Cæs. Maiestati obtulerunt Augustæ. At probe constat nobis, in ijs quoque non semel ab eis uariatam esse, Nam autor ipse Apologiæ publice præfatus est. Apologiam in ea forma, qua Cæs. Maiestati oblata est, à se editam non esse, Et Confessionis Originale Germanicum, quod Cæs. Maiestati oblatum est, non per omnia concordat cum latino exemplari, quod Paulo post euulgatum fuit, Præterea obtulerunt nobis nuper Vuormaciæ in Colloquio nouum & Confessionis & Apologiæ exemplar, quod in plurimis locis aliter habet quàm habuerunt priora exemplaria. Quia igitur conscientia securitate possimus, eiusmodi Confessionem & Apologiam, toties uariatam, & paulo post iterum uariandam, pro uerbo Dei aut pro Euangelij ueritate acceptare & agnoscere? Cum scriptum sit, Verbum Domini manet in æternum, Item. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.

Septimo, Quamuis uulgo dicant, se uelle permanere circa iam dictam Confessionem & Apologiam, Reipsa tamen compertum habemus, eos in practica suorum Ecclesiarum multa aliter docere ac facere quàm habet ac docet Confessio & Apologia, Verbi gratia, Iactitant sese in illis quod Missa non aboleatur in eorum Ecclesijs, sed obseruetur religiosisime consuetis Ceremonijs, nisi

nisi q̄ cantus aliquando Germanicus admisceatur proprio populo. At publica eorum practica longe aliter habet. At deo, ut ante annos Quinq; nōnulli Cōcionatores Ciuitatū Imperialium, cum de concordia inter ipsos & Vuittembergenses Theologos tractaretur, grauiter contra quosdam altariorum ritus sint conquesti, nempe q̄ uterentur adhuc altariorum uestibus sacris, eleuatione hostiæ consecratae, luminibus &c. Quibus illi, ut satisfacerēt, dicebant, in Hassia ciuili modi ritus non amplius obseruari, Quomodo igitur obseruant Missam consuetis ritibus, qui potissimum Missæ partem ( nempe sacrum Canonem ) non solum omittunt, uerumetiam detestantur, ac damnant uelut impiam. Non possumus igitur bona conscientia eorum Confessionem acceptare aut seruare, quam & ipsi non seruant in Ecclesijs suis, scimus enim Lutherum ita exosam habere missam, ut nomen ipsum dicat esse abominabile, quo prolatore, cruce signare se debeat homo, perinde atq; fit quando profert nomen Satanæ, At nulla scriptura sic loquitur de missa, ut ipse loquitur, Non est igitur Euangelica eius loquela.

Octauo, Experti per sepe sumus, quantos tumultus, rixas, seditiones, atq; etiam cruenta bella hoc nouum eorum Euangelium pepererit. Cum palam scriberent ac prædicarent aliqui, Vbi Euangelium sit, ibi tumultuari oportet, quia Christus non uenerit mittere pacem sed gladium, Ideo uerum Euangelij signum sit, tumultuari, Nec ulla debeat aut possit inter Christianos esse superioritas. Sed nos talia dogmata, contra Christi & Pauli doctrinam sanam, pro Euangelio habere per conscientiam nō possumus, quia manifeste sunt seditiosa, fructus autem spiritus non sunt tumultus & seditiones, sed pax, gaudium, charitas &c. Gal. 5.

Nono. Inuenimus item pleraq; eorum dogmata, non solum

solum falsa & antiquitus damnata, uerum etiam scandalosa, & contra bonos mores absurda, Qualia profectio nō pauca euulgauerunt contra ius & honestatem Matrimonij, & quidem uarijs modis, adeo ut ne ipsis quidem Concionatoribus inter sese sup his conueniat. Aliqui em̄ ex eis adeo sunt mente corrupti ac moribus deprauati, ut sanctum ac uenerabile sacramentum Matrimonij (quod certe magnum est & Reipublicæ Christianæ tam ornamentum quam firmamentum, & Christi atq; Ecclesiæ mysterium) non pro sacramento, sed pro re omnino prophana & sæculari haberi uelint, ut nihilo sanctius aut uerius esse debeat inter Christianos quam inter Iudæos, Turcas aut Ethnicos matrimonium, Ne autem plus æquo proluxa fiat hæc nostra excusatio, si omnium illorum errores & facta turpia recenseremus, unius Lutheri propositiones quasdam erroneas, non solum factu scandalosas, sed etiam dictu fœdas & absurdas commemorabimus, quas inter uere Christianos nemo approbare queat.

## CONTRA SACRAMENTVM

### Matrimonij.

- M**atrimonium pro sacramento habetur absq; omni scriptura, & factum est merum ludibrium. I. De Captiul. Baby.
- Nusquam legitur, eum aliquid gratiæ dei accepturum, II.
- quisquis uxorem duxerit. III.
- Nec legitur uspiam, illud à Deo institutum esse ad significandum aliquid. III.
- Nullæ subsunt rationes, ut sacramentum nouæ legis & solius Ecclesiæ possit dici matrimonium. Non minus enim uera sunt infidelium quam fidelium matrimonia. V.
- Infantia est dicere, Inevitabilem libidinem parentum sanctorum, dum generant, defectum esse, & non uere peccatorum, In assertio. art. 2.

tum et culpam.

VI. Vociferor (inquit) & clamo, Causas matrimoniales non ad me, sed ad sæcularem potestatem referri debere, & sicut Christus ait, sinere mortuos sepeli re mortuos suos, Nemo enim negare potest, Matrimonium esse rem externam & sæcularem, sicut uestem, cibum, domum & aream, ac sæculari potestati subiectam.

DE CLANDESTINIS CON  
iugijs.

- Ibidem. I. CLandestini contractus matrimonij simpliciter reijci de  
bent et pro matrimonio haberi non debent.  
II. Sinescitu & uoluntate parentum non ualent, etiam si  
mille adfuerint testes.  
III. Neq; ualere debent, etiam si dati sint annuli, aut manus  
iunctæ, aut iuramenta præstita.

DE IMPEDIMENTO CO  
sanguinitatis.

- Ibidem. I. QVicumq; in Tertio aut Quarto consanguinitatis gra  
du contrahunt, nullam sibi coram Deo de hoc cons  
scientiam formare debent. Id enim, neq; scripturis neq; legis  
bus prohibitum est.  
II. Et si legibus prohibitum sit, in secundo gradu contrahet  
re, nempe cum filia fratris aut sororis. Si tamen factum fue  
rit, non debet matrimonium illud dissolui.  
III. Pie & Christianæ inter sese contrahere possunt matrimo  
nium duorum fratrum aut sororum filij & filix.  
De statu cōs iugali. IIII. Item possum contrahere cum Nouerçæ meæ sorore, &  
Ibidem. cum patris mei sorore ex altero parente.

DE DIVORTIIS.

- Ibidem. I. CHristus propter Adulterium cōcedit diuortium, ergo  
pars innocens potest cum alio contrahere. Potest

Potest & adulter, si non interficiatur, in aliam abire ter<sup>ra</sup> II.  
 ram & ibi cum alia contrahere, si continere non potest, De  
 his plura Brentius, Lutheri discipulus.

## DE DIGAMIA.

**N**ullius gentis aut linguæ usu Digamus dicitur, qui plu<sup>r</sup> I.  
 res successive uxores seu uiduam duxerit, sed natura De digamia  
 uocabuli Digamus is tantum dicitur, qui simul plures uxores Episcoporum  
 res habuerit.

Logamachia igitur et prophana Papistarum Cenophania II.  
 est, Digamum de prauato uocabulo dici, qui unius secun-  
 de aut uiduæ aut corruptæ maritus fuerit.

Nunc quod uero factum uel auditum est, Digamos apud Gen III.  
 res criminosos ac non potius honoratos haberi.

Simul constat, Digamiam opus Dei esse à Paulo proba<sup>t</sup> I III.  
 tum, & in benedictione dei Gen. I. comprehensum.

Si uero scandalum est, apud impios Papistas scandalum V.  
 est, quibus omnia uerba & opera Dei nihil nisi scandalum sunt.

Hæc & id genus multa pub. docet Luth. Ex quibus mul-  
 ta in Repub. Christiana oriuntur absurditates & scandala,  
 dum aliqui facto diuortio aliam ducunt uxorem priore adhuc  
 uiuente, aliqui uero etiã sine diuortio super inducunt secun-  
 dam uxorem, ex falsis & scandalosis dogmatibus & consi-  
 lijs Lutheri et cõplici eius, Quomodo igitur possemus bo-  
 na conscientia approbare tam absurda, quæ non solum Cri-  
 stianis sed etiam Romanis Ethnicis maxime displicuerunt  
 semper. Tutius est igitur futuri Concilij sententiam expe-  
 ctare quam temere approbare aut credere tam absurda.

Scripta Ratisponæ, Die 18. Iunij 1541.

MISCELLANEO  
RVM LIBRI TERTII  
Tractatus Vndecimus.

EPISTOLA DE COLLO-  
quio privato de Tribus præcipue articulis, Ratisponæ  
habito, cum Illustrissimo Electore Bran-  
deburgensi.

ILLVSTRISSIMO AC GENEROSIS-  
simo Principi ac Domino, Domino Ioachim, sacri Romæ  
ni Imperij Principi Electori & Archi Camerario,  
Marchioni Brandeburgensi, Duci Stetinensi  
Pomeraniæ, Cassubiorum &c. Domi-  
no suo Clementissimo.  
S. P. D.



Senectæ.

Illustrissime ac Generosiss. Princeps Ele-  
ctor & Archi Camerarie sacri Ro. Imperij,  
Domine Clemētissime. Hesternæ die, hoc  
est, uicesimo septimo die Maij dignata est,  
Illustrissima Celsitudo uestra humilitatem  
ac paruitatē meā clemētissime alloq in an-  
bitu & in horto fratrum Prædicatorū & inter colloquendū  
meæ uisa est misereri senectæ. Quemadmodū & Illuf. Prin-  
ceps ac dñs Dñs Georgius March. Brād. etc. Illuf. Prin-  
uestre Patruelis, q̄ ut acrius me admoneret à paterna fide &  
religior

ne mea, tanq̄ erronea recedere, dicebat me iā in ulnis animā gerere, & alterū in sepulcro pedē habere, Quæ sane utriusque uestrum admonitio plus apud me pōderis habet, quā tum ad senectam spectat, quā habuerunt omnia uestra contra fidei nostræ Catholicæ & antiquæ articulos quosdam argumenta, Senectam enim, & breuitatem huius uitæ libenter agnosco, Errorem circa fidem in Catholica & Romana Ecclesia nullum prorsus noui aut agnosco, Tametsi abusus quosdam & scandala quædam haud leuia inficiari non possum, quæ neq̄ laudate neq̄ defendere unquā descreui. Cæterum Colloquiū istius argumenta circa Tres precipue articulos uersabantur, quorum primus de Ecclesia, Secundus de sacrificio Missæ. Tertius de Inuocatione sanctorum erat.

## DE ECCLESIA.

**D**E Ecclesia sane Illustriss. Cels. uestra facile intelligebat, quā difficile nobis sit, ueterem, quæ Ro. Pontificem pro summo in terris pastore ouium Christi agnoscit, deserere, ac nouā, quæ intra X XII. Annos nata est, profiteri & amplecti, Quod ut Illustriss. C. uestra adhuc clarius, intelligat, mitto eidem nunc ea, quæ nuper in septimū Confessionis Dominorum Protestantium articulum scripti & Moguntia subinde propter Dictam hanc Imperialem tam Germanice quā latine publicauī, ea nimirum intentione ut Lector inde intelligat, quā breui compendio possit hæc in fide inter nos Germanos discordia ad ueritatis metā perducī.

Nihil missi, nec epistolā hanc exhibui, propter impedimenta quædam.

Certe ad cognoscendam ueram Christi Ecclesiam non sufficit, q̄ dicunt aliqui, se habere ueram scripturam & uerbum Dei ueramq̄ sacramentorum administrationem. Ideo Arrogantia omnium hæreticorum.

apud se ueram esse Christi Ecclesiam, & non apud alios, Et dicunt intra se, Ecce hic est Christus. Nam hæc gloria omnibus sectis communis est, Non enim solum modo Lutherani, sed & Zuingliani & Anabaptistæ in Germania, & Calixtini atque Pighardi in Bohemia, Græci præterea & Armeni, Iacobitæ, Georgiani aliæque sectæ in Asia, ueram & uerbi Dei prædicationem & sacramentorum administrationem sibi arrogant præ omnibus alijs, & inter ipsas sectas adhuc sub Iudiculis est.

Oportet igitur ultra hæc aliquid certi superaddere, per quod uera Christi Ecclesia ab omnibus sectis proprie discernatur, Hoc autem est Antiquitas seu Prioritas temporis & certa præpositorum in Ecclesia successio sicut præclare contra omnes sectas probant antiquissimi, scriptores, Irenæus & Tertullianus, Et post eos S. Augustinus contra Donatistas, firmissime autem fundatur hæc ratio in uerbis Christi ipsius, qui dixit de se ipso, Ecce uobiscum sum usque ad consummationem sæculi, Et de spiritu sancto promittit id ipsum, nempe quod mansurus sit nobiscum in æternum, Vnde & Phil. Melancthon coactus est confiteri, quod Ecclesia Christi semper durat, Hanc autem gloriam, utpote semper durare, nulla sibi Ecclesia uere arrogare potest præterquam una Romana, ad quam uelut ad principalissimam antiquissimam & maximam (ut ait Irenæus) omnes alias Christi Ecclesias coniungi oportet, in nulla igitur secta, quæ Ro. Ecclesiæ aduersatur, uera Christi Ecclesia esse potest, quia nulla secta semper durauit, si cut durat Ro. Ecclesia.

Vnde cognoscitur uera Ecclesia.

Irenæus lib. 3. c. 3. Tertul. de præscrip. Aug. epistol. 121. 165.

DE SACRIFICIO,  
Missæ.

Illustre.

**I**llustriss. Cels. uestra ualde acris ac uehemens in oppu-  
 gnatione sacrificij mihi uisa est, ex duabus præcipue ra-  
 tionibus, Quarum una erat, auaritia sacerdotū qui pro pe-  
 cunia sacrificant. Altera, q̄ Paulus semel oblatum esse dixit  
 Christum. Ad priorem respondi breuiter, non tollendam  
 esse substantiā propter abusum, corrigendum esse abusum,  
 seruandum sacrificium, Paulum præterea admittere, ut qui  
 altari seruiunt, de altari uiuant. Ad posteriorem quoq̄ bre-  
 uiserat responsio, q̄ Christus semel quidem per passionem  
 & mortem oblatus est in cruce, Offeritur autem quotidie  
 per mysterium in altari in re præsentationem & memo-  
 riam illius oblationis in cruce semel factæ.

1. Cor. 9.

Addebam ex Abbate Tuitiensi, q̄ in ultima quoq̄ cæna  
 Christi corpus & sanguinem suum in mysterio obtulerit  
 Deo patri, Idq̄ conuinci ac probari ex figura agni pasca-  
 lis, qui immolandus erat XIII. Die ad uesperam, Chris-  
 tus autem in cruce oblatus est non 14. sed 15. die mensis,  
 Igitur necessario præcessit oblatio mystica 14. die in cæna,  
 Alioqui non satisfecisset Christus figuræ agni pascalis. Et  
 hanc rationem adhuc ualidam esse existimo, licet heri cla-  
 mose à quibusdam circumstantibus contradiceretur, Opor-  
 tet enim nos saluare typum agni pascalis, quia scriptura so-  
 lū non potest, Accedit & cōmunis oblationum ritus, quia  
 in omni oblatione & sacrificio, antequam populus ex eo su-  
 meret aut ederet, offerebatur à sacerdote, Non debet igitur  
 ex hoc sacro pane & calice sumi à populo, nisi prius of-  
 feratur à sacerdote in altari, Alioqui cassa & falsa fie-  
 ret omnium ueteris testamenti sacrificiorum & oblatio-  
 num figura & significatio, quæ omnes hoc unum no. te-  
 stamenti sacrificiū representauerunt, Conuincit præterea &  
 Psalmistæ & Apostoli autoritas, quæ docet Christum esse  
 facers

Christi obla-  
tio mystica,  
quæ in no-  
uiss. cæna sa-  
cra est.

Ioh. 10.

sacerdotem, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech, Qui panem & uinum obtulit Christi, ut ait Iulianus, & uinum, nisi in nouissima cœna. Ne uero hic molestior fiam Illi, Cels. uero stræ longioribus de hoc sacrificio nostro probationibus, obfero & exhibeo eidem Teuthonicum libellum, In quo ad XIII. Fundamenta Lutheri, quæ contra missam posuit, respondi. Quod si ocium non sit, perlegere totum, saltè perlegat Ill. Cel. uestra, ea quæ contra tertiū eius fundamentū respondi, ubi eadem tractatur obiectio, quàm heri obiecit Ill. Ce. uestra. Quod si responsio mea ibi nō satisfaciatur, legat precor, Ill. C. uestra illud saltè Capitulum, In quo de Missa tam uariè atq; etiā contrariè & contradictoriè inter se disceptant septem Capita unius Lutheri, Vnde facile intelliget Ill. Cel. Vest. quanto securius sit credere Ecclesiæ Catholice quàm uni Lutheri de Missa.

Si autem dixerit Ill. C. V. Non curare se, quid Lutherus affirmet aut neget, sed placere sibi ea quæ Phil. Melanthon in Apologia sua de sacrificiorum differentia scripsit. Quandoquidem heri de Eucharistico sacrificio mentio fiebat, Nō grauatim exhibebo, si petierit Ill. C. V. Ea quæ ad eum articulum, qui est ordine XXIII. respondi. Nunc hoc unū humiliter ac deuote deprecor, ne Ill. C. V. potius credere unī Philippo quàm toti Ecclesiæ dignetur, scio enim & facile probare possum, Deo bene iuuante, In uniuersa Christi Ecclesia Missam per M. D. Annos à cunctis Catholicis profa sacrificio habitam esse, & neminem ex omnibus produci posse, qui tantas in Missam dixerit blasphemias, quantas dicit Lutherus cum complicibus suis.

DE INVOCATIONE SANCTORVM.  
Illustriss.

**I**llustrissima Celsitudo uestra gratiose admisit, sanctos in  
 cœlo & orare pro nobis, & à nobis uenerandos & hono-  
 randos esse, Acriter uero contendit, non esse inuocandos  
 à nobis, quia uoces nostras non audiant, cum non sint om-  
 nipotentes ut Deus est. Ego autem, etsi sanctis in cœlo om-  
 nipotentiam tribuere neq; uolo neq; debeo, Inuocandos ta-  
 men esse non dubito. Obieci ex tempore illud Epulonis ex  
 Euangelio, Pater Abraham miserere mei & mitte Lazarū  
 &c. Illustriss. Celsitudo uestra, mox (ut est ingenio prom-  
 pra) respondit, Parabolam, non historiam esse. Ego etsi per-  
 reuerentiam, quam tanto Principi debeo, non reprehendi  
 acriter eam responsionem, cum scirem ex Theologis quoq;  
 esse quosdam eiusdem opinionis. Respondi tamen, Christū  
 ea Epulonis uerba nnsquam reprehendisse, si autem impia  
 essent, merito debuissent reprehendi ab illo uere pietatis docto-  
 re, sicut reprehendit illius excessus in epulis & uestibus & ne-  
 glectam erga pauperem Lazarum misericordiam. Cæterū,  
 cum textus non dicat parabolam esse, sicut circa alias para-  
 bolas dicere solet, tam facile est negare quam affirmare, pa-  
 rabolam esse. Immo longe similius est uero, non parabolam  
 sed historiam ac rem uere gestam esse. Tum quia mendicum  
 sta simpliciter narrat, ut historiam. Tum quia mendicum  
 ex nomine uocat Lazarum, hoc autem historię potius est,  
 quam parabolę. Vt cunq; autem sit, Ex hoc exemplo potest  
 probari, sanctos in cœlo apud Deum posse inuocationes no-  
 stras audire. Non enim tam magnum Chaos est inter Eccle-  
 siam triumphantem & militantem, quantum est inter bea-  
 tos & damnatos. Si ergo Abraham potuit audire Epulonē  
 in Inferno sepultum ad se clamantem, quanto facilius po-  
 test Beatissima uirgo Maria, Dei genitrix, aut Ianitor cœli  
 Sanctus Petrus, aut quiuis aliorum sanctorū, qui Deo om-  
 nis  
 Ccc nipo

Luc. 16.

Quomodo  
 Abrahā aus-  
 diuit uerba  
 Epulonis.

impotenti cōiunctissimi sunt, audire inuocationes eorū, qui  
eis charitate coniuncti eiusdem corporis Christi (quod est  
Ecclesia) mēbra sunt: iam aperte ait Apostolus primo Cor  
rinthiorum duodecimo, Vt non sit schisma in corpore, sed  
in idipsum pro inuicem sollicita sint membra. Et si quid par  
titur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Si  
ergo non est schisma in corpore Christi, non recte dicitur  
magnum esse Chaos inter sanctos in coelo & fideles in ter  
ra, sicut recte dicitur esse inter beatos & inferno sepultos.

Quomodo  
sancti in coe  
lo audiant  
preces nos  
tras,

Si ergo non obstitit Chaos illud magnum, quin Epulo  
nis uocem audierit Abraham, etiamsi nos non intelligat  
mus aut humana ratione capiamus, quomodo audierit.  
Quanto minus obstitit sanctis in coelo localis à terra dis  
stantia, quin laudiant uoces nostras quibus inuocantur à  
nobis. Cum sint nobis charitate coniuncti, & Deo, qui omnia  
nia uidet ac audit, semper coniuncti, In cuius intima con  
iunctione uident ac audiunt omnia, quæ eos nosse conuen  
nit, licet nos modum aut uiam, quomodo uident et audiunt  
in hac carnis & humanæ rationis infirmitate, intelligere nõ  
ualeamus, Sufficiat nobis Ecclesiæ fides, Spiritus sancti  
auctoritas quæ adductum proponit exemplum, & miraculo  
rum euidentis effectus, ac probata ueterum de multis sanctis  
narratio. Si enim Illustrissima Celsitudo uestra concedit,  
quod sancti in coelo pro nobis orant, debet eadem ratione  
concedere, quod recte à nobis inuocantur, Inuocantur enim  
ut orent, si autem neque uideant neque audiunt quæ nostra sit  
necessitas, aut quid nobis contingat aut immineat, quid  
orabunt Deum pro nobis?

Negare igitur Inuocationem sanctorum est (ut mihi uis  
detur) tollere commercium inter membra Triumphantis  
ac militantis

militantis Ecclesiæ, Est ponere magnum chaos inter beatos in re & beatos in spe, est inducere schisma in corpore uñius & eiusdem Capituli, Est præcidere charitatem illorum erga nos & nostram fiduciam erga illos, Est prohibere tribulatis refugium ad amicos & domesticos Dei, Breuiter, est omnium Coelestis Ecclesiasticæ Hierarchiæ ordinē atq; coniunctionem turbare atq; abrumpere.

Nec ualet argumentum, quo nunc pleriq; abutuntur, **Argumentū inualidum.** Nihil habetur in scripturis de inuocatione sanctorum, ergo non sunt inuocandi. Tum quia non omnia sunt in scripturis expressa, sed multa per Apostolos ore tradita aut per spiritum sanctum Ecclesiæ suggesta, Tum quia norunt Dialectici, locum ab autoritate negatiue non ualere, Tum deniq; quod falsum est antecedens. Non enim omnino nihil de Inuocatione sanctorum in scripturis habetur. Scriptū est enim Genesis quadragesimo octauo. Et inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorum Abraham & Isaac. Item Iob quinto. Voca ergo si est qui tibi respondeat & ad aliquem sanctorum conuertere. Item, Psalm. 120. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Et in Nouo Testamento ait ipse Dominus minus Lucae 16. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in eterna tabernacula, Si autem sancti in illis æternis tabernaculis non essent, aut in illis nos nō audirent, quomodo nos, ubi defecerimus in illa reciperent.

Si quis autem contendat hoc Christi dictum intelligendum esse, non de sanctis in cælo, sed de sanctis in terra quāuis textus id non habeat, nec in terra sint æterna tabernacula

Qualis hære  
ticorum de  
sanctis fides

2. Macha. 15.  
Matth. 22.  
Phil. 1.

Non est con-  
tra Christū,  
inuocare  
sanctos.

cula, nec in illa nos recipere possint ij qui in eis non sunt) Stabit nihilominus adhuc in suo robore argumentum Sancti Hieronymi contra Vigilantium, quod non est peior conditio sanctorum in cœlo quam sanctorum in terra, Si ergo sancti in terra possunt & à nobis inuocari & nos precibus suis adiuuare, Cur non possint idipsum sancti in cœlo? Vereor itaq; ac suspicor, nouos doctores, qui nobis sanctorum inuocationem interdicunt, mustitare inter sese, & in cordibus suis sibi dicere & ex animo credere (licet foras proferre ac dicere non ausint) quod sancti, qui decesserūt, nondum sint in cœlo, sed animas eorum uel in sepulcro cum corporib; uel i aliq; specu & nobis ignoto receptaculo dormiunt, donec resuscitentur in nouissimo die, Alicubi enim obijciunt nobis, ne quæramus ueritatem à mortuis uocantes irreuerenter mortuos, qui in perpetuum cum Christo uiuant ac regnant, & in Apologia ait Philippus Melanchthon, nullum in scripturis extare testimonium de mortuis orantibus, præter illud somnium (ut ipse uocat) sumptum ex posteriori libro Machabæorum. At contra hunc errorem ait in Euangelio Dominus Saducæis, Non est Deus mortuorum sed uiuentium. Et Apostolus ad Philippenses. Mihi uiuere Christus est & mori lucrum, Cupio dissolui & esse cū Christo, idq; ait esse multo magis melius quam permanere in carne.

Proinde nec illa ualet obiectio, qua Illustrissima Celsitudo uestra querebatur inuocatione sanctorum detraxi honori Christi, q; solus sit mediator et aduocatus noster. Nam nos, dū sanctos Inuocamus, nō facimus eos Christio contrarios, quos scimus eius in cœlo fratres ac coheredes, & nō iam seruos sed amicos esse, p;inde eos nō aliud uelle quā quod Christus uult, cuius uolūtati in nullo aduersant aut resistunt

resistunt. Sed Christus non est inuidus aut osor sanctorum,  
 quasi putet honorandos aut Inuocandos non esse sanctos  
 sed se solum, Nusquam dicit, me solum honorate & in-  
 uocate, non sanctos qui mecum sunt, sed testatur potius,  
 eos, tanquam fratres & cohæredes suos, à nobis hono-  
 randos esse, dicens eos & à patre suo honorificari, Quin-  
 imo affirmat, quod faciet eos discumbere & transiens Luc. 12.  
 ministrabit eis, Recte igitur abiens dixi, Non esse Christum Math. 6.  
 & sanctos eius inter sese contrarios, ideo non posse nobis ius-  
 te obijci de cultu sanctorum illud uerbum Christi, Nemo  
 potest duobus dominis seruire. Hæc sunt Illustrissime ac  
 Generosissime Princeps Elector, quæ obiter super hestere  
 no colloquio nostro commemorare & Illustrissimæ Celsi-  
 tudini uestræ humiliter deuoto obsequio suggerere uolui,  
 ne credat me temere in fide maiorum nostrorum permas-  
 nere, & nouis sectarum opinionibus contradicere, Res Prouer. 6. &  
 22.  
 tinet enim me scripturæ autoritas, ne dimittam  
 legem matris meæ, ne uel transgrediar ter-  
 minos quos posuerunt pa-  
 tres nostri.

Ratispone Anno 1541.

Ccc 3 MISCELLA

MISCELLANEO  
RVM LIBRI TERTII

Tractatus Duodecimus.

FRAGMENTVM DE SANCTIFICATI  
one donorum, & de ea quæ antea fit gratiarum  
actione, Ex Græco super Canonem  
Commentario.



Luc. 22. Canon dicitur Oratio perfectiua.

Præfatio ante Canonem

Quomodo peragitur sacrificium.

Primum hoc pacto & sacerrime dispositis, quid super est, nisi ut sacerdos ad agendam gratias deo præbitori omnium bonorum conuertatur, imitatus primum sacerdotem qui gratias egit Deo & Patri, prius quam mysterium communionis traderet. Ipse igitur sacerdos ante orationem Perfectiuam, per quam sanctificat sancta, hanc gratiarum actionem, Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi facit. Gratias agamus Domino, omnibusque qui astant compositis & dignum ac iustum aliter dicentibus, Ipse per se ipsum gratiarum actionem referat deo, glorificans eum & cum angelis per hymnos aliter collaudans, Ac gratias professus largitori bonorum omnium, quæ ab æterno nobis impartitus est, & demum ipse inquit, sermonem omnem superantis, Saluatoris nostri pro nobis Conuersationis memoratus, postea sacrificat præciosa dona, & uniuersum absoluit sacrificium. Et ad quem modum uerendam illam edifferens cœnam, Et quomodo ipsam ante passionem sanctis discipulis præbuit, & quæ accepit Calicem & quæ accepit panem, & gratias agens sanctificauit, & quæ ea dixit per quæ mysterium manifestauit. Et ubi

tibi ipsa uerba dixit, mox procidit oratque & supplicat, ut diuinæ illæ uoces unigeniti ipsius filij saluatoris nostri, propositis donis coaptentur, & suscipientia omnisanctum ipsius ac omnipotentem spiritum, transmutentur, panis quidem in ipsum præciosum & sanctum eius corpus, uinum uero in immaculatum & sanctum sanguinem. Quibus actis & dictis, quicquid ad sacrificium attinet, exactum est, & ad finem peruenit, donaque sanctificata & sacrificium perfectum est.

Transmutatio.

Magnaque uictima & hostia, quæ pro mundo mactata est, in sacra mensa iacens uidetur. Panis enim non ad huc Dominici corporis Typum gerit, neque est donum imaginem ueri doni ferens, neque picturam quandam instar tabulæ in seipso salutarium passionum portat. Sed ipsum uerum donum, ipsum domini totum sanctum Corpus, quod omnia illa uere suscepit, opprobria, contumelias, uibices, Crucifixum, mortuum. Quod sub Pontio Pilato pulchram Confessionem testatum est, a lapide cæsum, uerberatum, sputis dedecoratum, quod se degustauit. Similiter & ipse sanguis, qui maciato corpore exiit, Hoc corpus cum illo sanguine, quod ex spiritu sancto conceptum, natum ex beata uirgine, Sepultum, quod tertia die surrexit, ascendit in cælum et ad dexteram patris sedet.

Non panis, sed uera uictima, corpus Domini, in altari est post consecrationem.

VNDE TVTO CREDIMVS  
Mysterium.

ET quæ fides: Ipse dixit, hoc est corpus meum. Hic sanguis meus. Ipse quoque apostolis iussit ut hoc facerent, & per illos toti ecclesie, Hoc enim ait facite in meam commemorationem. Non utique iussisset ut hoc facerent, nisi uirtutem daturus fuisset ad hoc faciendum, Et quæ uirtus?

Math. 26:

Virtute Spiritus  
 ritus Sancti  
 et confici-  
 tur Sacra-  
 mentum.  
 Luc. 24.  
 Ioh. 14.

Matth. ult.

Spiritus Sanctus ex alto Apostolos replens, iuxta id quod dictum est a domino. Sedete in Ciuitate Ierusalem operati nec induamini uirtute ex alto. Hæc illius descensus operatio, non enim semel adueniens nos postea reliquit, sed nobiscum est & erit semper, propter hoc enim misit eum Saluator ut maneat nobiscum in æternum. Et alium paraclætum (ait) mittam uobis, ut maneat uobiscum in æternum, Spiritum ueritatis, quem mundus non potest capere, quoniam neque uidet neque cognoscit ipsum. Vos autem cognoscitis eum, quoniam apud uos manet & in uobis est, Hic sanctus Spiritus, per manum & linguam sacerdotum mysteria perficit. Nec Sanctum Spiritum solum misit Dominus nobis ut nobiscum maneret, Sed & ipse promisit manere nobiscum usque ad consummationem sæculi, Verum paraclætus inuisibilis est, quia corpus ipse non attulit, Dominus per uerenda & sacra mysteria tangi se permittit, cui nostram naturam suscepit, & in æternum laturus est, Hæc sacerdotij uirtus, Hic sacerdos. Non enim semel seipsum offerens & sacrificans Sacerdotium dimisit, sed continue eundem nobis ministrat ministerium, per quod & aduocatus pro nobis ad deum in æternum. Cuius gratia dictum est ad eum. Tu es sacerdos in æternum, propter hoc nulla est fidelibus de sanctificatione donorum ambiguitas, nec de alijs mysterijs, si secundum propositum & orationem sacerdotum perficiantur, Et hæc quidem hæc tenus.

## DE COMMUNI GRATIA

rum actione, quæ in communicatione mysteriorum sit, & de ultima oratione.

Sacerdos

Sacerdos uero eos qui mysteria acceperunt, datori Deo Gratiarum actio post per actum sacrificium. Sgratias agere pro tanto dono iubet. Nec quasi aliud agentes & segniter, sed maximo cum studio & diligentia. Hoc enim sibi uult uox hac, recti, non uidelicet iacentes non sedentes sed & animam & corpus ad ipsum extendentes.

Post hæc alias quoque consuetas ad deum fundi deprecationes admonens, ab altari exit, stansque ante uestibulum pro omnibus orationem legit, sed illud quoque notari oportet, quod post sacrificionem, & eam quæ in hac facta est glorificationem tanquam debitum omnibus erga deum completis, sacerdos ueluti seipsum absoluens ab ea, quam cum deo habuit, consuetudine, illiusque sublimitate, in hominum conuersationem paulatim descendit. Modo tamen qui est sacris conueniens, quippe orans hoc facit. Orationisque series & locus ipsum descendentem ostendunt.

Prius namque intra altare & per seipsum nullo audiente, ad deum intentus orabat. Nunc ab altari exiens & intra multitudinem quasi unus ex medio factus, omnibus audientibus pro ecclesia et omnibus fidelibus communem facit deprecationem.

Dehinc primo oblatum panem, a quo Sacrum abstulit, in multas secans porciones fidelibus distribuit, ueluti sanctum ex ipsa repositione ad templum & oblatione iam effectum. Ipsa uero cum omni suscipientes pietate, sacerdotis dexteram deosculant, ueluti quæ de recenti totius sancti salutis Corpus attigerit, & illinc sanctificationem quam accipit tradere tangentibus credatur. Interim fideles causam prebitoremque horum bonorum glorificant, glorificationem a sacris literis assumunt, Sit nomen domini acclamant, psalmum lequuntur, Quod ubi multociens ac gatiarum actione redundantem, uidelicet, Benedicam dominum in omni tempore.

Ritus Græcorum post finitam missam.

Duplex oratio sacerdotis.

Distributio panis post finem missæ

Psalm. quem decantat populus.

Oratio sacer  
dotis ad popu-  
lum.

Pane distributo & Psalmo finito, Sacerdos extremam multitudinē orationem exequitur. Non solum extra altare & omnibus audientibus, Sed & ad ipsam multitudinem uerba orationis extendens, maiorem nunc quā ante orationem multitudinē communicationem ostendit. Quæ autem oratio? Ut ob misericordiam saluemur, ueluti nihil habentes domo, hoc est ex proprijs nostris operibus, inferre salute dignum, sed ad solam aspicientes eius quæ saluare potest, benignitatem.

Quorum in  
ea Oratione  
fit mentio.

Propter hoc & multorum meminī intercessorum, hæc in renobis auxilio esse potentium. Atq; ante omnes ipsius sanctæ dei matris, cuius gratia ab initio sumus misericordiam consecuti, procemium autē orationis Christus, uerus noster deus, non unus ex adulterinis ac nothis & falso uocatis dijs, Quos multos aliquando sumus uenerati, sed quæ posteriori uix inuenimus, Deus uerus noster, propter hoc soli ipsi ut deo decet omnis gloria honor & adoratio cum patre eius sine principio, Atq; toto sancto bono & uiuificante ipsius spiritu, Nunc & semper & in secula seculorū Amen. Exscriptum Ratisponæ 27. Iulij. Anno 1541. Laus Deo.

IOHANNES COCHLAEVS

Pio lectori,

Hos Quatuor Miscellaneorum libros properantius nunc emitto, Candide lector, eam potissime ob causam, quod sacratissimus Imperator noster CAROLVS. V. decreuisse dicitur, præcipue de causa religionis in Cōuentu Vuormaciensi nunc nunc celebrando cum Principibus & statibus sacri Ro. Imperij tractare, Cum igitur diuersi de religione Tractatus, qui per XXIII. annos in diuersis locis temporibusq; & ex uarijs occasionibus scripti sunt,

In his Quatuor libris habeantur, Visum est mihi opere precium fore, ut hoc præsertim tempore in publicum emittantur, In nullius autem odium gratiam ue priuatam eos nunc ædo, sed in publicum dumtaxat pacis & concordiaẽ bonũ respicit hic oculus meus, ut hac æditione suggeram ijs, qui legere dignabuntur, occasiones cogitandi pie ac diligenter, quomodo possit commode, salua fide Catholica, consuli et animarum saluti & publicaẽ per Imperium in Germania paci. Quod utiq; per gratiam Dei fieri poterit, si omnium oculi in fidei Catholicaẽ ueritatem unice intenti fuerint, ut nõ possit nobis illud Apostoli uere aut iure obijci, Omnes que Phil. 2. sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, Quæ sunt autem Iesu Christi: Vnitas, pax, ueritas, fides, spes, & Charitas. Ioh. 17. Ipse enim rogauit deuotissime patrem suum, non solum pro Apostolis suis, sed etiam pro eis qui per uerbum eorum in se credituri erant, ut Omnes ( inquit ) unum sint, sicut tu pater in me & ego in te. Ipse ait, Pacem relinquo uobis, Ib. 14. & 15. pacem meam da uobis. Ipse dicit, Ego sum uia, ueritas & Mat. 18. uita. Ipse mandatum nouum dedit nobis ut diligamus inuicem, Ipse pro Ethnico iussit haberi eum qui nõ audit Ecclesiam. Audiamus igitur, quid nam de omnibus contro- uersijs, quæ nunc in religione nos perturbant, statuerit doctor filiorum eius suæ innitatur prudentiaẽ, aut altum sapere uolens, matris præsumat esse magister, ut ausit eam aliter docere quàm hæcenus à spiritu sancto edocta est. Ipsa enim est columna & fundamentum ueritatis, Ego itaque 1. Timo. 3. hæc omnia, meque ipsum subijcio iudicio & Correctioni sanctæ Sedis Apostolicæ & Ro. Ecclesie, Ad quàm omnes Christianos ppter Principalitatem conuenire oportet, sicut S. docet Ireneus.

FINIS.

A1171484

CCN 54502447

*[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including the word "Faint" at the bottom.]*